

BIBLIOTECA


Vidas e

Santos e

Abrel

IV

A
47
176




BIBLIOTECA HOSPITAL REAL
GRANADA

Sala: A

Estante: 047

Número: 176



0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15

13


BIBLIOTECA HOSPITAL REAL
GRANADA

Sala: A

Estante: 047

numero: 176

8-1-3



Legis de lazaris *de lazaris* *de lazaris*

DE OFFICIO
CVRATI

AD PRAXIM PRAECIPVE CIRCA
Repentina, & Generaliora.

LIBER

IOANNIS BAPTISTAE BERNARDINI POSSEVINI
Mantuani Archipresbyteri Collegiatæ & Parochialis
Ecclesie Castri Noui Portuensis Diocesis.

IN HAC POSTREMA EDITIONE AB IP SO AVCTORE
recognitus, auctus, & noua Collectanea pro Bulla
Coenæ Domini illustratus.

Ad Illustrissimum Principem

ALEXANDRVM VRSINVM
S. R. E. CARD. AMPLISSIMVM.



AD THOMAS BARNETT
Barnett's Bookstore

L I B E R Y

1700 Broadway
New York City

Accounting and Finance
Books for Sale

Admission Free

ALEXANDER M. BARNETT
BARNETT'S BOOKSTORE



Illustrissimo Principi

ALEXANDRO
VERSIANO

S. R. E. CARDINALI
AMPLISSIMO.

*Andreas Phœus Typographus summam
Felicitem.*



Inter cunctas Principis laudes, Illustriss. Princeps, illa maior omnium iudicio comprobatur, qua laudabilis apud omnes simul & amabilis ceteretur. Non enim Dominandi potentia cum inferiorum amore valde coheret, nisi Benignitas Potentiae adiuncta, subditorum benevolentiam sibi conciliet. Et quidem summa Principis gloria est Virtutum collectio, qua vnus inter Magnates hominis

† 3 sicut

sicut sol inter sidera fulget, ita ut alios non
sola generis nobilitate, diuitijs, ac dominio,
verum etiam Liberalitate, Clemētia, Benigni-
tate, ac Humanitate facile superet. Dignum
sane tunc se omnium laudibus celebrandum ex-
hibet, quando ceteros suis beneficijs exornat,
quando cunctorum animos sua Clementia
ac Benignitate ad se attrahit, quando omni-
bus semetipsum effusa humanitate commu-
nicat. Hinc commendabilis, hinc amabilis
sicut nouus sol & æqualium procerum, & infi-
morum votis apparet. Talem ergo te Illu-
strissimum ac Reuerendiss. Principem no-
ui, qui generis tui splendore, & Virtutum ful-
goribus ita cunctorum animos ad te con-
uertis, ut merito laudes tuas prædicent Do-
minationem venerentur, & ad tuæ Benigni-
tatis limina summa alacritate recurrant, de
quorum numero, quamuis tenuis ipse sim,
non postremus esse cupio; qui ut obseruatiæ
ac deuotionis meæ erga te testimonia
ostendam, paruum quidem, sed utilissimum in-
munus exhibeo. Librum scilicet de Oratio
Curati, A Ioanne Baptista Bernardino Pos-
seuino Castri noui Portuen. diocesis Archi-
presbytero, magnæ eruditionis ac pietatis
Viro, compositum. Huius autem libri si sine
quæras, Animarum salus est, si Vtilitatem,
attendas, ministrantium Sacerdotum in tan-
to officio ritè præstando, certa directio; Ut
hinc

hinc excellentissimi finis præstantia, & summa operis vtilitas non obscure ostendant, talem Præstantissimum Patronum exposcere, quem meis optatis votis videor delegisse. Prodiit autem aliàs duplici, aut triplici additione hic liber, verum quem nunc meis Typis excussum offero, à mendis purgatum, multis additionibus auctum, breuibusq; in Bullam cænæ Domini elucidationibus ab eodem Auctore compositis illustratum profero, ita vt non prior, sed nouus in lucem edi videatur. Dignum fanè est vt quod omnibus vtile futurum ostenditur, tanti Principis tutela honestetur, ac roboretur, gratiusq; legentibus fiat, quo tui nominis decore illustrius apparebit. Reliquum vero est, vt quod à me summa animi propensione, ac deuotione offertur, benigne, humaniterq; suscipias, videantq; cæteri me iure optimo latari, & tuæ Dominationi gloriam, mihiq; Patronum singularem comparasse. Vale diu felicissimè. Dat. Romæ 10. Kalen. Aug. 1618.



LECTORI.

Occasione oblata à Sac. Trid. Concil.
sessione 13. cap. de refor. primo, verbis
illis:

Cum præcepto Diuino mandatum sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, oues suas agnoscere, pro his sacrificium offerre, verbique Diuini prædicatione; Sacramentorum administratione ac bonorum operum exemplo pascere, pauperum, aliarumque miserabilium personarum curam paternam gerere; & in cetera munia pastoralia incumbere, &c.

Institutus est breuis hic Tractatus pro officio Curati loco dicto Concilij presbè sed tamen expresse delineato, & pro præcipuis generalioribus, & repentinis casibus in eo officio occurrentibus, ita ut quindecim Capita illius, respondeant conditionibus à Concilio ibi requisitiis, modo sequenti.

- CAP. I. De residentia oues suas agnoscere.
CAP. II. De sacrificio. Pro his sacrificium offerre.
CAP. III. De prædicatione.

DE

- CAP. III. De doctrina christiana verbiq;
diuini prædicatione.
- CAP. V. De sacramentorum administra
tione.
- CAP. VI. De baptismo.
- CAP. VII. De pœnitentia.
- CAP. VIII. De communione.
- CAP. IX. De extrema vnctione.
- CAP. X. De matrimonio sacramento
rum administratione.
- CAP. XI. De prudentia curati. Ac bono
rum operum exemplo palle
re.
- CAP. XII. De officio curati extra sacra
menta. Pauperum aliarumq;
miserabilium personarum cu
ram paternam gerere.
- CAP. XIII. De moribundis.
- CAP. XIII. De mortuis. In cetera munia
pastoralia incumbere.
- CAP. XV. De recto studio casuum con
scientiæ additum est, vt obie
cto conducens.

Breuiæ collectaneæ pro bulla Cœnæ Domini.

Imprimatur si videbitur Reuerendiss. P.
Mag. Sac. Pal. Apost.
Cæsar. Fidelis Vicefg.

E Go Ioan. Franciscus Palumbus Cleri-
cus Regularis S. Theologię professor, ex
commissione Reuerendiss. P. F. Hyacinthi
Petronij Sacri Apostolici Palatij Magi-
stri; perlegi librum D. Ioannis Bapti-
stę Bernardini Possuini, qui inscribitur
De officio curati, vna cum Adnotationi-
bus additis, & ceteris annexis manuscri-
ptis, nihilque in eo reperi, quod aduerse-
tur Sanctę Fidei vel moribus: Imo peru-
tilem continet doctrinam; vnde libere po-
terit in lucem dari.

Ego Io. Franciscus Palumbus

Imprimatur Fr. Gregorius Donatus Mag.
Reuerendiss. P. F. Hyacinthi Petronij Sac.
Pal. Apost. Mag. Socius, Ord. Præd.

1

LIBER
DE OFFICIO
CVRATI.

DE RESIDENTIA.

Caput Primum.



QVAERITVR. An Curatus teneatur reside-
re, & quo iure? Resp. Secundu
communioꝛe sententiam inconfesso
esse Curatum teneri ad
residentiam, & quidem
de iure Diuino, quid-
quid dicant aliqui. Au-
di Concil. Triden. sess. 23. cap. 1. de refor. [Cum
pꝛæcepto Diuino mandatum sit omnibus qui-
bus animarum cura commissa est.] Et post pau-
ca addit. [Quæ nequaquam ab ijs pꝛæstari, &
impleri possunt, qui gregi suo non inuigilant,
neq; assistunt, &c.] Vbi per verbum assistunt,
tollitur omnis quæstio de seruitio pꝛæstando
per mercenarium. Ex quo loco euincitur re-
sidentiam Curati esse de iure Diuino. Nec ob-
stat, quòd Concil. ibi loquat ur de Episcopis,

A quia



8
An Curat. resideat, & quo iure.

quia eodem capite infra habet omnia, quæ dixerat superius de Episcopis, intelligenda esse etiam de Curatis. Subscribit Azor Instit. p. 2. li. 7. c. 4. q. 1.

2

*Strictior
resident.
Curati,
quam E-
piscopi.*

Imò Curatus sciat, Spiritum Sanctum, qui ibi per Conc. loquutus est, maiorem, & exactiorem residentiam, expetere a Curato, quam ab Episcopo: concedit enim Episcopo absentiam trimestrem, Curato verò bimestrem.

3

*Quæ fa-
ciant bo-
nam re-
sid.*

Queritur. Quæ requiruntur ad bonam residentiam? Resp. Conc. ibi requirere duo. Primū, ut Curatus verè resideat. Secundum, ut id agat personaliter, & in propria Ecclesia. Igitur ut residentia sit bona, debet Curatus ita residere, ut populo in officio suo benè seruiat; cum autem continuò sit opus populo suo Curato, residentia debet esse continua. Sic Caiet. 2. 2. q. 185. art. 5. qui licet loquatur de residentia Episcopi, tamen, quo ad residentiam, quæ dicitur de vno, intelliguntur etiam de altero, ita Sot. de iust. lib. 10. q. 3. art. 1. ante responsionem 1. arg. Azor Inst. 2. p. lib. 7. c. 4. Iacob. autem de Graff. decis. aurea p. p. lib. 2. c. 97. num. 57. concedit paruo tempore abesse, non efficere, quominus dicatur continuè adesse, & vult continuè verificari dicta modificatione, quæ sunt vera iuxta dicenda.

4

*Quot dies
vel quot
horæ fa-
ciant ma-
lam resi-
dent.*

Si tamen Curatus rationabiliter iudicauerit, puta quia nullus in firmatur, posse abesse per aliquas horas, licitè aberit, etiam si nullum substituat, quia consuetudo optima legum interpretata

ita

ita declarat, etiam apud timoratos. Abesse verò tota die, quando nullus infirmatur, rarò in anno nec laudo, nec vitupero. Abesse autem per duos, aut tres dies nullo infirmante, & nulla alia causa iustificante, habet valdè de rationabili esse mortale, propter multa, quæ possunt eo tempore euenire, maximè in oppidis, vbi nò est alius Sacerdos à Curato. In ciuitatibus verò erit maius, minusuè peccatum, ratione periculi, damni possibiliter euenturi, cui tamen facilius, quàm in oppidis potest obuiari. Et si contingat Curato rationabiliter absente aliquem è pareijs suis mori sine Sacramētis, quæ verè recepisset, si Curat. adfuisset, puta quia, vel infirmus, vel domestici ea petebant, non peccabit, quia rationabiliter absuit.

5
Si moriatur infirmus Curato absente.

Quæritur. An Curatus debeat semper manere domi, vel sufficiet manere intra limites suæ Parochiæ, vt si fuerit, vel in venatione, aut piscatione, vel in domibus amicorum, vel alibi? Resp. Certum esse Curatum debere sollicitudine præesse, cum autem hoc sit, cum diligenti, & sollicita cura præstare, quæ sunt muneris sui, dicendum videtur, debere talem sui copiam facere, vt indigentes non careant necessaria ope; attamen non ita arctatur, vt debeat manere quasi in compedibus, vt notat Sot. loc. dicto: ideo si nullus infirmetur, & modo dicto absit rarò, credo satisfacere: si verò in absentia sit multus, maximè dum habet infirmos graues, non credo excusari, quia hoc est malè fungi officio, ad

6
An Curat. maneat semper domi.

quod benè fungendū residētia iubetur. *Sil. resid.*
 à prin. Potest enim fieri, vt requiratur ab infir-
 mis, & non repertus illi moriantur sine Sacra-
 mentis.

Si tamen Curatus non maneat domi, sed in-
 tra limites suæ curæ, & relinquat do mi commif-
 sionem, vndè citò euocari possit nuncio, aut so-
 no campanæ non credo peccare in mala resi-
 dentia, etiam si habeat infirmos graues, & hoc
 sapè agat, quia commodè possunt iuuari. Sed si
 nec sonus campanæ, nec Nuncius potest ad eum
 peruenire tam citò, vt contingere possit ægrum
 sine Sacramentis mori, puta quia Curatus mul-
 tum distat ab Ecclesia, & hoc frequenter agit,
 non excusarem ratione periculi possibilis.

Si verò degit in parochia quidem, sed multū
 distat à domo, rationabiliter tamen, putà quia
 eo ad excipiendam confessionem iuerat, vel ad
 componendam pacem, aut ad aliud simile agen-
 dum, & interim infirmus moriatur sine Sacra-
 mentis, quæ petebat non peccat: quia rationa-
 biliter abfuit.

7

*In quo lo-
 co de no-
 te habi-
 166.*

Quæritur. An Curatus saltem de nocte, te-
 neatur habitare in domo suæ Ecclesiæ, quando
 eam habet, vt ex vicinitate Ecclesiæ valeat faci-
 lius Sacramenta administrare? vel an sufficiat
 habitare in paterna, vel cognatorum domo, si-
 ta tamen in parochia, propter honesta seruitia,
 & sui maius commodum? Resp. Domū Ecclesiæ
 esse populo commodiorem, ideo in multis Epi-
 scopatibus, Curati iubentur eam habitare: si ta-

men

Caput Primum.

men alibi habitauerit modo dicto, sciente, & tacente Episcopo, non est, quod scrupulis angatur, quia credo sufficere habitationem præfixam; vt vocatus faciliter munus suū obeat, & non referre, sit, necne Ecclesiæ, quia ita sufficienter prouidetur necessitati populi. Circumfertur tamen quædam decisio Cong. Concilij, in qua iubentur curati habitare domum ecclesiæ, less. 23. cap. 1. de reform. Tridentini. Si tamen secus fiat, modo explicato sufficiet.

Quæritur. An sufficiat residere per alium æquè, vel etiam fortè magis idoneum? Resp. Conc. ibi habere, teneri residere personaliter, ideo hoc modo, & non alio satisfaciet muneri suo, etiam si populo per alium æquè benè, & fortè melius seruiatur. Ratio est, quia Conc. ibi requirit industriam personæ, quæ per alium non potest suppleri.

Quæritur. In quo casu dicatur populus verè pati per absentiam Curati, & ideo Curatus mortaliter peccet? Resp. Cnm non potest habere Sacramenta, vt dicitur c. 5. n. 7. & cum caret Missa, vt dicitur c. 2. nu. 2.

Quæritur. An excusetur Curatus, si residet quidem, sed tenet Capellanum, & ad quietem relinquit illi omnia ardua, puta surgere de nocte, audire multas confessiones, & similia? Resp. Excusari, ita communi consuetudine declarante, si tamen se gerat ita vt si vocetur etiã nominatim, & expetatur, & nolit ire; non excusarem saltè à graui veniali, cū com-

8
*An res-
dendum
per aliū.*

9
*Quæ popu-
lū dicat pati
per nō re-
sident. Co-
rati.*

10
*An excu-
setur si dis-
ficilia fa-
ciat per a-
lium excu-
qui.*

tate, & beneuolentia debeat respondere amori populi sui. Et quis scit an forte infirmus habeat aliqua, quæ libens conferret cum Curato, & communicare Capellano renuit? & si placet meum consilium, sit in hoc facilis, nec personarum acceptator, sed pauperes, ac diuites æquè adiuuet. Subleuatur enim vehementer, & hilarescit subditus benignitate sui superioris. Et utatur Capellano, non ut homine, qui portet pondus diei, & æstus, sed ut socio laboris. Et si sapit, intelliget, quantum laboris adimet Capellanus, etiam tantundem præmij, & gloriæ sibi auferri.

11

*Annon
exercens
offic. suū
benè resi-
deat.*

Quæritur. An Curatus residens quidem, sed non exercens officium suum, satisfaciatur præcepto residentia? Resp. Non satisfacere, nec in foro exteriori, nec interiori, cum utrobique sit punibilis: ideo peccat mortaliter, vel venialiter, pro qualitate culpæ. Sil. resi. a capite. Sot. de iust. l. 10. q. 3. art. 1.

12

*Causa ius-
sæ absen-
tia.*

Quæritur. Per quot, & quas causas Curatus possit abesse?

Resp. Per quamlibet sequentium. Prima est Christiana charitas Azor. 2. p. l. 7. c. 4. q. 4. ad hanc reducit, cum quis abest, ad iuuandam aliquam priuatam Ecclesiam, ad dirimendas lites, controuersias, & odia. Secunda est euidentis communis necessitas. Idem huc reducit, cum quis ad tempus abest ob morbum euitandum, ob bellum, hostium incursum, pestem seuientem, aeris intemperiem, odium Princi-

pis,

pis, vel populi: deniq; ob vitæ, vel salutis, vel libertatis periculum ad tempus euitandum. Tertia est obedientia, quæ maioribus debetur, puta Papæ, vel Episcopo. Idem huc reducit, cum quis abest, vt pareat Papæ, vel eius Legato, vel Episcopo obsequium, & officium iustum, ac debitum imperanti, quale esset ad visitandam prouinciam, vel diœcesim, vel ad pacem componendam. Notandum tamen referri ex quadam decision. Cong. Conc. Trid. super c. 1. de ref. sess. 23. Episcopum non posse vti opera Curati, etiam in visitatione, vltra duos menses a Conc. concessos. Quarta est euidens Ecclesiæ, cui Præfectus est, necessitas, vel vtilitas. Idem huc reducit, cum quis abest ad synodum generalem, vel prouincialem, aut diœcesanam ritè, & legitimè vocatus. Huc etiam reducit, cum quis abest pro lite Eccl. vel pro obtinenda à superiore reformatione in varijs emergentibus, Et hæc 4. causæ assignantur ibi à Conc.

Quæritur. An quando Curat. abest iusta de causa, siue cum licentia, siue absq; ea teneatur relinquere substitutum, qui pro se populo seruiat? Resp. Teneri, ita Conc. loco dicto, qui tamen substitutus debet approbari ab Ordinario, cum debita assignatione mercedis, vt dicitur inf. num. 20. & ita Conc. ibi. Hæc autem licentia absentia, quoad durationem est arbitraria Episcopo, & durabit in quantum est necessaria ad perficienda negotia,

13

Necessaria Cur. in absentia etiam iusta.

14

Licentia absentia, quantum durat.

pro quibus conceditur .

15

*Curat.
quando
absit sub-
stit. Vica-
rij.*

Quæritur . An Curatus aliquando possit abesse sine licentia , & substitutione vicarij ; Resp. Possè per aliquos dies , cum causa est vrgens , & non patitur dilationem pro obtinenda licentia , puta quia hostiliter petitur , & nō habet quem substituatur , quoad recurrat ad Episcopum pro licentia , & pro Vicario substituendo . Sil. resi. quæst. 3. Azor d.l. cap. 4. q. vlt.

16

*Curat. qñ
omnino
non potest
abesse.*

Quæritur . An detur vquam casus , in quo Curatus per nullam causam omnino possit abesse ? Resp. Dari , & esse , cum populus ex illius absentia notabiliter læditur , quia nullo suo periculo probabili , non solum , sed nec certo , excusatur à deferendo populo ; ideo in peste , & similibus tenetur omnino remanere , si non habet alium , qui pro ipso seruitium præstet . S. 1 hom. 2. 2. q. 185. art. 5. Sot. de iust. lib. 10. q. 3. art. 4. concl. 1. qui licet ibi loquatur de Episcopo , tamen vt diximus , eadem conueniunt etiam Curato , Nauar. man. c. 25. n. 133. not. 20. Tol. Instit. li. 5. c. 4. nu. 3. In casu verò in quo repentina vrgeat discessio ob repentinum incommodum , vel periculum tunc Curatus legitimè poterit discedere , etiam si in loco non habeat , quem substituatur , & non adsint infirmi , vel si adsunt , adest alius , qui potest conferre Sacramenta necessaria , saltem pœnitentiam : vel si non adsit alius Sacerdos , infirmus tamen commodè possit expectare alium

Sacer-

Sacerdotem aliundè accrescendum. Si tamen ista omnia deessent, & periculum instaret, discedente Curato, aliquem moriturum sine penitentia, vel Curatum ipsum occisum iri, si nõ fugeret, Curatus tenetur subire quoduis periculum potius, quam deserere talem infirmũ, iuxta dicta cum S. Tho.

17

Etiã cum periculo vite, quò non abfit.

Quæritur. An Curat. pro animi recreatione possit abesse? Resp. Hic esse sermonẽ, non de absentia aliquarum horarum, quia de ea dictum est num. 4. Nec de absentia 6. vel 8. dierum, quia de illa dicitur in seq. sed esse sermonem de absentia longiori, & videtur dicendum posse abesse omni anno per 2. menses, siue cõtinuos, siue interpellatos, quia Conc. loc. d. hoc modo cõcedit Epif. & verificatur etiam de Curato, & ita intelligit Azor loc. dict. 9.

18

Curat. an abfit pro recreat.

Quæritur. An Vicarius, seu substitutus relinquendus a Curato, possit ab ipso relinquì inconsulto Episcopo, dummodo sit idoneus, & admissus in illo Episcopatu pro administratione Sacramentorum? Resp. Non posse, dicente Concil. [Vicarium idoneum relinquat ab Ordinario approbandum.] Si tamen abest per sex, vel 8. dies, possit talem substituere sine Episcopo, ita declarante consuetudine vniuersali, nisi Episcopus per suas Constitutiones inhibeat. Curatus tamen non potest per censuras cogi, ne abfit per duos, aut tres dies. quidam referunt ex dec. Cõg. Conc. Trid. super c. 1. de refor. sess. 23. Aduertat tamen, quòd

19

Curat. abfente quò det Vicari.

quòd substituatur admissum pro administratione omnium Sacramentorum in toto Episcopatu, quia nihil ageret, si substitueret admissum ad quædam Sacramenta, vel ad certum genus personarum solum: iuxta dicenda c. 5. num. 51. vide etiam c. 7. num. 5. Vicinus Curatus bene relinquitur, quia licet non habeat ordinariam iurisdictionem nisi super gregem suam, tamen est ita admissus, ut ei aliqua iurisdictione delegari possit, sicut de antiquo iure poterat, ut colligitur ex Conc. Trid. sess. 23. c. 15. de ref.

20
An stipendium necessarium substitui-
to.

Quæritur. An quando Curatus abest iusta de causa, teneatur in conscientia assignare substituto partem fructuum pro debita mercede, ita disponente Conc. c. dicto. Resp. Si substitutus, vel Vicarius voluerit seruire gratis, non teneri, quia, quòd merces assignetur, est, ne populus patiatur defectu seruitutis, quæ faciliter obtinetur, ubi adest merces, & in casu nostro cessat ratio mercedis, & per consequens ratio legis.

21
An necess.
lic. pro ab-
sentia bi-
messtri.

Quæritur. Num Curat. pro absentia duorum mensium debeat habere licentiã Episcopi, an licentia eo ipso concedatur à Conc. Resp. Nau. c. 25. num. 121. dicere non requiri. Idem tenet Azor. 2. par. lib. 7. c. 4. quæst. 10. Alij dicunt requiri, dicente Concil. Ita tamen, ut quodocunq; eos, videlicet, Curatos, causa prius per Episcopum cognita, & approbata abesse contigerit, &c. Tolet. instit. lib. 5.

e. 5. Leonardus Lessius de iust. lib. 2. cap. 34. dub. 29, nu. 159. vult Conc. in hoc non esse receptum. Tu verò sic practica: obtine prius licentiam, quia licet in conscientia absq; ea sis tutus inhærendo opinioni Nauarri, tamen cum ea etiam coram hominibus liber eudes. Et qui abest per dictos duos menses, siue cum licentia, vt vult Tol. siue absque ea, vt vult Nau. & Azor. Item qui abest vltra dictū tempus, sed cum licentia in scriptis, fructus beneficij lucratur, quos aliàs amitteret, ita, & cum hac limitatione concedente Concil. loco dicto.

22

*Curatus ad
sens an
lucretur
fructus.*

Quæritur. An Curatus, qui abest vltra bimestrem cum iusta causa, sed absque licentia in scriptis, quam per ipsum non stetit quominus haberet, peccet, & in conscientia fructus amittat? Respond. Non peccare, nec credo amittere fructus, quia cum non sit in aliqua culpa, non est æquum debere aliquam poenam.

23

*An absens
sine licentia
sed cū
causa per
dat fructus.*

Quæritur. An si Curatus habeat quidem licentiam, sed per mendacium, & absentia fructus percipiat, an possit eos sibi retinere, vel restituere cogatur? Respond. Ex Concil. requiri duo ad iustitiam absentia, nempe causam iustam, & eius approbationem, vt acquiratur fructus in absentia, & cum sit falsa prima, erit etiam inutilis secunda, maximè cum tota ratio acquirendorum fructuum dependeat à causa iusta. Ideo credo hunc teneri ad restitu-

24

*Licentia
per mendacium
an valida.*

stitui.

stitutionem talium fructuum, licet factum non sit punibile in foro exteriori, cum ab illa, licet falsa, licentia protegatur. Silu. dispensatio à capite. Azor 2.p.lib.6.cap.10 q.3. quæres 3.

25
Quæ sit pos-
sint retine-
ri fructus
malè per-
cepti.

Quæritur. An Curatus, qui est pauper, & debet restituere fructus malè perceptos in absentia, possit eos sibi retinere? Resp. Possesse, maximè de consilio confessarij, & in casu restitutionis, posset eos dare propinquis suis pauperibus, dummodo tamen sint eiusdem loci, in quo percepti sunt, quia Concil. ibi ait:

26
Quibus
restituend-
is sūt fru-
ctus.

Fabricæ Ecclesiæ, aut pauperibus loci, quod benè notandum, [Licet Lud. Lopez in Instru-
torio 2.p.cap.95. quæst. 1. teneat cum Nau.
ibi citato, sufficere, si conuertantur ad libi-
tum in causam piam.

27
Cui gra-
uis pro li-
sentia q.

Quæritur. Quænam erit causa grauis, quæ requiritur à Conc. ibi, pro licentia ultra bi-
mestrem? Resp. Illa, quæ ab ordinario iudicabitur talis. Et communiter sunt causæ dictæ supra num. 11. & aliæ ad easdem reducibiles.

28
An Ca-
pit. det li-
centiã ab
sentie.

Quæritur. An Collegium Canonicorum, se de Episcopali vacante possit dare licentiam absentia, quam posset dare Episcopus, si ad-
esset? Resp. Azor loco dicto affirmare.

29
An ordi-
din. Epo
infer. da-
re pnt.

Quæritur, An locorum Ordinarij Episco-
po inferiores, vt Abbates, & alij similes ha-
bentes iurisdictionem, possint dare talem li-
centiam? Resp. Azor cap. dicto quæst. 4. posse.
Excipit tamen licentiam septennij pro stu-
dio,

dio, quam vult solum Episcopum posse dare Curatis : sed & credo Ordinarios nulli subiectos, & habentes auctoritatem quasi Episcopalem, in hoc æquari Episcopis, cum subditi istorum non habeant alium Episcopum.

Quæritur . An peccatum sit dare petita, ab Episcopo, vel Vicario, pro dicta licentia, quando nolint eam aliter dare, etiamsi Concilium ibi velit dandam gratis ?

30
An peccatum dare aliquid pro lic.

Resp. Non esse peccatum, quia hoc est redimere vexationem .

Quæritur . Quid intelligatur nomine fructuum, quos Curatus absens lucrari non potest? Resp. Fructus esse in triplici differentia, quidam dicuntur naturales, qui sunt, quos spontè natura producit, vt poma, & similes : quidam vocantur partim naturales, partim artificiales, vt segetes, vinum, lana, & similes : & quidam vocantur industriales, quales sunt, qui percipiuntur ex mera industria hominis, vel eius labore, vt prædicando, Sacramenta administrando, & similia agendo : Igitur naturales solum, & naturales, & artificiales restituntur, alij non, nam & Nau. cap. 17. num. 17. num. 94. censet industriales esse, ac patrimonium. Sub hoc nomine etiam veniunt omnes fructus beneficij, qui communiter dicuntur Incerta, vt acquisita pro sepultura, baptismo, & similibus, quæ numquam comprehenduntur nomine fructuum.

31
Fructus beneficij qui.

Quæritur . Quæ est pœna non residentis sine,

32
Pœna nō residetis.

sine causa legitima? Resp.

Primo. Peccatum mortale. Conc. Trid. ibi, & Bulla Pij IV. In suprema. Et toties erit mortale, quoties, iuxta ea, quæ dicta sunt, aliquid in hac re graue esse, boni ac prudentis viri arbitrio iudicatum fuerit.

Secundo. Pœna extraordinaria Episcopi.

Tertio. Amissio fructuum beneficij pro rata temporis absentia de facto amittendorum, absque alia declaratione. Et prohibetur compositio pro fructibus male perceptis. Et si absentes per edictum citati, ait Concilium ibi etiam non personaliter, contumaces fuerint, liberum relinquit Ordinario per censuras Ecclesiasticas, & sequestrationem, & subtractionem fructuum, aliaque iuris remedia etiam vsque ad priuationem, compellere; nihil hanc executionem impediens. Azor lib. dicto cap. 6. quæst. 2. Et nota, quod amissio fructuum incurritur de facto, & debetur fabricæ Ecclesiarum, aut pauperibus loci, etiam ante ullam iudicis condemnationem.

33

Pœna debetur ante cõdemnationẽ.

34

Quantũ de fructibus amittat, non residens.

[Queritur. Quos, seu quantos fructus beneficij amittat non residens? Resp. Concilium ibi habere, non facere fructus suos pro rata absentia, ita vt possit dici, si beneficiarius, qui absuit, habet singulis mensibus triginta, & absuerit diebus decem, teneatur restituere decem.

35

An hæc pœna sit moderanda.

Dices. Fortè ista pœna, seu restitutio poterit

erit moderari, eo modo, quo ex sapientum
 consilio moderata est Bulla Pij V. ex primo
 Lateranensi Concilio, quæ afficit non reci-
 tantes officium post sex menses ab adepto be-
 neficio, ad similem restitutionem, cū vtriusq;
 eadem videatur ratio pœnæ? Resp. Et dico
 primum ex Lud. Lopez Instr. 2. p. cap. 95. Qui
 omitteret pensum horarum ad paucos dies
 puta octo, vel decem, non teneretur aliquid
 restituere, eo quod nec famulus alicuius do-
 mini, si parum deficeret à debito seruitio, nō
 propterea tam acerbè puniretur, & sit mul-
 tum probabile longe minus puniturum Deū
 tam magnum Dominum. Dico secundò: Ve-
 rè constitutionem illam obligare ad restitu-
 tionem pro rata fructuum, pro matutino
 omisso medietatem, & pro omnibus alijs ho-
 ris aliam medietatem, pro singulis verò ho-
 ris sextam partem fructuum respondentem
 die illo. Verum est etiam Tol. instit. lib. 2. c.
 12. num. 5. Limitare hanc restitutionem: vult
 enim faciendam esse pro ratione tertiæ par-
 tis fructuum: v. g. omittit quis officium,
 vna die, & eodem lucratur nouem iulios, te-
 netur restituere tres. Verum est præterea
 Henriq. lib. 13. cap. 13. num. 2. velle Episco-
 pum, & Curatum, pro omissione omnium
 horarum vnus diei, restituere quintam par-
 tem fructuum respondentem, vt est dictum;
 omnem alium beneficiarium restituere ter-
 tiam partem. Lopez etiam loco dicto scio vel
 le,

le, beneficiarios habentes beneficia cum sola obligatione recitandi horas, omittentes horas, teneri restituere iuxta supradictam Constitutionem. Pij V. alios verò beneficiarios, qui ultra obligationem officij, tenentur etiam ad aliud, puta ad celebrandum, teneri ad restitutionem tertiæ partis fructuum respondentium, ut est dictum.

Ex quibus dico tertio. Cùm, quæ dicuntur de horis, possint conuenire residentia, nam & Nau. cap. 24. num. 122. not. 5. quo ad restitutionem, facit ista paria, speculatiuè forte posset de vtriusq; eodem modo teneri, tamen practicè non credo bonum extendere sensum dictæ Constitutionis, nam & moderatio prædictorum Auctorum non est ab omnibus recepta. Non recipit eam Nau. num. dicto, Azor Instit. 2. par. lib. 10. cap. 14. quæst. 2. Leon. Lessius de iustitia, lib. 2. cap. 34. num. 208. qui est vltimus, vbi ait obseruandam dictam constitutionem, vbi vsu est recepta. concordat dictis. De Graffijs lib. 2. c. 51.

An verò sit consuetudo legitima in contrarium pro modificatione restitutionis, iuxta sententiam eam modificantium, nescio. Habet multum de probabili, restitutionem prædictam posse limitari iuxta limitationem dictæ constitutionis, quia Curatus non residens, habet præter onus residentia etiam officij onus, quod non meretur priuationem iusti stipendij, eo quod non residens, mereatur non
facere

facere fructus suos : cum sit æquum , illum quidem perdere , quæ debentur residenti , sed non quæ debentur officium , seu horas persolventi .

Quæritur . An sit contra bonam residentiam acquirere per edictum , dicimus vulgariter , per concursum meliora sacerdotia ? v. g. statim atq; quis audit positam sub edicto curam pinguiorem , an possit illam quærere , relicta priore ; & hæc denuo relicta acquirere aliam pinguiorem eadem via ; & sic in infinitum pinguiora sacerdotia venari ? Resp. Non esse contra bonam residentiam , dummodo verè resideatur : esse tamen contra rectam rationem : dum enim consequutus est beneficium sufficiens non vacat vitio quærere pinguius : sed , etsi collatori constaret de pravo affectu , non dubito , quia talia agens haberetur omni indigno indignior .

Quæritur . An tuta adeptio beneficij , in quo est Cælum insalubre , & qui adipiscitur , intelligit non residere obtenta tamen licentia ? Resp. Si Cælum sit adeo insalubre , & per neminem ibi possit , aut soleat residere , putà quia parecij alio commigrarunt , ita adipiscente non peccare . Si verò delicatiores non resident : sed hoc præstant homines Cælo assueti , vel alij idonei mercede conducti ; siquidem residentia per hos continuò præ-

B

statur,

36

*An acqui-
rere per
concursum
pinguiora
beneficia
liceat.*

37

*An adipi-
scens ben-
non intel-
ligit reside-
re propter
Coeli in-
clemētiam.*

statur, nescio quomodo excusandus: sibi enim imputet, quia tale beneficium adeptus est: si enim noluit residere ad quid sedem occupauit? Si autem intellexit non residere, per duos menses à Concil. Tridentin. concessos excusabitur: si verò inclementia Cœli prohibet à residentia solùm per aliquos menses, & interim de Vicario idoneo prouidet necessitati populi, & beneficiarius aliquo tempore residens vtilius curat parochiam suam alio semper residente (quod credo de nusquam contingentibus) excusabitur a residentia per legitimam licentiam: vt dicitur sup. num. 12. Sil. resid. quæst. 7. Et si concurrente alio idoneo, & residere valenti, iste concurrat, & beneficium acquirat, sciens de qualitate alterius pariter concurrentis sine dubio apud homines euadet impunè; non verò apud Deum: ratio est, quia isti deest possibilitas exequendi officium suum, qua stante, & sciente alterius aptitudinem, peccat quærens beneficium.

**

D E

SACRIFICIO

CAPVT SECVNDVM.

QVAERITVR. An Curatus teneatur sacrificare pro populo? Resp. Teneri de iure Diuino. Cum præcepto diuino (ait Concil. Trid. sess. 23. c. de reform.) [mandatum sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, oues suas agnoscere, pro his sacrificium offerre, &c.

Aduertendum tamen in aliquibus Curis, esse etiam Collegiatam, & penes Curatum esse administrationem Sacramentorum, onus verò celebrandi apud Capitulum, tunc cum Capitulum succedat in onere celebrandi, Curatus erit liber, & Capitulum tenebitur celebrare.

Quæritur. Quoties Curatus teneatur sacrificare? Resp. Sermonem esse quando de nulla obligatione per tabulas Ecclesiæ constat, & dico in iure non esse determinatum ex Nauar. c. 25. num. 134. Tamen Conc. Trid. sess. 23. c. 14. de reform. ait; Curet Episcopus,

¹
An Curatus sacrificet pro populo.

²
Curatus quo tics sacrificet.

vt ij (loquitur de Sacerdotibus) saltem diebus Dominicis, & Festis solemnibus, si autem Curam animarum habuerint, tam frequenter, vt suo muneri satisfaciant, Missas celebrent. Igitur tenebitur celebrare quoties necessarium fuerit populo, quod erit omnibus diebus Festis; quoties danda est benedictio nuptialis, quæ datur cum Missa; quoties est consuetudo sepeliendi mortuum cum Missa, & hoc sub mortali, quia deficit in re graui. [Non celebrare verò secundum consuetudinem Curatorum eiusdem loci, non credo obligare sub mortali, quia consuetudo, quæ dependet à mera liberalitate, qualis est hæc, non obligat. *Rebellus de obligationib. p. 1. lib. 1. q. 5. num. 27.* & omnes Verum est tamen, quod si Episcopus modum præscripserit, Curatus tenebitur obedire. *Sot. de iust. lib. 9. q. 3. art. 1. & hoc sub mortali. Nau. c. 25. n. 88. Henr. li. 9. c. 23. nu. 2. gloss. G.*

3

Aliter ordinatio aliter præceptum obligat.

Sed Aduertendum, An sit Episcopi ordinatio, vel præceptum, quia præceptum obligabit, ordinatio verò non item sub mortali, imò si fuerit præceptum, vna vel altera transgressio non efficiet mortale, quia cum obliget mortaliter, non aliter, quam est dictum, accipiendum est obligare.

4

An Cur. applicet missam et eius.

Quæritur, An Curatus, vel Capitulum, quod stat loco Curati, vt est dictum num. 1. teneatur applicare missam populo, quando de
nulla

Caput Secundum . 21

nulla obligatione ei constat? Resp. Solum de
 iustit. lib. 9. q. 3. art. 1. in medio dicere, eum te-
 neri ad celebrandum quotidie, si redditus sint
 sufficientes ad ipsum alendum, sin ter, vel qua-
 ter in hebdomada, pro qualitate reddituum
 ad iudicium Episcopi. Tol. vero Inst. li. 5. c. 5.
 ait sufficere, si celebret diebus Dominicis, &
 Festis, & aliquot etiam ex diebus alijs, & tunc
 secundum opinionem Doctorum tenetur ap-
 plicare populo Missam. Sed quia est aliud te-
 neri ad dicendum Missam, ut eam audiant pa-
 rochiani, aliud verò teneri ad offerendum
 pro ipsis, & ex vno aliud non inferitur, melius
 est, quod concludit Franciscus Suarez tom. 3.
 disput. 86. sec. 1. Nullam in hoc certam regu-
 lam dari posse, sed consulendam esse consue-
 tudinem, aut si de ea nihil certi constat, Epi-
 scopum debere in hoc certum aliquid statue-
 re, quod si hoc non faciat, prudenti arbitrio
 parochi relinquendum, [Numquam tamen
 credo ad hoc obligatum sub mortali, cum nō
 constet de tali obligatione, vel per tabulas
 Ecclesie, vel per preceptum Episcopi, quia in
 præiudicium tertij non est inducenda obliga-
 tio, nisi per claras probationes, quales non
 sunt hic, sed sint potius coniecturæ, licet ratio-
 nables.

Quæritur, quando Curatus tenetur cele-
 brare, an possit facere celebrare per alium?
 Resp. Possit quia nullibi contrarium prohibe-

5
 An Cur-
 rus possit
 facere ce-
 lebrare
 per aliū.

tur: intellige pro vna, aut altera vice, quia si hoc esset ad longum tempus, & ad otium, non credo excusaretur, iuxta dicta cap. 1. nu. 10. & 11.

6

Curatus. raro celebrans an excusatus.

An verò Curatus, qui per alium facit celebrare quoties opus est, possit ipse celebrare solum quoties tenetur alius quilibet Sacerdos non Curatus, nec aliqua obligatione adstrictus? Resp. Nau. c. 25. nu. 88. & Azor 1. p. lib. 10. c. 24. q. 1. vlt. quæsit. Excusare a mortali eum, qui ter in anno celebrat, dum nulla alia obligatione tenetur, dummodo sit sine scandalo. At vix potest esse sine scandalo in Curato residente, quia si non resederit, videtur inesse minor causa scandali.

7

An Curatus bis celebret eodè die.

Quæritur. An Curatus possit bis celebrare eodem die ingruente necessitate etiam non sumpta purificatione, per casus recensitos a Summistis. Silu. Missa. 1. q. 7. Nau. c. 25. num. 87. Sot. in 4. dist. 13. quæst. 2. ar. 2. arg. 3. & alijs, & an hoc possit auctoritate propria stante tali necessitate? Resp. Sotum ibi docere non esse in vsu pluries eadem die celebrare, nisi in die Natalis Domini, & quando Curatus habet duas Ecclesias, in quibus vterque populus solet habere suam Missam. De Graff. 1. p. li. 2. cap. 40. num. 3. tenet cum Soto, Azor item 1. p. Inst. lib. 10. c. 23. quæst. 8. & addit posse præterea bis celebrare, cum sepeliendus est mortuus, qui sine Missa non sepelitur, puta
quia

Caput Secundum . 23

quia ita consuetudo, & præterea etiam in omnibus casibus recēditis a Summistis, vbi est raritas Sacerdotum, maximè si accedat Episcopi consilium. Credo dicendum, Tunc posse dici duas missas, quando ibi sit talis consuetudo, quòd si nulla sit consuetudo, non dicerem, nisi consulto Episcopo. Ratio est, quia ista sunt iuris positiui, & in illis consuetudo dat, & tollit iurisdictionem, & casus numerati à Summistis in desuetudinem abierunt.

Quæritur. An Curatus teneatur manere ieiunus vsque ad horam congruentem celebrandi? Resp. Sil. Sacerdos num. 2. Armil. ibi affirmare. Credo distinguendum. Debere manere, cum est verisimile futurum casum, per quem debeat celebrare, puta quia quis agonizat, & in illo loco statim a morte, si sit hora competens, celebrare faciunt pro mortuo. Cum danda est benedictio nuptialis, quæ datur cum Missa. Cum communicandus sit infirmus, & non adsint particulae, nisi consecrentur a paroco. Sed iste vltimus casus de raro potest contingere cum in Curatis communiter particulae conferrentur pro viatico. Item tenetur manere ieiunus vsq; ad horam ordinariam loci pro Missa, & hoc in diebus Festis, maximè in villis vbi necesse est expectare paracos suos venientes ad missam. Intellige omnia, quando curatus est solus in loco, & non habet alium, per quem pos-

3
*Curat.
 quantum
 expecta-
 bit pro di-
 cenda Mis-
 sa.*

fit necessitati facere satis .

9
An celebret sine ministro, et quando.

Quæritur . An Curatus possit sine ministro celebrare ? Resp. Azor. 1. p. lib. 10. c. 29. q. 3. posse cum grauis necessitas premat, & citat gloss. communi consensu probatam. [Grauis autem necessitas credo erit, quando ipse tenebitur celebrare, vt est dictum num. 2. Si verò Curatus sit in loco, vbi nullum ministrum habeat, qui respondere sciat, & celebret absq; necessitate, dummodo habeat, qui vrceolos ministrat, & sit mas, non fœmina poterit ipse sibi respondere. Sil. miss. 1. q. 2. not. 2. Sot. distin. 13. q. 2. art. 5. colum. ante finem. Azor c. d. q. 2. & tam Sotus, quàm Azor non admittunt fœminam, etiam in necessitate. Videtur autem, quod possit sibi respondere, nam rub. Missalis recogniti à Clemente VIII. cap. 4. ritus seruandi in Missa habet, si minister, vel qui interfunt celebranti non respondeant ad Kyrie eleison, ipse solus nouies dicat, & cū quæ dicuntur de Kyrie eleison, possint etiam intelligi de Psalmo Iudica me Deus, &c. & de alijs, quia omnium eadem ratio, tutò videtur dicendum vt supra. Et si adsit, qui sciat respondere, sed non valeat ministrare vrceolos propter chiragram, vel aliud impedimentum, ipse Curatus poterit sibi ministrare. Deducitur ex Henriq. lib. 9. c. 30. num. 5. qui hoc concedit, quando cæpta missa, puer qui ministrabat discessit, puta vt quæreret vinum, vel aliud

aliud , & expectatus per aliquam moram rationabilem , non reuertitur ; nam in vtroque casu par est ratio sibi ministrandi , consulerē tamen pro viribus ab hoc abstinere , & non condemnarem de peccato Curatum , qui ita , etiam sæpè ageret , dum esset in loco , in quo non adesset aliquis qui sciret respondere , nec aliundè posset haberi , quia recte posset dici istam necessitatem non habere legem : Et Suarez tomo 3. quæst. 83. disp. 88. sect. 2. in fin. in defectum ministri nescientis respondere docet , Sacerdotem posse præire dicendo , quæ veniunt respondenda , & ministrum sequi recitando verba Secerdotis.] Et si quis habeat ministrum qui malè respondeat , puta multa in notabili parte omittat , vel corruptè proferat , celebret , & non curet , quia cum sit error iste frequens , maximè inter idiotas , hæcenus de illo dubitantem non vidi .

Queritur , an Curatus possit interrumpere missã ? Resp. Missam posse interrûpi , vt reassumatur , quando dicta Epistola aduenit Episcopus , vel Princeps , qui vult Missam . Azor. 1. p. lib. 10. c. 32. quæst. 3. At Henriq. lib. 9. cap. 30. nu. 3. extendit etiam dicto Euangelio , & quando etiam aduenit multitudo iter faciēs . Quanti verò faciant multitudinem , credo non esse scrupulosè opinandum . Pro decē ego reassumerem , cum nulla iniuria fiat Sacramento : & & credo tuto posse reassumi ab offertorio citra .

IO
An interrumpenda missa, et reassumenda.

tra. Ratio est, quia quæ præcedunt offertoriū, non sunt de necessitate sacrificij quod constat offertorio, consecratione, & consumptione. Et intra dictum locum poterit reassumi toties quoties adfuerit, vel superuenerit causa excusans, vt est dictum, quia stante dicta causa iusta, semper iustus erit effectus. Sed ad hoc necessaria prudentia, & non reassumerē ultra primam vicem, nisi causa superueniens esset maior prima, aliàs vix cessaret scandalum, aut ad minus admiratio, & ab vtroq; pro viribus cauendum.

II

*An inter-
rump. Missa, & dis-
cedendū
ab Alta-
ri.*

Quæritur. An interrumpenda vnquam Missa, & discedendum ab Altari, puta, pro cōfessione morientis, vel pro baptizando puero moriente? Resp. Tentanda prius omnia, ne discedatur ab Altari. Si Sacerdos est ante canonem, potest discedere. rub. Miss. de defectibus in ministerio occurrentibus. Si est post canonem non debet interrumpere Azor. 1. p. lib. 10. cap. 32. quæst. 1. qui vocat hanc opinionem communem Tol. vero Inst. lib. 2. cap. 9. num. 9. concedit Missam posse interrumpi, quando verisimile est Sacerdotem occidendum, si voluerit eam perficere, puta hoste inuadente urbem, Ecclesia ruente, & similibus. Consulere tamen, Curatum, antequam discederet, admoneret populum de necessaria causa discessus, ne scandalizaretur, vel grauius admiraretur.

In isto tamen casu hostis, vel periculi, potest statim Sacerdos se communicare, relictis reliquis, & discedere. Quod si hoc non potest, poterit discedere, & ferre Sacramentum in corporali; Quod si nec hoc potest, discedat. Tolet. ibi. Sed, & si fuerit aggressus, poterit defendere, cum moderamine inculpatæ tutelæ, & si non excedendo dictum moderamen, occideret aggressorem, deberet Missam perficere, siue esset ante, siue post consecrationem.

12
Quid ager Cura-
tus quan-
do post ea-
nonem in-
terruptit
Missam.

Quæritur. An Missa possit interrumpi super sedendo, & non discedendo ab Altari, v.g. incipere eam hora competenti, & dicta Epistola expectare ad aliquas horas venientem, & cum venerit perficere eam? Resp. Non potest, quia missa est dicenda continuata, & non potest interrumpi, nisi vt est dictum num. superiori. Qui verò supersederet ad breue tempus, non credo peccaret, ratione paruitatis actus.

13
An possit
super se-
dere in-
Missam.

Quæritur. Quæ poena sit interrumpentis missam? Resp. Si ante offertorium interrumpitur, vt reassumatur, nullum peccatum, quia permissum. Si interrumpatur sine causa, peccatum esse mortale, & interrumpentem posse excommunicari. Idem si interrumpatur post canonem, sine causis excusantibus, vt est dictum num. 12. & talis potest excommunicari, licet non sit excommunicatus, vt quidam volunt.

14
Poena in-
terrupten-
tis Mis-
sam.

volunt. Azor 1. p. lib. 10. c. 32. quæst. 1. & 2. Sed
Henriq. lib. 9. cap. 26. num. 3. gl. Q vult esse
suspensum.

15

*An exco-
munica-
tus stant
in Altari
confitea-
tur.*

Quæritur. An Curatus, qui ad Altare re-
cordatur se excommunicatum, vel in mortali,
debeat vocare confessarium, cum eum ha-
bere possit, & confiteri, cum id sine infamia
possit, vt in Missa cantata euenire potest?

Resp. Silu. Euch. 2. quæst. 7. affirmare, De
Graff. 1. p. lib. 1. c. 12. num. 8. dicit debere vo-
care confessarium, Henriq. autem lib. 8. cap.
46. num. 3. negat, quamuis commodè, & sine
scandalo possit vocare. Ratio est quia Concil.
Triden. sess. 13. cap. 7. ait teneri ad confiten-
dum huiusmodi, quamprimum potest perce-
pta communione, & non distinguit, si possit,
vel non possit tunc habere copiam confessa-
rij. Cum qua contritione Curatus in morta-
li, & quoties celebret, vide cap. 5. nu. 39.

16

*An Mis-
sa dicen-
da non di-
cto matu-
tino.*

Quæritur. An Curatus possit dicere Mis-
sam non dicto matutino?

Resp. Cum vrget causa posse, puta, quia
pulsata campana, recordatur se non dixisse
matutinum, cum magnus vir aduenit volens
Missam, cum sepeliendus est mortuus, qui pe-
tit Missam, & cum adest omnis alia rationa-
bilis causa, qua reducitur ad necessitatem.
Silu. mis. 1. q. 6. not. 4. Azor instit. lib. 10. c. 28.

q. 17. 1. p. An hoc idem possit causa nulla vrgente.

Resp.

Caput Secundum. 29

Resp. Sot. dist. 13. q. 2. ar. 2. in fine, & de iust. lib. 10. q. 5. ar. 4. concl. 1. affirmare, alios verò negare, sed nec habent improbabilem opinionem Soti. Rubr. miss. Pij V. habet Missa dicatur saltem dicto matutino, At Missale recognitum a Clem. VIII. habet saltem matutino cum laudibus absoluto. [Cum tamen Curatus non sit suæ libertatis, & possit illi in mane sæpè cōtingere casus, pro quo debeat celebrare, & facere se expectare sit odiosum, si sapio, credo illum rectius acturum, si in sero præcedenti, dixerit matutinum.

An verò non obseruare rubricas Missalis sit peccatum, Azor 1. p. lib. 10. cap. 29. q. 6. ait ex rubricis non posse aliquid certi statuere: affert tamen duas opiniones, vnã affirmantem esse mortalem, alteram negantem. Suarez verò tom. 3. quæst. 83. sect. 3. in fine, vult esse mortale: quia in Bulla Pij V. Missalis habeatur Mandantes, & strictè in virtute sanctæ obedientiæ præcipientes: Et Concil. Trident. sess. 22. cap. de obseruandis in celebratione Missarum præcipiat idem, sed Suarez ibi specificat esse mortale cum additur aliquid notabile; maximè si addatur in his, quæ publicè dicuntur, & periculosius esse addere, quam omittere. At Bulla Pij V. & locus Cōc. præcipiunt prælatis. Tutior, est sententia Suarez, sed non improbabilis contraria negans ista sub præcepto proponi.

*Rubrica
Missalis
an sub
mortali
obseruanda
de.*

Quæ-

17
*Curat. cū
 non possit
 legere ca-
 ract. &c.*

Quæritur. An Curatus, qui propter impedimentum temporaneum, vel etiam perpetuum, putà quia non potest legere officiū, eò quod habeat characteres paruos, sed non impeditur legere in Missali habenti characteres grandiores, an possit dicere Missam absque, quod dixerit officium. Resp. Affirmare Sot. de iust. lib. 10. quæst. 5. ar. 4. conc. 2. Azor inst. p. p. lib. 10. cap. 28. quæst. 18. Tol. inst. lib. 2. cap. 14. num. 2.

Quæritur. Qua hora ante diem possit Curatus dicere Missam pro communicando infirmo, vide c. 8. num. 28.

18
*Curatus
 quantum
 dat cele-
 brati pro
 ipso.*

Quæritur. An Curatus, qui facit per aliū celebrare, teneatur dare stipem pro ratione reddituum beneficij? Respondet negatiuè Hé. riq. lib. 9. c. 22. sed sufficere si det secundum consuetudinem loci.

19
*An Cura
 tus det
 præstan-
 tias diu-
 nutas a-
 līs.*

Quæritur. An Curatus, qui habet multas pitantias distribuendas pro Missis, possit, de illis diminutis, aliquod sibi retinere? Resp. Sotum de iust. lib. 9. quæst. 3. art. 1. Nau. cap. 25. num. 91. not. 24. concedere, dummodo iustum stipendium detur mercenario. Iustum autem tunc est, cum datur secundum consuetudinem loci. Suarez tom. 3. quæst. 83. disp. 86. sect. 2. At ego consulerem abstinendum, quia habet nescio quid negotiationis, vel certe sordiditatis: excusarem tamen, si ita esset consuetudo scita, & tolerata, vt potest esse

in aliquibus Ecclesijs, in quibus sit magnus concursus Missarum dicendarum, vt euenit, vbi fiunt miracula, vel vbi, propter populi deuotionem, magnus est concursus.

Quæres forte. An Curatus possit recipere, v.g. vnum iulium, vt communiter ibi datur pro missa dicenda, & deinde mittere semi iulium ad alium locum, vbi semi iulius datur, vt ibi ea missa dicatur, & reliquum sibi retinere? Resp. Rodriquez in summa p.p. cap. 25. num. 9. talia agentem male agere, & negotiationem sordidam exercere. Verumtamen videtur dicendum, pessime agere, & contra iustitiam; quia cum valor missæ communiter respondeat stipi datæ, si fuerit diminuta, & valor diminutus erit, & sic dans defraudabitur suo debito. Suarez tamen tom. 3. q. 83. disp. 86. sect. 3. in fine contrarium conatur defendere ab iniustitia, rem tamen vult corrigendam. Sed contra eum tenent ab eo ibi citato.

Antiquis accepta p missa possint alteri diminuta dari.

Quæritur. An Curatus diues ex beneficio vel patrimonio possit accipere stipendium, pro dicenda Missa ad alterius nutum, eo die, quo non obligatur pro suis, vel alijs offerre? Resp. Sot. de iust. lib. 9. quæst. 6. art. 5. Nau. cap. 23. num. 101. not. 9. & citati à Suar. tom. 3. quæst. 83. disp. 86. sect. 3. posse; imò etiam posse pacisci, ac si nihil haberet; quod negare sine causa Caetanum, & Nau. Suarez ibi affir-

20
Curat. diues an possit accipere stipendium pro dicenda Missa.

affirmat. Ab hoc tamen abstinendum, quia vix potest esse sine scandalo. *Sot. ibi.*

21
Arg. *v*
sup.

Quæritur. An Curatus possit stipendium accipere pro ea missa, quam alteri applicare tenetur? *Resp. Suarez q. d. sect. 3. in probat. 3. concl. posse, cum paræcij sciant Curati obligationem, & ea non obstante, ita à Curato exigunt. Et non solum Curatus hoc licitè recipiet à suis, sed etiam ab externis. Porro paræcij sufficienter dicentur scire Curati obligationem, si communiter de ea re sit notitia in Parochia, vel Episcopus per publicum mandatum obligationem præscripserit.*

Non credo veram opinionem Suarez, de eo qui facit celebrare Missam ex alterius intentione. v. g. si Petrus ex legato teneatur facere celebrare aliquas missas, tunc non credo satisfacere tali legato, si dictæ missæ celebrentur a sacerdote alias obligato, etiamsi de principali obligatione constet. Intellego Suarez de sic faciente celebrare pro se, vel alio citra obligationem.

22
Curat. an possit trāsferre in aliū diem satis dato stipendio.

Quæritur. An Curatus, accepto stipendio die, quo possit sacrum facere pro solo dante, possit sacrificium transferre in alium diem, in quo teneatur pro alio offerre, & eodem sacrificio satisfacere vtriusq; cum dans sciat Curatum obligatum aliquoties in hebdomada offerre pro alijs.

Resp. Si non constiterit clarè dantem velle sibi

fibi, & alteri eodem sacrificio satisfieri, teneri Curatum celebrare die non impedito. Ratio est, quia ex communi omnium hominum sententia, qui dat, intelligit accipere vtilius, quò potest beneficium, cuius causa dat. At vtilius est pro vno celebrare, quam pro duobus simul. Si tamen Curatus aperiat danti onus suum, & dans voluntariè acquiescat, poterit Curatus eodem sacrificio satisfacere danti, & obligationi sui officij. Porrò notet Curatus, clarè onus suum aperiat; & si ita, declarato dans acquiescat, tutò aget sacrificando pro duobus. Dicere autem, Orabo pro te, cum idiota, non est oratio concedens Cura to vnico sacrificio satisfacere duabus obligationibus, quia hoc non explicat facturum sacrum pro illo solo cui dicta verba profert iuxta dantis intelligentiam.

Quæritur. An Curatus diues teneatur dicere Missam pro solo dante stipem, cum est di-
 minuta, & non iuxta consuetudinem loci.

Resp. Non teneri, quia, cum stipendium non fit iustum, nec Curatus de iustitia tenebitur.

Melius est tamen celebrare.

Quæritur. An Curatus pauper possit pro vnico sacrificio accipere duo iusta stipendia?

Resp. Non posse. Suarez. q. d. disp. 86. sect. 4. poterit tamen accipere duo, & plura stipendia, quæ simul sumpta non excedant vnicum iustum stipendium; nisi voluntariè promiserit

C totum

23
*An possit celeb. minima sti-
 pe.*

24
*An Cur. pauper possit plura stipen-
 accipere pro vno sacrif.*

totum sacrificium donanti vnum illorum stipendiorum diminutorum. Suarez ibi.

25

An Curat. possit accipere plus solito pro dicenda Missa.

Quæritur. An Curatus possit accipere pro dicenda Missa stipendium maius solito iusto? Resp. Posse etiam si sit diues, dummodo nõ petatur, & largitio sit omnino libera: & accipiens potest credere, quod superfluit, liberè dari, sciente donante, quale stipendium sit iustum, & ordinarium.

An stipendium semel acceptum possit augeri.

Dubium. Si in loco varia sint stipendia, puta iulium, & semi iulium, an sacerdos, qui semel accepit semi iulium possit pacisci de integro iulio, vel minuere numerum missarum promissarum? Resp. Suarez tom. 3. q. 83. d. 86. sect. 2. concl. 2. non posse, quia vbi pretia rerũ non sunt taxata per Principem, iusta sunt ea, quæ communi æstimatione definiuntur: sic est in casu proposito. Licet stipendium istud non habeat rationem pretij. Sicuti male ageret, & vt plurimum lataliter, qui exigeret pretium rigorosum, quia non esset absq; irreuerentia, & scandalo.

Promissio missæ gratuita quomodo intelligenda.

Quæritur, de intelligentia variarũ promissionum missæ; & primo, Quomodo intelligenda promissio eius, qui gratis missam promissit? Resp. Sil. mis. p. q. 11. Intelligendam secundum mentem promittentis, si intellectus potest stare cum verbis sine mendacio, sin intelligenda secundum verba. Communiter promissio gratuita non obligat ex rigore, sed ex de-

Caput Secundum . 35

decentia, & non est mutanda, nisi superueniat
causa grauis. Suarez tom. 3. q. 83. d. 86. ante
sectiones.

TVTIVS est in tali casu non promittere
missam, Sed velle in missa orare pro petente.

Quæritur secundum, An qui promissam
missam in certo altari, absq; causa, in alio di-
cit, satisfaciatur? Resp. Sil. mis. p. q. 10. in fin.
Nau. c. 25. num. 134. Henriq. lib. 9. c. 23. nu.
5. Azor p. p. lib. 10. c. 24. q. 9. Peccare morta-
liter, & non satisfacere. Sed certe dura vi-
detur sententia, si scandalum absit, quia sacer-
dos non notatur infidelitate, nec concurrat
alia circumstantia, qua nihil alteri crescat ex
sacro alibi facto, vt accresceret si promissio
fuisset in altari priuilegiato, vel in loco, in
quo quando celebratur, defuncti orationibus
solent iuari; & ideo absq; dictis causis actio
ista non videtur plusquam venialis, est enim
de re parua.

Si dixeris idem iudicium de eo, qui dicat
vnam missam pro alia; non cōcedo, nam plus
impetrat missa de Spiritu sancto pro gratia
obtinenda, propter orationes, quam de feria:
licet non faciliter de mortali condemnarem
talia agentem, nec ad restitutionem, vt eum
excusat Azor. q. d. licet velit orationibus com-
pēsandum damnum illum causatum, eo quod
in loco promisso non celebrauerit.

Quæritur tertio, An qui sacrum promit-

*Missam
non dicēs
in promiss
so loco an
peccet.*

*Differrī
sacrū petē-
tum an
peccatū.*

sum differt, maxime accepta stipe, & cum possit illud dicere, peccet, & quomodo? Resp. oēs peccare si non dicat cum primum potest. ratio est. quia infideliter agit; nam qui dat stipem vult missam vtibili modo possibili, Sil. mis. p. q. 11. at vtilius est si dicatur quamprimum.

Si quærens missam dicat, cū commode poteris sacrum facito, quid importat illud Commode? Resp. & credo importare, vt dicatur, cum primum saluo honore sacramenti potest, & non ad libitum sacerdotis, propter eandem rationem.

Si vero quærens dicat Ad Libitum Tuum? credo intelligendum cum maiori latitudine, non tamen denotare terminum interminatū, nec eum de quo est dictum intelligendum, commode, sed paulo latiore. Admitterem pro paucis diebus; pro vna, aut altera hebdomada non consulerem, nisi ex qualitate promissionis aliter videretur dicendum: pro mese nullo modo admitterem.

Sic non excusarem eum, qui, dum sacrum petitur, pro alio satisfacere debet, & postquā satisfecit illi primo; sed non secundo petenti, superueniunt noua stipendia, & illis acceptis, priorem missam transfert, eo quod promissa fuerit petenti, ad libitum: quia qui sacrum petit, dum petit sentit illi non posse satisfieri, & addit, dicas ad libitum, intelligit sublato isto

im-

impedimento quo nunc teneris . vt patet ex communi omnium sensu,iuxta quam promissio ista obligationem parit.

Propter hanc eandem rationem (nisi aliter pactum fuerit) credo capellanum confraternitatum laicorum, teneri, sublato impedimento vt est dictum, dicere eas missas, quas confraternitas solet facere celebrare, pro confratribus mortuis.

Certe vbi sunt collegia expedit Episcopū, saltem vt piarum voluntatum exequutor, deputare vnum, qui in libro notet missas celebrandas, & eas distribuatur. & ita causa facientium celebrare tutè agetur, maximè si in loco videbit aliquem abusum.

Si duæ obligationes, quibus sit satisfaciendum, concurrant, vtri prius satisfaciendum? Resp. si capellaniam respiciant locum, vel tempus, v. g. celebrandum esse in tali loco, vel tali die, tunc vni per se, alteri per alium satisfaciendum.

Si celebrans sit solus, satisfaciat prius ei, cum qua prius obligationem contraxit.

Si vna tempus, alia locum respiciat, satisfaciendum prius priori. ex Azor. p. p. l. 10. c. 24. q. 7.

Quaritur quarto, An. v. g. in collegiata, & parochiali, vbi in festis cantatur missa, quæ etiam parochialis est, an hæc missa ad libitum applicari possit? Resp. si de applicatione illius

*Missæ
cantatæ
vel curæ
si cui applicanda.*

missæ nihil constat, posse tuto ad libitum applicari. Suarez. l. d. sec. 1. Idem iudicium de missa curati non contata.

*Missæ
capellana-
rum
an appli-
candæ.*

Si aliqua capellania esset instituta cum obligatione dicendi tot missas, etiam si non constaret in institutione pro quibus essent dicendæ, essent tamen applicandæ ad mentem testatoris. Ratio est, quia fructus talis capellaniæ habent rationem stipendij illarum missarum, & ita debentur danti stipendium. Non tamen debentur, si illarum institutio facta fuit per Episcopum ad aliam intentionem. v. g. in ecclesia sunt aliqui capellani, de quorum primæua institutione non constat, Episcopus vt ecclesia debito seruitio non careat, & ad populi satisfactionem decernit tot missas per capellanos dicendas, tunc missæ illæ poterunt ad libitum applicari, quia Episcopus non decreuit de illarum applicatione, sed de modo deferuendi ecclesiæ.

Quæritur quinto, An sacerdos possit promittere, decem missas, v. g. & deinde applicare per decem dies vnicuiq; cui promisit decimam partem missæ, ita vt decimo die, singuli pro quibus promisit, vere recipiant valorem integrum vnus missæ iuxta promissionem. Resp. non satisfacere promissioni, quia inauditum in Ecclesia hunc modum, & repugnat promissioni, tacitæ facta instipulatione maxime si missæ illæ dicantur pro mortuis. Sil. sufrag.

frag. quæstione octaua .

Queritur sexto, Posito tres esse partes mis- *Pars mis-*
sæ, primam totius ecclesiæ, secundam cele- *sæ quæ po-*
brantis, & tertiam celebrare facientis, An- *test appli-*
celebrans secundam, quæ non solet applicari, *cari.*
possit alteri applicare? Resp. siue missa sit pro
missa gratis, siue data stipem, siue applicetur ex
charitate, & non ex iustitia. Nau. c. 25. nu. 92.
concedere. Sed Suarez tom. 3. q. 83. disp. 79.
sect. 9. dub. ult. negat, eo quod sit priuilegium
personale, quod in alium transferri non po-
test. Adde, non posse, maxime vbi promissio
celebrandi intercesset, quia ita applicaret, da-
ret ad minimum rem, de qua communiter est
dubium, an possit dari, & quæ nescitur an re-
spondeat parti, quæ applicari solet, & expo-
nere se periculo errandi in re graui, vt hæc,
quis excusaret a mortali?

Queritur septimo, Missa est impetratiua, *An missa*
& satisfactoria, quis dat stipem pro missa ad *diuersa*
impetrandam gratiam, & alius ad satisfactio- *intentione*
nem, v. g. pro mortuo, nonne vna, & eadem *duobus*
missa poterit vtriq; satisfieri? Resp. Suarez *possit ap-*
tom. 3. q. 83. disp. 79. sect. 12. Rodriguez in *plicari.*
summa Nau. conf. p. p. de celeb. mis. conf. 8. &
negant; ratio videtur esse, quia qui dat stipem,
intelligit sibi applicari missam modo vttiliori
possibili, at vttilius est, vt qui pro impetratio-
ne dat, etiam pro satisfactione accipiat: signū
est, si isti danti stipem dixerō, dicam missam.

pro te ad impetrationem, & eandem ad satisfactionem applicabo pro mortuo, vix annuet. vt experientia docet, valeret tamen si annueret.

Quæres fortè. An missa de requiem præscripta a Missali in die commemorationis omnium fidelium defunctorum possit ad libitum applicari? Resp. Possè, sed retento modo missæ, id est non mutatis oratione, epistola, & cæteris illi diei proprijs. Ratio est, quia eo die Ecclesia non præscribit nisi ritum officij, non autem statuit de applicatione, cum vnum sine altero stare possit. Verum non est laudanda applicatio, male enim sapit, missam, quam vnicam in anno ecclesia præscribit pro defunctis in generali, non applicare ipsis.

*An missa
possit dici
pro petitione
futura.*

Quæritur octauo, An possit dici missa suspendendo applicationem, id est cum animo applicandi primo missam petitulo? Resp. Rodriq. in sum. p. p. c. 25. num. 9. cum citatis, & affirmat, Angles vero 2. par. in 4. de suffrag. difficul. 5. & Suarez tom. 3. q. 83. disp. 79. sect. 9. negant, eo quod ista sint in ecclesia inaudita, & valde absurda, & ratio est, quia sacrificiū est sub potestate, & intentione ministri solum quando offertur, ideo eius intentio si suspendatur non retrotrahitur.

Si dixeris: Deum tunc applicare missam ei, quem petiturum præuidet. Respondebit Suarez Deum non premiare, nec punire, nec conferre

conferre effectus sacramentorum secundum præuisa, sed secundum præsentem intentionē, & dispositionem hominis . Per quæ etiam respondetur rationibus Rodriquez .

Quæritur nono, Quid aget curatus, si magno numero missarum dicendarum obruatur? Resp. si sint cappellæ, vel beneficij Episcopum consulat . Papa reducit ad numerum, cui pos-
Quid agendum in magno numero missarū.

fit satisfieri, non Episcopus contra Henriq. Si sint ex varijs legatis nouis, vel ex populi deuotione, Episcopus reducit in synodo iuxta Conc. loco dicto. Et si vrgeat necessitas, idē potest etiam sine synodo. Henriq. l. d. 9. c. 22. num. 6. Nauar. c. 25. num. 138. Rodriq. loco citato. Quidam Romæ consulti negarunt, quia Papa istorum dispensationem ad se traxerit. Sed ratio videtur insufficiens, quia nec de ista tractione constat per publicam legem, & contrariū practicatur a multis Episcopis, vt clarè patet per experientiam . Nec quod Papa dispenset arguit Episcopum dispensare non posse, sed arguit Papam, vt principem, quem decet esse benignum, & omnibus gratosum, postulatis annuere.

Quæritur. An Curatus in sua Ecclesia admittat Sacerdotem ignotum ad celebrandū, sine litteris comendatitijs sui Episcopi? Resp. Conc. Triden. sess. 23. cap. 16. de reform. dicere . Non admittantur ad celebrandum ignoti, sine litteris sui Ordinarij . Sic posset practica-

26

An possit admitti sacerdos ignotus.

eticarij, obseruare constitutiones proprij Episcopi, quæ si non adsunt, & tales admittuntur, possent admitti, maximè celebrantes ex deuotione; quia in istis vix quidquam mali posset inesse. Si verò celebrare volentes quærunt stipem, ego non admitterem, nisi de licentia Episcopi, vel Vicarij.

Si tamen admiseris non malè ages: certè semel ad nisi stultum habentem litteras conuenientes, sed dum essem admonitus, facultatem datam reuocaui.

27

An particula consecrandæ sint offerenda.

Quæritur. An quando consecrandæ sunt particulæ debeant ad offertorium cum Hostia offerri, an sufficiat eas consecrare, absq; quòd offerantur? Resp. Et dico vidisse offerri, & non offerri, & si vis esse offerendas, credo sufficere si sint in Altari tempore offertorii, cum animo eas consecrandi suo tempore.

Rubrica vero Missalis Clem. VIII. de defectibus occurrentibus celebrationi. cap. 3. nu. 4. vult omnino faciendam oblationem, vel realem, vel saltem mente conceptam, quando prosequenda sit Missa post defectum comperit in materia. At potest concordari, oblationem non esse de essentia sacrificij, vt vult Suarez, sed de integritate, vt dicit Rub. Missalis. Rubrica Missalis tutior.

28

Sacerdos consecrās minores particulas quæ sint infirmi cōmunicandi.

Quæritur. Si sacerdos celebret, vt multos communicet infirmos; & ante consecrationem aduertit, particulas nō esse numero sufficienten-

ficientes ; nec sufficienter posse prouideri cō-
munioni singulorum per partes earūdem ; an
tūc possit curare adferri nouas particulas ad
sufficientiam , & eas consecrare absq; offerto-
rio ? Resp. Possē cum secundum Suarez tom. 3.
quæst. 83. disp. 75. sect. 3. illa oblatio non sit
de essentia : tamen tūtius est , eas iterum of-
ferre solas ; decentius uero offerre oblatione
mente concepta .

Nota tamen propter difficultatem contin-
gentem in collectione fragmentorum dum
locantur super corporale, melius esse particu-
las ponere in pyxide .

Quæritur. Quomodo se habeat Curatus in
denunciandis ex Altari ? Resp. Denuncianda
esse in duplici differentia . Quædam enim de-
nunciat absque alia licentia , seu iussione , &
quædam non debet denunciare absque Epi-
scopi licentia .

Quæ denunciatur absque licentia , sunt item 29
in duplici differentia . Quædam enim tene-
tur denunciare , ut dies festos , matrimonia Curatus
celebranda , & dies ieiuniorum : [Et deficien- qua de-
do in istis , credo peccare mortaliter , quia nūciat ex
deficit in re graui , quæ sub mortali populus Altari.
tenetur scire .] Alia denunciatur sine iussione ,
sed non tenetur , ut res amissas , seu inuentas ;
Desideria pia particularium , puta quod qui-
dam uelit fabricare in Ecclesia , si populus ad-
iuuet , & similia . In quibus bonum est , paro-
chum

chum esse facilem, dummodo nimia denunciatio similibus, non reddat officium contemp-
tibile: [Ideo prudens arbitrabitur; deficien-
do verò citra damnum verisimile tertij, non
peccabit plusquam venialiter, cum omnia
sint de materia leui: si verò ex denunciatio-
ne ommissa verisimile sit damnum graue sequu-
turum tertio, (quòd rarò potest contingere)
erit mortale; quod bonus, & prudens arbitra-
bitur.]

Quæ verò non denunciatur absque Episcopi
licentia, sunt. Citationes, & præcepta, & si-
milia iudicialia, excommunicationes, & indul-
gentiæ etiam Papales. [Ratio est, non quòd
similia manantia à Papa robur suum sortian-
tur à placito Episcopi, sed quòd Episcopus e-
xaminet, an sint falsa, & quòd talis sit vsus v-
niuersalis, alioquin multi deceptores pro vo-
to multa agerent. Resignationes beneficio-
rum. Azor 2. p. lib. 7. cap. 24. quæst. 8. Quæ-
stuarios etiam non commendat, qui verò sint
quæstuarij, vide Silu. quæstuarij. Conc. Trid.
sess. 21. cap. 9. de reformat. hæc autem intel-
lige cum hac limitatione, si quærant pro suo
particulari victu non potes eos prohibere, ,
nec Episcopi vnquam eos prohibent, si ve-
rò quærant per Collegio, puta: [Per il tale
Hospitale, Conuento, ò Chiesa], Episcopi
votum est necessarium, ex Conc. ibi: In hoc
tamen obserua constitutiones tui Episcopi,
quia

quia in quibusdam Episcopatibus admittuntur ad quæstum vtroq; modo sine licentia. Et si non prohibueris, dum non habueris aliter in mandatis ab Episcopo, non peccabis. In vniuersum tamen alios mendicantes est melius prohibere, quia occasione istorum fideles non ita miserentur veraciter indigentibus. Silu. Quæstuarij, per totum. Si autem aliter habueris in mandatis, iussa exequere, & diligenter caue, quia sæpè videbis quosdam malè feriatos varia simulatione fideles decipere. Ex hoc genere sunt, qui quærunt pro locis ignotis, pro locis valde remotis, ad quæ non est credibile oblata deferri; [Ballarini, Schiaui fuggiti di galera, Giudei battezzati, Heretici conuertiti,] & alij varijs nominibus nuncupati, qui quærunt pro redemptione suorum apud Turcas captiuorum. Vide eorum literas commendatitias, quæ si sint confectæ a multis annis, habeas illos suspectos, nam hodie vagabundi hoc modo negotiantur. Numquam tamen prohibeas, quin victum quærant. Et omnia dicta intelliguntur ita practicanda, vbi non adest Episcopus, nec Vicarius, vt in oppidis, quia in Ciuitatibus relinquenda est cura Episcopo. [Eodem modo prohibeas, qui mendicando ferunt alias quas imagines deosculandas, sed & obserua constitutiones tui Episcopi. In aliquibus Episcopatibus iubentur Curati huiusmodi ab istis

istis auferre.] An idem agendum sit cum regularibus ex quatuor ordinibus mendicantibus, & alijs eorum priuilegio gaudentibus, cum pro religione quærunt, Consule Episcopum, & iussa exequere, si nihil habes contra, bene permittis, dummodo vere sint regulares, non vagabundi.

30
An detegere
vitij
vagabundi
licita.

[Quæres forte. An sit peccatum detegere occultum vitium vagabundi. v.g. vagatur, quis vere otiosus, an sit peccatum detegere istius simulationem, qua se pauperem fingit? Resp. Sot. de iust. lib. 5. quæst. 10. ar. 2. & in medio, & Lessius, de iustit. lib. 2. cap. 11. dub. 10. not. 63. dicere, quando simulatio est sine damno tertij non posse sine peccato occulte vitium talis aperire. Videtur dicendum, si simulatio sit sine damno tertij, puta, quia iste quærens vere pauper est, & nequit, nisi ficta paupertate viuere, malum esse eius simulationem aperire. Si verò iste quærens est quidem pauper, sed potest suo labore viuere, at otio illo torpescit, credo tutè posse detegi. Ratio est, quia isti sunt in causa, vt fideles postea non misereantur vere indigentibus, & ita eos damnificant. Deinde Concil. Trid. sess. 23. cap. 7. de reformat. matrim. habet Magistratus etiam seculares hortatur (loquitur de Concilio) vt eos (idest vagabundos, quales sunt dicti) seuerè coerceant, & Conc. non tam strictè ista hortaretur, si essent

sent tolerabilia . Præterea isti sunt pessimi Christiani, blasphemij, ludo, & peioribus pleni, & si diceres inter eos inueniri aliquos, qui sapiant hæresim, forte non errares, nam & vidi in quadragesima non carentes cibo edere carnes . Ad hæc, sæpe ita fingunt extremam necessitatem, vt eos videntes non leuiter credant obligari ad eis succurrendum & alij multum versantur in ancipiti, luctante, & reluctante conscientia, quod non rarò vidi, quòd certe non est leue damnum tertij. Azor 3.p.l. 13.c.7.q. 8. cum Adriano in vniuersum concedit .

Nota . In omni denunciatione, quæ facienda est iussu Episcopi, habendam esse facultatem in scriptis, & reponendam ad verificandas denunciationis commissiones, si vnquam opus fuerit .

Quæritur . An quando Episcopus iubet aliqua denunciare, Curatus teneatur obedire sub mortali? Resp. Teneri, cum res sint seriæ, & in dubio Curatus debet iudicare eas serias, & obedire. Sil. obedientia q. 7.

[Quæritur. Qua mundicia Curatus cum vestibus, & instrumentis sacris sacrificabit? Resp. Nullam mundiciam in seruitio Dei, esse, respectu Maiestatis illius sufficientem, à peccato tamen excusabit ea, quæ per Episcopum fuerit approbata, & non est vltra scrupulis vacandum, quia non est credibile Episcopum

in

31

Denunciatio si iubeatur fit per scripturam.

32

An Curatus obediat sub mortali.

33

Mundicia rerum sacrarum.

in hoc deficere. Si nihil decernat, mundicia est sufficiens, qua boni vtuntur. Certè vituperabile est, habere camisum sordidiorem indusio sordido, corporale sordidius sudario immundo, mappas Altaris propria tobalia. At quia sæpè contingit ob paupertatem Ecclesiæ carentis corporalibus ipsa corporalia vsu nigrescere ex frictione patenæ, dum fragmenta colliguntur.

34

Corporale quomodo conseruatur mundū.

Dum igitur nequiuersis munda habere, accipe scissuras illas, quæ supersunt ex hostijs aptatis, & illis frica nigredinem illam, & aufertur. Sed validius operabitur interior pars mollis panis ordinarij. Porrò si scrupulis vrgeris, ante frictionem, poteris super sacrarium excutere corporale, vt si forte insint fragmenta, decidant in loco illo mundo. Sed nec hoc necessarium credo, sicuti nec in sacrarium reponere micas illas, quæ ex frictione nigredinis superfuerunt. Poteris, & vti corporali nunc ex vna, nunc ex altera parte inuersa, vt mundum habeas, nec item scrupulis cedendum, ne pro versione fragmenta, si quæ insint, decidant, quia credo merum scrupulum, nam, & quando lauantur, si fragmenta insint, decidunt, & tamen nullus dicit excutienda prius corporalia in loco mundo.

Remediū contra mucorē.

Quoniam vero sæpè tobaleæ, & alia Ecclesiæ vtensilia, humiditate, valido mucore festent,

tent, poteris huic malo ita occurrere. Accipe radices lilij cerulei, collectas in Ianuario luna deficiente, & vino calido lotas, & frustra-
tim scissas in umbra exsicca, & inter tobaleas, & alia fetentia sparge, & honesto odore, & gra-
to omnia implebunt. Porro prius tobaleas, & caetera ita soli, vel vento tandiu exponas, quo
ad fetorem illum sol, & ventus excusserint.

Potest praeterea euenire, vt sacrificia tantis muribus scateat, vel aliunde aduenientibus, vel ibi natis, vt etiam si felibus, & muscipulis vtaris, non tamen tam cito excutiantur, sed interim multa corrodant. Adde caeteris diligentis hanc. Pone in locis vbi recurrunt aliquas scutellas plenas aqua, & non nocent vltorius. ita docuerunt mercatores, qui nec felibus, nec muscipulis poterant suas merces a muribus defendere. omnium optimum, loco integro, & bene clauso omnia condere.

Potest etiam euenire, vt Calix continuo vsu exterius sordescat, poterit & ita sordes abluere, Laua lixiuio calido, & vnge smigmate, deinde aqua pura iterum laua, pone ad solem, vt exsiccet, deinde panno lineo albo absterge, & erit tanquam nouus. Et hoc sufficit semel in anno.

Caueat Curatus, quando veniunt Missae insolitae ex petitione alicuius dicendae, puta, quia sunt Missae, vel de Sancto ignoto, vel ad rem, quae superstitionem sapiat, vt contigit

*Remediū
contra
mures.*

35
*Calix quo
modo mū
detur.*

36
*Missas in
solitas fu-
giat.*

mihi semel: petijt enim quidam certas Missas vnā pro omnibus in aquis submersis, aliam pro omnibus necatis, aliam pro stultis, & alias quasdam similes: tunc Curatus interroget, & videbit ad superstitionem tendere, sicut accidit mihi, cum enim nouitas rei me afficeret, & interrogassem ad quid cuperet tales Missas respondit petens, ne filius meus, qui est in carcere habeat torturam, de qua dubitabat, & ita caruit Missis. Et tu fac similiter.

37
Non be-
nedicas
vestes sa-
cras.

Caueat etiam Curatus, ne benedicat vestes sacras, nec decipiatur, eo quod in Missalib. earum benedictio reperiatur. Imò nec hanc facultatem potest dare Episcopus simplici Sacerdoti: ita mihi respondit Congregatio Rituum, sub Illustrissimo Cardinali de Aragonia, Anno 1600. Ita etiam tenet Sil. benedictio. q. 3. Nau. cap. 25. nu. 84. Et si reficiendæ essent, caueat ne destruat ita, quòd primam formam mutant, ita vt dum sunt destructæ, sint in tali forma, quòd eis vti non posset in Missa, nam tunc benedictionem amittunt, ita multi Doctores.

Porrò quia potest fieri, vt Curatus ruralis multum laboreat pro obtinenda benedictione dictarum vestium, cum multum distat ab Episcopo, & tēdio illius laboris, vel non resarciat fructus, vel nō faciat nouas; quorum alterum si benedictio facilè haberetur, non efficeret. Sciendum ordines mendicantes hanc facultatem

tatem habere, vt patet ex illorū priuilegijs : totum autem negotium facile euadet; cum regulares mendicantes per castella sint frequentes.

Ita compendium priuilegiorum fratrum minorum Alphonfi Casarubij, cum additionibus fratris Hieronymi a Sorbo Cappuccini, priuilegio concesso Congregationi sanctę Iustinę, ab Innocentio viij. Anno 1487. fol. 37. §. 1. At hodie ex Rituali Pauli v. de benedictionibus, Episcopus simplici sacerdoti hanc facultatem ritę potest delegare non solum pro vestibus sacris, sed etiam pro corporalibus æquantur enim istę benedictiones. Porrò Episcopus bene nouit quę sint suę facultatis.

An verò possit Curatus, qui habet planetam nouam, & non potest curare benedici, quia longè distat Episcopus, supponere nouā non benedictam veteri benedictę, vel eam illi insuere, & tunc postquam celebrauerit cum vtraque, denuo nouam à veteri separare, & vti noua tanquam benedicta? Resp. Me vidisse ita actum, sed qua ratione nescio, hoc vnum scio, hactenus non inuenisse simili vsu benedici, & ideo affirmare Curatum non posse agere, vt dicitur, credo tutum.

Quæritur. An Curatus valdè debilis possit, sacris vestibus indutus, ire cum baculo ad Altare pro celebratione, cum aliter illò nequeat ire? Resp. Tol. Inst. lib. 1. c. 58. num. 2. Sa

C 2 cerdotem

38
Notandum.

39
Aneat ad
Altare
cum baculo.

cerdotem sine baculo non valentem ambulare esse irregularem, durante dicta impossibilitate, ideò non debere sic ad Altare accedere: si verò sit quidem debilis, sed agre, sine baculo possit Altari accedere, non esse irregularè. At omnia incommoda superantur, si Curatus se ad Altare sacris vestibus induat, & non refert quòmodocunque ad Altare accesserit, dummodo dum est ibi, sine baculo possit officio suo fungi. c. nullus Episcopus, de cons. dis. 5.

40

Indecentia in gestu eius.

Occasione dictorum meminerit Curatus abstinere a portatione baculi in publicis processionibus, à portatione pileoli linei in Ecclesia, dum sacras vestes induit, dum eisdem indutus in publicum procedit à deiectione brachiorum, & ab omni alio simili indecenti gestu.

41

Cum cantatur passio an sacerdos teneatur recitare totum.

Quæret aliquis, quãdo solet cantari passio in hebdomada maiori, an celebrãs si sit vnus è tribus, qui cantant, teneatur legere totum, an sufficiat, dicat partem propriam cantatam? Resp. Henriq. in summa affirmare sufficere si dicat partem cantatam. Quod vero rubr. Missalis recogniti per Clem. viij. ante passionem Veneris sancti habeat, celebrans legat summissè omnia; non euincit ad hoc teneri, si fuerit vnus de cantantibus; si tamen legerit nihil mali ageret. Et quæ dicuntur de die veneris, sunt etiam intelligenda de alijs diebus, in quibus recitatur Passio.

Quæ-

Caput Secundum. 37

Quæritur. An Curatus; qui in loco est solus; & in die Natiuitatis Domini sumpfit purificationē in prima, vel secunda Missa incautē, possit dicere aliam, vel alias Missas eiusdem diei; etiam si non sit ieiunus, cum, si non dixerit, sui sint caricaturi solitis missis, & causetur scandalum, vel saltem admiratio, & ab utroq; sit cauendum? Resp. Non posse, Silu. Euch. 3. q. 6. & bene scandalum tollitur, si de contingētia populus admoneatur.

42
Si sacerdos in die Natali sumpserit post primam vel secundam missam.

Quæritur. An si in Ecclesia Curati aliquis sacerdos celebrans moriatur, vel morbo impediatur perficere missam captam, peractam consecratione, saltem alterius speciei, an teneatur Curatus eam perficere, etiam si non sit ieiunus, cum alios sacerdos ibi non adsit? Resp. Nau. c. 25. nu. 86. affirmare. Sot. vero d. 13. q. 2. ar. 6. vult teneri si adsit scandalum. At Suarez tom. 3. disp. 85. sect. 1. in fine, ait teneri non ratione præcepti Ecclesiastici per c. 1. q. 1. cum nihil vbi habetur. Censuimus conuenire, vt in eo casu sit liberum alteri Episcopo, vel Presbyt. consecrationem exequi officij cœpti. &c. Sed eo quod hoc sit rationi consentaneum, cum ad munus sacerdotis pertineat, ne sacrificium maneat imperfectum: dicendum videtur hoc esse certum, posse tale sacrificium perfici etiam à non ieiuno. An vero teneatur de præcepto, non concordant Doctores, vt patet ex dictis. rub. Missalis de dese

43
Cum sacerdos non possit Missam cœptam perficere.

ctibus in ministerio occur. in Missali. Clem. viij. cap. 10. num. 3. habet, per alium, sacerdotem explendam Missam. At per multas rub. Miss. non obligat ad mortale, vt est dictum. num. 16. ergo not. hæc in hoc casu. Hæc conuenientia rationis. Suarez placet, quia canon expresse liberum relinquit, & cum non distinguat, quare distinguemus nos? maxime in materia pœnali, & de re mortali. Valde rationale videtur Curatum non cogi: sed & valde rationale est, non relinquere sacrificium imperfectum, & cum res sit facilis, non est tanta coarctatione, & disputatione digna. Dato autem, quod curatus velit sacrificium profequi an teneatur, statim vel an hoc possit etiã post moram? Resp. Henriq. lib. 9. de missa c. 23. glos. enim posse eadem, vel sequenti die Suar. vero, & Sot. loco dicto, annunt prosequendum statim, si Sacerdos adsit, dum aduenit casus dictus indigens perfectione sacrificij: & hoc tenerem.

44

*Si inter sa-
crificiãdũ
Eccl. pol-
luetur.*

Quæritur. Quid agendum, si Ecclesia excretur effusione sanguinis, vel feminis humani? Respon. si erat consecrata per Episcopum vel per simplicem Sacerdotem de licentia Papæ reconcilietur aqua per Episcopum benedicta. Si vero erat solum benedicta reconciliari potest per simplicem sacerdotem aqua benedicta ordinaria per eum aspersa, & hoc fieri potest etiam Episcopo non consulto.

Caput Secundum . 55

to. Azor 2. p.1.9. cap.5.q.5. At si per tempus vacat, bonum est prius Episcopi beneplacitum exoptere.

Sed si necessitas cogat celebrare, tunc posse, quando est consecrata, etiam ante reconciliationem. Sot. d. 13. q. 2. a. 3. versu. Quo circa. & c. & S. Tho. Henric. vero l. 9. c. 27. nu. 7. addit, Urgente necessitate, & de licentia Episcopi. hanc licentiã præsupponit rituale Pauli V. de benedictionibus Ecclesiæ. hoc obserua.

Quæritur. Quoniam sæpe populi faciunt celebrare missas S. Gregorij, quot, & quæ sint, istæ missæ. Resp. Aliquos doctores asserere esse triginta, sed nihil præterea: Alij cõcordant in numero, & specificant, quæ dicunt esse varias, v. g. de angelis, de trinitate, & similes. Rodriquez in summa.

*Missæ S.
Gregorij.*

In libro dialogorum S. Gregorij l. 4. c. 55. habetur dictum Sanctum iussisse celebrari missas pro quodam monacho proprietario mortuo, qui postea apparens, post celebratas triginta, & reuelauit se per illas saluatum. In missali habetur rubrica pro mortuis, dicens: In die tertio, septimo, & trigesimo, quasi approbans hunc numerum. Consulti monachi S. Gregorij de Vrbe, vbi infinitæ dicuntur, & vnde illarum institutio, vt potest credi, ortum habuit, dixerunt esse triginta, vt dicitur de Requiem, nec necesse continuate dici, & ita illos præticare, Sed & in duplici, & semi-

duplici posse dici missam currentem, & equè
 prodesse ac de Requiem tradunt multi. Azor.
 p. p. lib. 10. cap. 32. q. 5. Imo aliqui volunt
 plus prodesse de Sancto quam de Requiem,
 quod sanctus ille suis orationibus adiuuet
 mortuum illum pro quo celebratur. circum-
 fertur quedam missa specifica sub no-
 mine Missæ sancti Gregorij,
 quæ est solita de Requiem so-
 la oratione distincta, quæ
 forte est vsui alicui
 religioni. cer-
 te non
 videtur instituta a S. Gregorio, vt
 ex eius textu apparet & in
 missali Clem. viij. vel
 Pij V. nulla fit
 eius men-
 tio.



DE PRAEDICATIONE.

CAPVT TERTIVM.

Quæritur. An Curatus teneatur prædicare? Resp. Sotus de Iust. lib. 10. quæst. 1. ar. 3. parum vltra medium, in Conc. Trid. disputatum fuisse, an hoc munus: videlicet prædicandi, esset iniungendum Curatis, & tandem concludit se per se in determinatione. Et parum supra vult Curatum teneri solum docere populum Articulos Fidei, Decalogum, & Orationem Dominicam. At Concil. Trid. sess. 5. c. 2. de reformatione. habet, vbi sermo est de Curatis, Pascant populum salutaribus verbis, annunciando cum breuitate, & facilitate sermonis, vitia, quæ eos declinare, & virtutes, quas sectari oportet. Et sess. 22. cap. 8. de sacrificio Missæ, dicit frequenter, curam animarum gerentes inter Missarum celebrationem, exponant ex ijs, quæ in Missâ leguntur. Et sess. 23. cap. 1. de reformatione. ait: Cum mandatum sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, oves suas agnoscere, pro his sacrificium offerre, verbiq; diuini prædicatione, &c. Et licet

I
Curat. tenetur prædicare.

cet ibi loquatur de Episcopis, tamen inferius intelligit omnia etiam de Curatis. Et sess. 24. cap. 7. de refor. loquens de parochis, ait: Exponant sacra eloquia, & in lege Domini, populum erudire studeant. Ex quibus omnibus locis euincitur Curatum teneri prædicare. Ita Tol. Inst. lib. 5. c. 5. num. 7.

2

*Curatus
prædicet
per se.*

*Quando
prædicet
per alium.*

Quæritur. An Curatus teneatur prædicare per se, vel sufficiat prædicet per alium? Resp. Tolet. vbi supra, non esse necessarium prædicet per se, sed sufficere, si id faciat per alium. At Conc. Trid. sess. 5. cap. 2. de refor. ait: Per se, vel per alios legitimè impediti, pascant salutaribus verbis. Credo distinguendum. Prædicare vna, aut altera vice per alium, vt abundantiori doctrina, vel modo consoletur populum, videri bonum: prædicare verò semper per alium, ad quietem credo malum, & non satisfacere officio suo. Prædicare etiam semper per alium ex inhabilitate, credo excusabile, si sic toleretur ab Episcopo, ipso sciente; vniuersaliter tamen credo posse saluari opinionem Tolet. de prædicante per alium, quia licet hoc non videatur conforme verbis Concilij, tamen concordat eius menti, quæ est populum instructum iri.

3

*An Cur.
vnquam
excusatur
à prædi-
cando.*

Quæritur. An Curatus vnquam excusetur a prædicando, etiam si velimus, per Conc. loquendo dicto teneri? Resp. Excusari, quando est legitimè impeditus si non habet quomodo
per

per alium possit prædicare, quia vel redditus non sufficiunt, vel deest persona idonea. Ratio est, quia impossibile nulla est obligatio. Sed si habere quidem potest idoneum, & habet redditus sufficientes, & tamen in illo loco, vel parochia Episcopo sciente, & nõ contradicente, parochi, etiam si non sint legitime impediti, non prædicant, si hoc eueniat in Ciuitate, vbi Episcopi communiter instituunt prædicatores aliquos, vel ipsi regulares de licentia Episcopi prædicant, excusabitur Curatus a prædicatione, quia tales Prædicatores censentur deputati ab Episcopo pro toto populo, & per consequens pro omnibus Curatis. Et tunc Curati iuxta Concil. Trid. censentur legitime impediti, vel a iussione Episcopi sic constituentis, & interpretantis istam legem, etiam si velis esse Diuinam; Vel quia sic vtilius geritur negotium populi. In oppido verò, vbi, silente Curato, omnes silent, sine dubio Curatus, nec per alium prædicans, peccabit mortaliter. Ratio est quia deficit in re graui, cedente in graue populi incommodum. Nec hunc Curatum credo excusari conniuentia Episcopi, cū de iure Diuino Curatus ad hoc teneatur, vt patet ex Conc. Trid. loco allegato, sess. 23. c. 1. de refor.

Quæritur. An Curatus possit dare licentiã alteri prædicandi in sua parochia? Resp.

Conc.

4
An Curat. det alteri licentiã prædicandi.

Conc. Trid. sess. 5. cap. 2. de reform. velle, etiam regulares debere admitti a suis Superioribus, & ab Episcopo loci, alias interdicit eos prædicatione.

Rodriquez tamen q. canon. p. 3. q. 32. a. 1. ex Henriq. tenet curatum posse dare facultatem prædicandi viro docto, aut regulari docto, & noto, vt duabus aut tribus vicibus prædicet in sua ecclesia, etiamsi doctus prædicator non sit approbatus ab ordinario parochi, constitutiones Episcopi, & consuetudo sunt obseruandæ, ego inconsulto Episcopo nõquã admitterẽ. Sed An semel approbatus ab Ordinario possit admitti a Curato sine alia licentia? Videãt Curati Cõstitut. suorũ Epãtuũ & eas obseruent: quod si nihil prohibetur, poterit Curatus dare licentiam prædicandi Prædicatori iam admissõ. Nauar. cap. 25. num. 141. Rodriquez vt supra videtur contrarius Nauarro. Ego nõ admitterẽ inconsulto Epõ.

*An det
exhortationem faciendi.*

Quæres forte, An quæ dicuntur de prædicatione, intelligantur per omnia etiam de exhortatione publica? Resp. Et citra Constitutionem Episcopi, credo non intelligi, nam confraternitatibus laicorum exhortationes fiunt & numquam requiri Episcopi placitum audiui. Exhortationem autem intelligo, dũ ad populum habetur sermo extra pulpitem, vel locum solitum pro concionibus aut si fiat in loco solito, puta ex Altari, fiunt habitu distincto

distincto ab eo, quod assumitur in prædicatione, ita ut habitus, & locus videantur distinctionem ponere; nam materiæ, & verborum utrorumque eadem est ratio.

Quæritur. Qua pœna teneatur Curatus ad prædicandum? Resp. Cùm Conc. loco dicto inquit esse præceptum Diuinum, si excessus erit notabilis, credo peccaturum mortaliter, cum erret in re magna, in magnum populi præiudicium: Si verò omittat vna, aut altera vice, nullum, vel leue peccatum erit, quia paruitas rei in omni materia excusat. Præterea incurret pœnas a Conc. Trid. taxatas sess. 5. cap. 2. de reform. Quæ sunt censure, & aliæ arbitrariæ Episcopo, & assignatio tantæ mercedis alteri, qui prædicet, quæ sit honesta, etiam si Curatus sit exemptus. Si vero sit sub Abbate, & Prælate Regulari, & Prælato sint negligentes, Metropolitanus, in cuius diœcesi est Curata, potest prouidere, omni appellatione, reclamatione, recursu, seu exemptione postposita. Concil. ibi.

5
Pœna nō
prædicantis.

Quæritur. Quando Curatus prædicabit? Resp. Concil. Trid. sess. 5. cap. 2. de reform. saltem diebus Dominicis, & Festis solemnibus, & sess. 24. cap. 7. de reform. ait singulis diebus Festis, vel sollempnibus. Credo sufficere, si prædicet pro consuetudine loci, Episcopo sciente, & non contradicente.

6
Curatus
quando
prædicet.

Sed si populus nolit prædicationem audire,

re, & de hoc constat Curato, quid aget? Resp. Si per impossibile totus populus esset depravatus, potest Curatus sine peccato tacere; quia ratio prædicandi est, ut paruuli petentes panem habeant, qui eis frangat. Immo tunc deberet tacere, quia non sunt proijcienda margaritæ ante porcos. De Graff. 2. p. lib. 3. cap. 22. num. 6. c. in mandatis. d. 43. Sed cū hoc sit impossibile, prudenter aget Curatus, si rarius prædicauerit, ut populus non lassetur, & expetentes sermonem auidius eum excipiant.

Si populus nolit prædicat.

Et si diebus illis valdè implicetur confessionibus audiendis, cantando sacro, publicis processionibus, præcedenti nocturna vigilia in seruitio moribundi, & similibus occupationibus, quæ vix sinunt aliud agere, an tunc excusetur à prædicatione? Credo excusari, cū verè non possit. Sed si potest, at cum magno labore? Breuitatem excusabit lassitudo. Sed si verè præ lassitudine non potest se præparare, vel non habet tempus recolendi præparata? Excusabitur, quia difficilium est eadem ratio, ac impossibilium.

7
Quomodo prædicabit Curatus.

Quæritur. Quomodo prædicabit Curatus, hoc est, an declamatorio modo, ut Concionatores, vel quo modo? Resp. Possè, si velit, declamatorio. Cæterum Conc. Trid. sess. 5. cap. 2. de reform. ait de Curatis, annunciandoq; eis, cum breuitate, & facilitate sermonis, vicia

ria quæ eos declinare, & virtutes, quas sectari oportet. Communiter ex Altari loquitur. Seruandus est mos loci.

Aduertat Curatus inter dicendum neminem lædat, nedum priuatum, multò minus Magistratus seculares, vel Ecclesiasticos. sed de omnibus honestam mentionem faciat, tantum abest, vt stulta libertate aliquem lædat. Reprehendat liberè, sed saluo honore omnium. Neminem nominatim in publico colloquio nominet, quia est odiosum sufficiat necessaria, dicat nomine suppresso. Aliter autem agens posset, & mereretur castigari ab Episcopo.

Quæritur. Quanto tempore durabit prædicatio? Resp. Conformandum se alijs Curatis, & cum sit res arbitraria, relinquatur prudentiæ Curati, iuxta necessitatem populi, nec credat aliquis post longam orationem facundius loquutum fuisse B. Ioanne Apostolo qui in singulis concionib. hoc vnum intonabat, Diligite Filioli.

8
Prædicatio quantum durabit.

Quæritur. Si Curatus habeat magnam Ecclesiam, & vocem debilem non correspondentem Ecclesiæ, an teneatur loqui ab Altari, vt est mos illi Ecclesiæ, an è pulpito, vel alia parte viciniore populo, vt audiatur. Resp. Si Ecclesia sit magna, & populus paruus, loquatur, ex loco solito, admonito populo, vt accedat, & si non accesserit, non curet, quia

9
An quo loco prædicabit Curato?

cum

cum peccet ex malitia, non imputabitur Curato; Si verò populus multus, & Ecclesia magna, & vox debilis, nec aliter potest audiri a populo, loquatur è viciniori loco, & pro audientia aptiori. Sed si iste Curatus nolit moveri loco solito? Si impedimentum vocis sit perpetuum, non excusarem, nam tenetur loqui, ut audiat, quia loqui, & non audiri, idem est, ac tacere. Si verò impedimentum vocis est ad tempus, loquatur è loco solito, ad evitandam novitatem.

IO *Quid prædicandū.* **Quæritur.** Quid prædicabit Curatus? **Resp.** Conc. Trid. sess. 5. cap. dicto ita habere, vitia, quæ eos declinare, ac virtutes, quas sectari oportet, ut prædicationem æternam evadere, & Cælestem gloriam consequi valeant. Ideo Curatus; etiam si sit magni talenti, meminerit semper inculcare vitia generaliora grassantia in loco, & ea pro viribus euellere, & in hoc totus incumbat.

II *Casus conscientie nõ proponat.* ***.** **Caveat autem præponere casus conscientie.** v.g. tanquam rem ordinariam, in singulo sermone unicum casum; quia periti, & pii sunt experti scrupulos ingerere auditoribus. Ideo eos non proponat, nisi necessitate cogente, & si res sit sub varietate opinionum, communem sequatur, ne detur ansa male agendi malis.

12 *An prædicet subtilia.* **Quæritur.** An Curatus prædicet subtilia? **Resp.** Conc. Trid. sess. 25. cap. 7. de reformatione dicitur, re,

re, postponendas inutiles quæstiones, & sess. 25. prohemio de Purgatorio, prohibet apud rudes tractari difficiliore, & subtiliore quæstiones. Et certè citra periculum damni, non erit absque veniali, quia vanum; præsupposito non adesse aliquam causam iustificantè, cum periculo verò damni, erit mortale ratione damni. Tamen non erit ab re, vbi habuerit Populum capacem, quædam altiora, appositè tangere. Sed caueat, quia scientia inflat, charitas verò ædificat.

Cæterum multa reperiuntur conducentia ad facilem modum prædicandi, & exhibentia quasi materiam, vt explanationes Epistolarum, & Euangeliorum diuersorum Doctorum, inter quas potest adscribi paruus liber, qui circumfertur nomine Nicolai Gallerij.

Præterea quintus Index Summæ S. Tho. Augustini Hunnæi, qui pro omnib. Festiuitatibus exhibet materiam decerpendam ex summa S. Tho. pro Epistolis, & Euangelijis currentibus.

Et si Curatus laboret magna dicendorum penuria, poterit loco prædicationis (intellige in Oppidis inter rudiores, ne ministerium irrideatur, si res agatur cum sapientioribus) legere aliquam partem libri spiritualis, puta Granatæ, Gersonis, vitæ Sanctorum, & similia, & breui consideratione, electis deducta expedire se, & fructuose agere.

E

Sed

Sed & scias D. Gregorium Magnum quãdam homilias suas curasse legi populo per notarios : & tamen quis se Gregorio comparabit, vel quis locus inferiorem se iudicabit Romam? Apparatus sacer Possleuini in Gregorio Magno.

13
Disputa-
se de Fi-
de laicus
prohibe-
tur.

Studeat Curatus euellere ex parochia sua (si adfit) abusum illum, quo sæpè seculares in foro, & in publicis apothecis, quod maximè fit in Oppidis disputant de Fide, vel sermones de ea cum altercatione suscipiunt, & admoneat eos peccare mortaliter, vt notat Caiet. in summa verbo, Disputare, & Nau. cap. 11. num. 26. Et si ibi Curatus interrogetur de aliquibus, quæ non sint ad rem, respondeat, se domi daturum responsa ei, qui interrogat, cum est persona capax doctrinæ: Si verò sit rudis, belle se extricet, & non satisfaciat quæsito, cum non est res necessaria, sed curiositatis, vt res tam excellentes, quales sunt Theologales, tractentur pro sua dignitate. Nam, aliàs videbis nasci rixas vnoquoque mordicus suam opinionem defendere volente, & sæpe opiniones falsas, & aliquando hæreticas defendente.

14
An mor-
tale præ-
dicare in
mortali.

Quæritur. An sit peccatum prædicare in mortali, & quale? Resp. Caiet. 3. p. q. 64. ar. 6. in resp. ad 1. arg. velle esse mortale, & 2. 2. q. 187. Videtur non concordare cum dictis in summa de Prædicatorum peccatis, vbi

vide-

videtur innuere, citra contēptū non esse mortale. Nau. c. 35. n. 141. dicit mortale Armil. ēt prædicatorū peccata. §. 2. idem habet cū Caiet. Tol. autē Inst. l. 1. c. 87. dicit non esse mortale prædicare in mortali reuerēter, & sine cōtēptu, quod puto coincidere cum d. Armil. Sotus tamen dist. 1. q. 5. ar. 6. in confirm. 2. conc. distinguit, esse mortale, quando prædicator est publicus peccator, quando verò est occultus, & prædicat cum reuerentia, & sine contemptu, nullū esse peccatum. Ex Cong. Conc. affirmant quidam prædicationem non esse ordinis sacri: quod si ita, vera erit sententia Nau. & citatorum.

Quæritur. An mentiri in prædicando sit peccatum, & quale? Resp. Mortale esse mentiri in omni illo, quod assumitur, seu dicitur, qualecumq; sit, vel ex Scriptura Sacra, vel vitis Sanctorum, vel ad mores, ad docendum, instruendum, persuadendum, vel monendum auditorem, ita Silu. mendacium. q. 3. Caiet. in summa prædicatorum peccata, Armilla eodem verbo. §. 3. Nauar. c. 25. nu. 141, etiam si dubia prædicentur assertiuè. Caiet. ibi. Ideò si inter dicendum occurrat aliud quid, non dicat nisi ea, de quibus est tutus ita esse vt dicit. Mentiri verò circa citationes puta Isaia pro Hieremia, capitis decimi pro quinti, & similib. ex defectu memoria nullum est peccatum; ita mentiri, ne verecun-

15
An mortale mentiri in prædicando.

detur, leue erit, quia ista non sunt mendacia in doctrina. Ijdem ibi.

Ideo dubia dicenda sunt pro dubijs, & certa pro certis.

Si tamen quis mentiatur assumens dictum sapientis verum, & assumens esse Scripturam, non credo mortale, quia non præiudicatur veritati, maxime si hoc dicat ex quadam surreptione, & etiam cum quodam dubio, sit, nec ne Scripturam.

Si vero fabulæ, & facetiæ dicantur, Nauar. & Caiet. & Armill. ibi volunt esse veniale. Si verò prædicentur impertinentia, & mentiatur, non erit peccatum mortale nisi ratione scandali. Caietan. & Armil. ibi.

Prædicare autem ad pompam, & inutilia, aut Historias, & gesta Romanorum, & similia, est cum Caiet. ibi grauissimum peccatum: Si tamen ista dicantur ad maiorem declarationem, non est mortale. Armil. ibi §. 4. Sed tu dic, nec esse veniale, quia & Apostolus allegabat dicta poetarum, sic etiam multi Sancti dicta diuersorum Sapientum.

Quæritur. Quomodo Curatus interpreta-
bitur Sacram Scripturam? Resp. Concil. Trid.
sess. 4. de editione sacrorum librorum dicere,
Nemo suæ prudentiæ innixus, in rebus fidei,
& morum ad ædificationem Doctrinæ Christi-
anæ pertinentium, Sacram Scripturam
ad suos sensus contorquens, contra eum sen-
sum,

16

Quomo-
do inter-
pretanda
Sacra
Scriptu-
ra.

sum, quem tenuit, & tenet Sancta Mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu, & interpretatione scripturarum sanctarum, aut etiam contra vnanimem consensum Patrum, ipsam Scripturam Sacram interpretari audeat.

Quæritur. An si Curatus fuerit Doctor Theologiæ possit Sacram Scripturam interpretari aliter quam dicit Concilium? Resp. Negatiue, quia ita Conc. clare loquitur.

17
An Doctor possit eam interpretari.

Quæritur. An Curatus possit Sacram Scripturam interpretari, non quidem contra, sed præter vnanimem consensum Patrum? Resp. Azor 1. p. Inffit. lib. 8. capit. 2. quæst. 3. Possit, quia Conc. non prohibet erui alios sensus, sed sensus Scripturæ, & consensui Patrum contrarios.

18
An interpretanda præter communem sensum Patrum.

Quæritur. Qui sensus erunt non contra, sed præter consensum Patrum? Respon. Azor ibi dare exemplum in hoc loco Scripturæ: Generationem eius quis enarrabit? Patres intelligunt generationem æternam D. N. Iesu Christi, & temporalem ex matre. Sensus præter hunc est quod alij intelligant dictum locum pro sæculo, quasi velit dicere; homines illius sæculi, quis enarrabit? Igitur dicemus sensum non esse Scripturæ contrarium, sed præter, cum talis est, quod salua fide, potest consistere, & sit tamquam fundamentaliter, seu radicaliter in scriptura. Optimum est nõ

19
Qui sensus non sunt contra, sed præter scripturam.

recedere a communi sensu, & si fiat, proma-
tur tanquam res propria, non aliorum.

20 *Quæritur.* An Curatus teneatur admone-
re peccata, in quibus sui viuunt, nescientes
esse peccata, & non sit spes emendationis?
Quæ peccata ad- Resp. Si ignorantia sit legis positivæ, & non
monenda sit spes emendationis, non teneri. Azor 2.
in prædi- p. l. 12. Inst. c. 15. q. 4. Si verò sequatur ex ista
catione. p. 1. 12. Inst. c. 15. q. 4. Si verò sequatur ex ista
ignorantia damnum tertij, teneri: si autem
damnum sit in peccante solo, non teneri. A-
zor cap. dict. q. 4. Si tamen timeretur scanda-
lum pusillorum, melius esset tacere. Silu. Scād.
q. 3. not. 2. Sot. vt infra in resp. ad auctori-
tates Ambrosij, Pauli, & Greg. At si admone-
ret, non peccaret, quia Concil. Trid. sess. 5. c.
2. de reform. ait Curatum debere admonere
vitia, quæ populus tenetur fugere.

Si verò ignorātia sit contra legem natura-
lem, vel Diuinam, tenetur admonere, quia
& populus tenetur ea scire.

21 *Admoni-* Porrò admonitio sit de certis esse peccata
tio in præ- mortalia, & non de his, quæ sunt sub varijs
dicatione, opinionibus nisi admoneat certa pro certis,
de quibus & dubia pro dubijs. Item admonitio sit de
facienda. communioribus, quia rarò, & prudenter par-
ticularia, quæ sunt in vno, aut altero, tanget,
& si tetigerit non videtur maius peccatum,
forte, quam imprudentiæ, cum non sit spes
emendationis.

Sed quid sit melius admonere, vel silere,
cum

Caput Tertium . 71

cum non sit spes emendationis? Casus non est credibilis, cum impossibile sit totum vnū populum esse deprauatum, & ideo melius est admonere, quia Curatus tenetur instruere ignorantes in his, quæ sunt contra legem naturalem, & Diuinam, reliqua, quæ sunt contra leges positiuas, cum non sint in damnum tertij, credo melius silenda, cum non speratur emendatio, quia cum peccantes excusentur bona fide, non est quod Curatus tantum curet de illorum instructione.

Sot. dist. 18. quæst.

2. art. 4. in so-

lut. 2. ar-

gum.

in dubio, & præcipue

propositione

secun-

da.



DE
DOCTRINA
CHRISTIANA.



CAPVT QVARTVM.

1
*Quid sit
Doctrina
Christi.*

QVAERITVR. Quid intelligatur nomine Doctrinae Christianae? Resp. Rudimenta Fidei, quae secundum Sotum sunt, Symbolum, Apostolorum, decem Praecepta, & Oratio Dominica, haec enim est necesse scire, reliqua, quae circumferuntur in libellis Doctrinae Christianae, sunt ad bene esse. Praeter haec Concil. loco dicto requirit, ut doceatur obedientia erga Deum, & parentes.

2
*Sub qua
paena docenda.*

Quaeritur. An Curatus teneatur sub mortali docere istam obedientiam? Resp. Cum Conc. cap. dicto velit compellendos eos, ad quos spectabit, per censuras Ecclesiasticas, & Azor Inst. lib. 5. 1. par. cap. 6. q. 5. dicat leges illas Ecclesiasticas, quae iubent cum comminatione censurae, ut haec obligare sub mortali,

li, licet Caiet. in Summa. clericorum peccata, non concedat. Ideo videtur dicendum, Curatum ad hoc teneri sub mortali, secundum Azor, vel saltem sub graui veniali cum Caiet. Porrò aduertat Curatus non sufficere, si docuerit sola rudimenta Fidei, nisi & hanc obedientiam doceat. Cæterum ista obedientia docenda est diligenter, ita Concil. ibi. At sufficienter docetur, si doceatur Decalogus explicite, quia in ipso includitur obedientia Dei, & parentum.

Ideo nota, ne cures solum pueros addiscere Catechismum, sed cura per interrogationes, quoquo versum in omni præcepto factas, vere intelligant, quæ memoriæ mandauerunt, & ne recitent, sicut psitaci, quod vt plurimum euenit. Eodem modo interroga, & instrue de Articulis Fidei: quod benecedet, si alijs, & alijs verbis de re eadem interrogaueris. v.g. Tertius Articulus habet D.N. natum ex B. Virgine Maria, interroga, qui fuerit vir B. Virginis, & an idem vir fuerit pater Christi, & ita de singulis, vt vere percipiant, quæ recitant.

Quæritur. An necessario Doctrina Christiana sit docenda? Resp. Concil. Trid. sess. 24. c. 4. de reform. habere. Episcopi, diebus saltem Dominicis, & alijs Festiuis, pueros in singulis parochijs Fidei rudimenta, & obedientiam erga Deum, & parentes, diligenter ab

ijs,

3

*Modus
bonis do-
cendi re-
fle. Doctr.
Christ.*

4

*Doctr.
Christ. do-
cenda.*

ijs, ad quos spectabit, docere curabunt. Ex quibus verbis dicendum necessariò docendam.

5
*Quis eil
doceat.*

Quæritur. An Curatus teneatur ad hoc? Resp. Concil. ibi non specificare. At deficiente, qui eam doceat, videtur Curatus teneri, cum ipsius sit instruere ignorantes in hac re. Sot. de iust. lib. 10. q. 1. ar. 3. Et praxis vniuersalis ita interpretatur. Si tamen aliter prouisum fuerit in loco, vbi degis, poteris obseruare institutum, vel constitutionem. Sed & si te intruseris (modestè tamen) rem præstabis summa modestia dignam.

6
*Quando
docenda.*

Quæritur. Quando docenda Doctrina Christiana? Resp. Communiter doceri in Dominicis a prandio. Tu obserua consuetudinè loci. Et si ibi non docetur, & hora dicta non est opportuna, prudèti relictum horam eligere opportunam.

7
*Quid a-
get cum
adultis.*

Quæritur. Si Curatus ruri non habet pueros auditores, quia non possunt, vel nolunt conuenire, & adulti etiam ignorant rudimenta Fidei, quid aget?

Resp. Si pueri, & adulti vocati non conueniunt, ita agat, maximè cum adultis. Reperiat aliquem vicinum illorum, & isti de consensu adulti, tradat adultum illum, vt commodè illum doceat necessaria. Vel ipse Curatus inter Missarum solemnias, eo tempore, quo dies Festos annunciat, hortetur populum submissè

repetere, quæ ipse clare, & altè dixerit, & tunc recitet Orationem Dominicam, Ave Maria, Symbolum, Decalogum, & reliqua, quæ solent doceri in Doctrina Christiana, & ex continua repetitione populus necessaria memoriæ tradet: Multum conferet, si curaueris per Magistrum scholæ (vbi adest) scholares ista addiscere.

Quæritur sub quo modo docenda est Doctrina Christiana?

8

*Modus
docendi
Doctrin.
Christ.*

Resp. Sub modo, quo est scienda explicitè in articulis Fidei, saltem ijs, quas Ecclesia publicè proponit, celebrat, aut docet, vt est Articulus Trinitatis, videlicet esse vnum Deum, & tres personas, Christum D.N. natum esse de B. Virgine Maria, conceptum ex Spiritu sancto, passum, crucifixum, sepultum, a mortuis resurrexisse, & in Cœlum ascendisse: In Ecclesia esse Sacramenta conferentia gratiam; sine Baptismo neminem posse saluari; Deum esse datorem gloriæ, improbos perpetuo inferno puniri, & per consequens animam esse immortalem, & in Sacramento Altaris esse verum Christi corpus. Azor Inst. 1. p. lib. 8. cap. 6. q. 2. Et hoc modo etiam Doctrina Christiana est docenda.

Quæritur. Quid agendum cum rudi, & hebetè, qui non potest omnes articulos Symboli capere, an sufficiat si credat implicitè, quidquid credit Ecclesia? Resp. S. Tho. 2. 2. q. 2. art.

9

*Hebetè
ad
credat.*

5. Silu. Fides. q. 3. Nau. cap. 11. num. 18. Azor Inst. 1. p. lib. 8. cap. 6. Tol. Inst. lib. 4. cap. 2. nu. 10. dicere, sufficere si iste credat explicitè Articulos Symboli, quia reliqua in illis implicitè includuntur. Si verò fuerit tam obtusi ingenij, vt non possit omnes capere, sufficit si capiat aliquos clariores, reliquos verò credat, vt credit Ecclesia. Azor c. d. q. 6. Credere verò explicitè, est credere, vt sonant verba Articuli, Azor c. d. q. 5.

10
*Ignoran-
 tia que
 excuset.*

Quæritur. An ignorans ista excusetur a peccato? Resp. distinguendo. Aut ignorat, omnes Articulos omnino, & quoad sensum, & quoad verba aut ignorat tantum aliquos, sed principales scit, saltem quoad sensum, si nò quoad verba. Si ignorat omnes omninò Articulos Fidei, excusatur a peccato, cum ignorantia est inculpabilis, puta, quia a puero fuerit male educatus absque vlla prorsus cura, & studio sciendi res Fidei, vel quòd parentes non habuerit, vel quod habuerit, sed negligentes, aut ignaros, vel quòd in agris, & siluis tanquam pecus, vel bellua fuerit educatus, vel quòd fuerit commoratus inter infideles, & Deum ignorantes. Azor Inst. 1. p. lib. 8. cap. 6. q. 7. & lib. 1. c. 13. q. 2. Difficile tamen est inter Christianos dari istam ignorantiam omnino dam omnium articulorum Fidei. Azor. ibi. Tol. Inst. lib. 4. c. 2. nu. vlt.

Si verò scit aliquos principales Articulos,

los, & aliquos ignorat, si per eum non stetit, quominus necessarios sciret, excusabitur a peccato. Sic etiam excusabitur, si crediderit aliqua falsa ita edoctus, cum per ipsum non steterit, quominus veritatem sciret: sicut etiã excusatur, si putans credere vera, credat falsa, puta Deum habere corpus, & similia. Azor Inst. lib. dict. c. 6. q. 8.

Quæritur. An omnes Christiani teneantur discere memoriter rudimenta Fidei? Resp. Azor Inst. 1. p. lib. 8. c. 7. q. 5. & 6. afferre duas opiniones, vnam affirmantem, alteram negãtem, & Nauar. c. 11. nu. 18. not. 7. vult obligationem esse sub veniali, Azor verò ibi negat, villo præcepto, quemquam ad hoc teneri, monet tamen addiscenda. De necessitate tenetur omnis Christianus scire saltem eorum substantiam, v.g. hoc modo: Non esse periurandum, furandum, occidendum, mæchandum, &c.

II

*Quæru-
dimenta
fidei sint
de neces-
sitate dis-
cenda.*

Quæritur. An Curatus teneatur arcere, a Sacramentis ignorantes dicta? Resp. Azor Inst. 1. p. lib. 8. c. 8. q. 5. Si nesciuit ista ignorantia inculpabili, puta quia, vel nescierunt se debere ea scire, vel si de hoc sunt admoniti, caruerunt Magistro, qui eos doceret, vel quia, curis distenti nequiverunt vacare illis addiscendis, vt est dictum num. 10. non sunt a Sacramentis arcendi, quia inculpatè ignorarunt. Si verò semel, aut iterum fuerunt admoniti, li-
cet

I 2

*An igno-
rantes ru-
dimenta
Fidei ar-
cèdi a Sa-
cramētis.*

cet id non præstiterint, nõ tamen sunt arcēdi a Sacramentis, dummodo sint parati in posternum addiscere. Si autem sæpe admoniti, neglexerunt ea memoriæ mandare, non sunt admittendi ad Sacramenta, nisi prius iussa, præstiterint. Quod si id fieri nequeat, tunc Curatus aptiori, quo poterit, modo eos instruet, & deinde Sacramenta conferet. Sed & Curatus poterit in pœnitentiam iniungere, vt ea addiscant. Porro ita potest practi- cari, Qui pollent memoria cogantur addiscere in forma ordinaria; qui verò memoria carent, sufficet imperare addiscant quoad substantiam: nam vidi senem sexagenarium, per multos annos continue exercitatum in recitatione Symboli Apostolici per ministerium nepotis, & numquam potuisse perfecte illud memoriæ tradere.

* Bona, & fructuosa practica est non admit- tere ad matrimonium ista ignorantes; sicut nec ad contrahendam compaternitatem baptisimi, vt hoc stimulo ea memoriæ man- dent.

Quæritur. Sub qua forma dicentur bene docta rudimenta Fidei? Resp. Communiter doceri libellis, vulgo dictis Doctrina Chri- stiana, nec refert siue Latini, siue vulgares. dum modo pueri substantiam credendorum vere memoriæ tradant.

Pro lingua Latina, qua expediret semina-
ristas

ristas, saltem grandiores, vti optimus est Catechismus paruus Canisij. Pro vulgari Italica vtere Catechismo per Episcopum tibi præscripto. Si nullus præscribitur, habes duplicem magnum, & paruum vtrunque optimum Italicè scriptum à Cardinali Belarmino iussu Clementis VIII.

Quæritur. Quæ sit bona practica in Doctrina Christiana? Resp. Hæc, Allicere munusculis pueros, & etiamsi opus sit grandiores, & omnibus semper lenitate, & facilitate reddere se beneuolum, quia ista attrahunt omnes.

14
Practica
in docenda
Doctrina
Christi.

Nô despiciat ministeriũ quasi vile, etiamsi sit nobilissimus, & doctissimus. Si hac tentatione vrgetur, legat Ioannem Gersonem 2. p. suorum operum de Catechismo consideratione prima. Vel si malit, cap. 6. lib. 4. bibliothecæ selectæ Antonij Possuini, vbi multa vtilia videbit, quæ omnem tentationem dissoluent. Et, si sapio, iudico ex opere huic rei tributo, manare maximam partem profectus spiritualis. Ratio est, quia nullũ violentum durabile, & quæ instillantur pueris hoc modo sunt tanquam, vt ita dicantur, naturalia sensim imbuta, & conuersa in mentes alitas, & ita transeunt in eam firmitatem, quam habet natura. Præterea sæpe contingit, pueros in hoc exercitiõ audire, quæ nec grandiores audiunt à Prædicatoribus, & be-

ne imbuti, cum paruuli, & ipsi filios suscipiunt eos bene instruunt, & ita quasi iure hæreditatis in posteros transit timor Domini. Et semper consilium amplecterer intromittere me, in mea Cura in hoc exercitium, etiam si recte per alios exequeretur.

Ratio est. Quia sicuti Dominus familiæ bonum iudicat totam familiam secundum genium suum esse instructam, sic bonum erit populum ad genium Curati euadere aptatum, quia ita Curatus faciliter multa perficiet, quæ alias maiori cura absoluenda venient, præcipuè cum docuerit hac occasione modum confessionis faciendæ, abstinendi à multis populi sui particularibus defectibus, de quibus nullus melius instruet, quàm Curatus.

Videbit enim qui consilium hoc sequutus fuerit, breui multa bona parta, præcipuè contra blasphemiam, iuramenta consuetudinaria, superstitiones, & similia, maximè cum grandiores masculi, & fœminæ assistunt, & liberè ad dictæ interrogationes faciunt, & videas Doctrinam non penetrare cerebrum, sed medullas ossium, & hoc maxime inter rures Castellis & etiam in ciuitatibus. Et erit valde è re, docere puellas, cantus, vt dicitur [Canzoni Spirituali,] vt eis assuetæ, desinant a varijs cantilenis prophanis, et quas credibile est valdè Deo displicere.

15
Vbi docen
das.

Quæritur. Vbi est docenda Doctrina Christiana?

Caput Quartum. 81

stiana? Resp. In loco solito vbi degis? Si assignatus non sit locus, quia non est docta a tuo Antecessore, locus aptus est Ecclesia.

Quæritur. Quântum durabit Doctrina Christiana, seu Eruditio Rudimentorû Fidei? Resp. Non præscribi tempus a Concilio. Communiter durat per horam plus, minusuè. Si intra horam non poterunt omnes, præ multitudi-
ne, vel obtusitate doceri, genericè omnes in hora possunt doceri, & si per impossibile non possent, sufficere docere per dictum tempus, sic interpretante communi consuetudine.

Et si magna sit multitudo docendorum, Curatus belle introducat aliquos timentes Deû mares, & fœminas instructos, & onere inter illos distributo, ita vt mares maribus, & fœminis fœminæ assignentur, faciat se adiuuare. Et formet Societatém Doctrinæ Christianæ, doctos omnes de Indulgentijs dictæ Societati a varijs Pontificibus concessis. Et si istos iuuan-
tes potest habere, melius est ipsum discurrendo inuigilare super mares omnes, quam aliquorum particularium curam gerere: est enim fructuosus.

16

*Quântum
durabis
Doctrinæ
Christi.*

DE
ADMINISTRATIONE
SACRAMENTORVM
IN GENERE.

CAPVT QVINTVM.

1
*An Cur.
teneatur
admin.
Sacramē-
ta.*

QVÆRITVR. An Curatus te-
neatur administrare Sacramenta?
Resp. Teneri, de iure Diuino Con-
cil. Trident. sess. 23. cap. 1. de re-
form.

2
*An Cur.
querat in
digētes Sa-
cramētis.*

Quæritur. An Curatus teneatur querere
indigentes Sacramentis, vel sufficiat ea dare
si petantur? Resp. Tol. Inst. lib. 5. c. 5. nu. 6. not.
8. affirmare de infirmis in morbo periculoso,
exhortando illos ad ea suscipienda. Angelus
verò confessio 3. q. 34. Sil. Confessor. 1. q. 18.
Sot. dist. 18. quæst. 4. art. 2. ad 2. argum. Nauar.
cap. 25. num. 231. dicunt sufficere si dentur pe-
tenti.

At credo rectè posse distingui. In infirmita-
te veram opinionem Tolet. in sanitate verò
opinionem Angeli, & aliorum, & in vtroque
casu, cum est probabile, si Curatus Sacramen-
ta offerat recipienda, aliter non, cum tamen
adsit necessitas recipiendi, vt in morte, & in

Paschate. Ratio est, quia ista obligant ad modū correctionis fraternę, qui est vt dicitur.

Quæritur. An Curatus teneatur sub peccato offerre Sacramenta in casu dicto? Resp. Tene-³ *An sub peccato teneatur offerre.* neri, cum est probabile sua exhortatione ab illis Sacramenta recipienda eo tempore, quo illa recipere debent, cum aliàs non reciperēt, & in hoc deficiens credo peccat mortaliter, ci- tra verò illud tempus, non credo Curatum obligari ad hoc sub peccato.

Quæritur. Quid est petere Sacramenta. Resp. Esse ea petere explicite, vel implicite, bene viuendo, quia tales in morte dicuntur petere, hoc est intelligendum de Eucharistia, & extrema vnctione, nam sacramentum pœ-⁴ *Quid est petere Sacramenta.* nitentię requirit saltem signa contritionis.

Quæritur. Si qui male vixit non petat, sed domestici, quid agendum? Resp. Curatus accurrat, disponat ad contritionem, & peti- tionem Sacramenti: si annuit, etiamsi nihil omnino loquatur, absoluat ad cautelam in- quantum potest, & infirmus indiget. Si infir- mus abnuat, nullatenus det Sacramenta. Si omnino non petit cum possit, idem agat. Si non potest signum aliquod affirmationis o- stendere, nec ostendit de præsentī, vel de præ- terito, non darem Sacramenta, quia necesse est, vel petiuisse, vel bene vixisse, vt est di- ctum. Bene vixisse verò dicitur, vt ait Sua- rez tomo tertio, disp. 69. sect. 2. is de quo

84 De Admin. Sacramen.

non constat prius fuisse in statu peccati mortalis; præsumendus est enim bonus, qui malus non probatur: Si autem cōstet, peccasse mortaliter, oportet constet, vel fuisse confessum si potuit, vel saltem signa contritionis dedisse, ad quod probandum sufficit vnicus testis fide dignus.

Quæritur. An danda Sacramenta inuitis? Resp. Non dāda, si habent vsum rationis. Omnibus verò phreneticis reluctātibus cōmunio nequaquam danda, cum adest periculum expuitionis, vel vomitus, aut alterius irreuerentiæ. Si ceciderint in amentiam, dum iacerēt in peccato mortali, etiam si nullam irreuerentiam ostendant, non sunt danda Sacramenta.

Extrema vñctio freneticis, qui non venerunt in phrenesim in statu peccati mortalis, est danda, etiam ipsis reluctātib; sunt enim ligandi, vel quod est decentius tenendi, exclusis laicis, ne scandalizentur, & si non possunt excludi, sunt informandi de validitate actus, ne scandalizentur. Henriq. lib. 3. cap. 13. num. 1.

* Phreneticis, & amentibus a natiuitate baptismus dandus est, vt dicitur cap. 6. q. 15. His vero, qui venerunt in phrenesim, vel amentiam dandus est, si dum essent sanæ mentis, cum peccauerunt. Silu. Bapt. 4. quæst. 2. & S. Tho. & dummodo, cum ceciderint in amentiam, non fuerint

rint in complacentia peccati mortalis, vt est dictum, & tunc dandus est eo modo, quo dictū est dandam esse extremam vnct. & hoc agendum quotiescumque non speratur recepturos vsum rationis, quia si de contrario sit spes, melius est expectare vsum rationis. Suarez tom. 3. quæst. 68. disp. 24. sect. 1. ad probandum autem quod petierint, sufficit vnicus testis fidelis. Suar. ibi.

Matrimonium, an possit sollempnizari per Curatum in persona phrenetica, quæ ante phrenesim consensum præstitit, habet de probabili posse, quia consensus semel datus, censetur durare, quoad reuocetur. Henriq. lib. 11. cap. 4. num. 4. Ego non admitterem, nisi consulto Episcopo.

Pœnitentia, id est an possit absolui phreneticus, qui ante ostendit signa contritionis, vel petijt confessarium. Henriq. ibi affirmat posse absolui. Sed cum iam emanarit decretum Clementis viij. contra confitentes per Nuncium, sub excommunicatione, & talis modus vocetur a Sot. distin. 18. quæst. 2. art. 5. col. 4. circa 1. argum. confiteri per Nuncium, credo non posse absolui, nisi saltem Confessarius dicta signa viderit vide c. 7. q. 88. vbi ista melius deciduntur.

Quid si phreneticus, vel delirans habeat lucida interualla? Resp. dum sunt sui juris pœnitentia absoluenda. Bona practica. Dum vi-

deris ægrum sui iuris esse, & times delirium, vel phrenesim induc ad actum contritionis eliciendum, & absolue, quia si contigerit eum sanitatem non recuperare, ut istius contritionis gratiam consequetur. deinde, si mors timetur, cura ut integre cõfiteatur per intervalla dum sanæ mentis apparebit, & absolvas: si speras, de consilio medici, post aliquas horas sui iuris euasurum, confessionem in id tempus differas: Inducto semper prius ægro ad actum contritionis, ut causam illius in tuto ponas.

7 *An Sacra*
menta dan
da toties
quoties pe
nitur. Quæritur. An Curatus teneatur dare Sacramenta toties quoties petuntur? Resp. Et intelligo quæstionem de petente canonicè, qui nullo impedimento teneatur. Igitur dico Sot. dist. 1. quæst. 5. art. 9. prop. 4. sibi contrarium, dist. 18. q. 4. art. 2. ad 2. arg. Nau. c. 35. n. 131. Azor 1. p. lib. 2. c. 17. q. 10. Tolet. Inst. lib. 5. num. 7. not. 6. tenere, debere toties quoties petuntur, etiam ex sola deuotione, & hoc videntur innuere sub mortali aliqui ex dictis, licet non omnes. Henriq. idem affirmat lib. 1. cap. 4. num. 4. licet lib. 3. de pœnitent. c. 17. nu. 3. excusat Curatum, qui non audit confessiones eius, qui bis qualibet hebdomada vult confiteri, Silu. verò confessor. 1. q. 18. Angel. confessio 3. q. 34. distinguunt, debere dare sub mortali, quoties qui petit, tenetur sub mortali recipere, quod erit in morte secundum aliquos.

quos, & in Paschate secundum omnes.

Vide, an ista distinctio placeat. Curatum teneri dare Sacramenta, toties quoties petuntur, sub mortali, quando qui petit est in Paschate, aut morte; At si communicat ex deuotione, tunc teneri sub mortali, quando si non dederit, qui petit non habet alium, a quo recipiat; si verò habet a quo possit recipere, & recipiat, non teneri sub mortali, quia si Curatus teneretur sub mortali, teneretur ratione dāni notabilis, quod paræcius sustinet, at cum nullo damno afficiatur sub distinctione dicta videtur etiam Curatum non peccare mortaliter Sacramenta non conferendo.

Quæritur. An saltem Curatus vnquam possit Sacramenta negare sine peccato? Resp. Posse etiam secundum sententiam Soti, & aliorum, quando habuerit causam rationabilem. Causa talis erit. Infirmetas, lassitudo grauis collationem Sacramenti impediens, tempus non aptum, vt si femina de nocte velint confiteri etiam in Ecclesia, coniungere in matrimonium, vel dare alia Sacramenta contra prohibitionem Episcopi, & similes causæ arbitrariæ, quæ vt sint validæ, debebunt esse rationabiles.

Quæritur. An sit peccatum, & quale non quidem negare Sacramenta, sed reddere se difficilem, & asperum si petantur? Resp. Peccatum esse tale, quale est ea negare, nam ista

OF
 NO
 NO
 NO
 NO
 NO
 NO

II
 NO
 NO

8
 Quando
 Curat. ne
 get Sacra
 menta si
 ne pecca
 to.

9
 Quale pec
 catū red
 dere se ex
 orsum in
 administ.
 Sacram.

difficultas transit in naturam formæ veræ negationis sacramenti. Si tamen opportunè dederit, nunquam credo mortale, nisi ratione, scandali.

10 *An Cur. peccat fugiendo laborem in administ. Sacram.* Quæritur. An peccet Curatus, non quidem negando sacramenta petentibus, nec se exhibendo difficilem, sed declinando laborem pro posse, cum animo tamen administrandi omnipetenti? Resp. Esse quidem peccatum, sed non credo ultra veniale: est enim effectus exiguæ charitatis, dummodo tamen sui Sacramentum recipiunt.

11 *An Cur. aliquid recipiat pro Sacramentis.* Quæritur. An Curatus possit aliquid recipere pro administratione sacramentorum? Resp. Dignum operarium mercede sua: tamen nihil petat, alias posset habere speciem simoniæ, vltro verò oblata sine dubio poterit recipere, etiam si pingue habeat beneficium.

Si quæras, quid melius accipere, vel non accipere. Credo dicendum, sapere maiorem perfectionem non accipere, nam, & Apostolus gratis Euangelium ponebat, cum tamen Thesal. 2. c. 3. diceret, non quasi non haberemus potestatem, sed vt nosmetipsos formam daremus vobis, ad imitandum nos. Ita enim decebat principia nascentis Ecclesiæ authenticare. Sed & si quis vltro oblata reciperet, tanquam charitatis donarijs, & vt ad fouendū populi sui deuotionem, modo omnis suspicio auaritiæ præcideretur, quis incusaret?

Si

Si pergis quærere, An saltem malè ageret Curatus, qui nolens oblata recipere, introduceret hanc consuetudinem in præiudicium sui successoris? Dic, quod non, quia non esset censendus introducere consuetudinem, nam quæ sunt meræ facultatis, seu libertatis, non præscribuntur, & ita non introduceret consuetudinem, vt passim omnes Doctores. Ergo tuto non recipiet.

Quæritur. Quibus debeant negari Sacramenta. Resp. Omnia Sacramenta negari amentia a Natiuitate, excepto baptismo, vide cap. de bapt.

12
Quibus
neganda
Sacramē-
ta.

Item omnia negantur ei, qui est in statu peccati mortalis: quia non sunt danda sacramenta canibus. Vide de singulis. Quis autem dicatur status peccati, vide in. 15.

Communio negatur publicè, & priuatè peccatori publico eam petenti, quando peccatū est ita publicum, quod nulla tergiuersatione valeat celari. Vide c. 12. n. 3. S. Tho. 3. p. q. 80. ar. 6. Sil. Euch. 3. q. 5. n. 2. Sot. dist. 12. q. 8. ar. 6. Nau. c. 21. n. 55. Henriq. li. 8. c. 56. Tol. Inst. li. 2. c. 28. n. 9. & omnes.

13
Cōio nega-
tur.

Suspectus vero suspitione violenta, puta quia visus fuit cum sola in loco apto ad fornicandum, æquatur peccatori publico, sed & hoc debet adesse, quod suspicio sit publica, quia Ecclesia non iudicat de occultis. Silu. iudicium, quæstione 3. Isti enim com-
muni

90 De Admin. Sacramen.

munio negatur. Silu. vt infra.

*Suspicio
quæ suffi-
ciat.*

• Si tamen iste sit in morte, & negat delictū, & alioquin præbeat signa bonæ dispositionis, non videtur negandum illi sacramentum, quia ista videntur magni ponderis ad dependendam suspicionem. Suarez to. 3. q. 80. disp. 67. sect. 6. in fine.

Suspicio verò probabilis non sufficit pro neganda communione, ideo communicandus Silu. Euch. 3. q. 5. not. 3.

*Petere
Cõionem
publicè
privatè
quid.*

Petere autem communionem publicè est astare linteo Altaris, vel petere coram alijs. Petere privatè, est petere a Curato solitarie, vel astante ministro Henriq. lib. 8. cap. 59. num. 1.

14
*Peccator
publ. quis.*

Porrò peccator publicus est, qui notoriè est talis. Notorium autem est duplex. Iuris, & facti. Iuris est, quod est per confessionem in iudicio, vel per sententiam iudicis, vel per legitimos testes conuenientes. [Lessius de iust. li. 2. c. 11. dub. 13. nu. 73.]

Notorium facti est duplex. Primò, quando ab iniquo est sparsa fama, & hoc non facit notorium. Henriq. lib. 8. c. 56. n. 1. Licet aliqui affirmant, & excusent a restitutione famæ per tale notorium læsæ. Secundo, quando factum est ita notorium, vt maior pars Collegij, vel vicinix id sciat: quod quidam restringunt ad sex personas, alij ad decem. Silu. notorium q. 4. Nauar. verò c. 25. n. 73. ait tunc sex, vel decem

cem personas facere notorium, cum sunt maior pars vicinæ, vel Collegij, & tunc esse notorium, licet tota Ciuitas nesciat, & respōdet rationibus Silu. quinque verò numquam facere notorium. Henriq. ibi videtur idem tenere. Sotus verò dist. 12. quæst. 1. artic. 6. col. 2. vult non posse dari certam regulam, seu numerum facientem notorium, sed tunc notorium dici certò cum nulla tergiuersatione valeat celari. [Lessius, de iust. lib. 2. c. 11. dub. 13. num. 74. videtur concordare Soto, nam habet, notorium facti esse, quod factum fuit tali loco, & cum talibus circumstantijs, vt cuius potuerit innotescere, v.g. in foro, vel publica platea, quia non curauit Auctor, quis videret, vel non. Suarez verò tom. 3. quæst. 80. disp. 67. sect. 5. vult peccato rem posse dici publicum respectiue, vel absolute. Respectiue comparatione facta ad modum, quo petit Sacramentum, V.g. quia tam publicum est peccatum, quam petitio Sacramenti, puta, quia petit coram duobus, vel tribus, qui peccatum sciunt, licet alij nesciant. Absolute verò quando est talis notitia iuris, vel facti. Et tunc vtrique vult Sacramentum negandum.

Peccatores publici vocantur a iure illi, qui sunt, seu permanent in statu mortali, quod bene notandum. Nam qui publice interficit alium, peccat quidem publice, sed non dicitur pec-

15
Peccatores publici qui.

peccator publicus. Peccator publicus pro neganda Communionem est, Vfurarius, Con- cubinarius, Excommunicatus publicus, vel per publicam Clerici percussorem. Henriq. lib. 8. cap. 60. Histrion, qui ex officio recitat tur- pes comedias, & prouocantes ad peccatum spectatores. Idem lib. d. cap. 56. num. 4. Pa- rasitus, qui dicerijs vtitur, Torneamenta in equo exercens, in quibus homines frequen- ter moriuntur. Idem ibi Caiet. Hastiludium.

16 *Per quos actus quis sit peccator publi- cus.*
 Quæritur. Per quot actus quis constitua- tur peccator publicus? Resp. Et credo non posse dari aliam regulam, quam quod tunc peccator sit publicus, cum nulla tergiuerfa- tione valet celari. Si dubitas, Episcopum consule. De Concubinario audiui a viro val- de docto, posse dici publicum, quando te- nuerit Concubinam per quindecim dies, sed vide, an sit nimius rigor. Habes Episcopum, ipsum consulas.

17 *Peccator publicus quando se- cretè pos- sit cõnu- nari.*
 Quæritur. Quando peccator, qui erat pu- blicus, vere possit dici non esse amplius pu- blicus? Vide cap. 12. num. 4. & supra num. 13. Iste tamen peccator publicus, si venit ad pœnitentiam, sed nondum docuit populum de emendatione, poterit, cessante scandalo, in secreta capella communicari. Silu. Euch. 3. quæst. 5. not. 2. Nau. c. 21. num. 55. Henriq. vbi supra.

Quæritur. Si detur articulus mortis, & peccator

peccator publicus pœniteat, an tunc commu-
nicandus? Resp. Communicandum. S. Tho.
3.p.q. 80 ar. 16. in corpore. Silu. q. dicta, not.
8. Sot. dist. 12. quæst. 1. art. 6. conclus. 4. quia
communio est pars pœnitentiæ, quæ nemini
negatur. Ita posset practicari. Peccator prius
eijciat Concubinam, postea ei communionē
trade. Si vrgeat mors, & non detur tempus
eam eijciendi, cura separari meliori modo
possibili, ne accedat ad infirmum, & stante
proposito eijciendi, communica. Tolet. Infit.
lib. 5. c. 10. num. 13.

18
Peccator
public. in
mortem
an com-
munican-
dus.

Vsurarius verò publicus, etiam post bo-
nam confessionem, etiam in articulo mortis
non potest communicari, nisi prius det cau-
tionem, vel si potest, nisi prius satisfaciat, vel
det cautionem de satisfaciendo, aut pignus,
quæ dantur Episcopo, vel Vicario, aut si neu-
trum potest, saltem Curato, vel Confessario;
Et si nec hoc potest, saltem iuret, se satisfac-
turum quamprimum poterit, alias non com-
municetur. Silu. vsura 9. q. 5. Nauar. cap. 17.
num. 179 Henriq. lib. 8. cap. 56. num. 6. Om-
nes alij publici peccatores in morte sufficit
habeant propositum abstinendi, vt est dictum
de Concubinario. Et tunc poterit Curatus
de illorum licentia propalare vere esse pœni-
tentes, & ita auferetur scandalum populi.

Dubium est. Si Curatus non querat, &
procuret ab istis peccatoribus satisfactio-
nem,

19
*Quando
 Curat. nō
 iabēs resti-
 tutionem,
 ipsi resti-
 tuere tene-
 tur.*

nem, vel cautionem, vt est dictum, cum re-
 dundet in damnum tertij, puta, quia si eam
 procurasset debitam restitutionem fecissent,
 an tunc Curatus teneatur ipse de suo restitu-
 re damnum istud, ex ista non iussa restitue-
 ne? Resp. Silu. vsura 7. q. 2. in fine. Angel.
 rest. vlt. quæst. 5. Nau. cap. 17. num. 22. te-
 neri restituere damnum passo de suo. Et quod
 dicitur de vsura, conuenit etiam omni resti-
 tutioni alieni, quia omnium est eadem ratio.
 Rebel verò de obligationibus, lib. 2. quæst. 14.
 sect. 8 num. 65. Vult Confessarium (non distin-
 guendo de Curato, aut de altero Confessa-
 rio) teneri ad restitutionem solum quando
 iussit male fieri restitutionem, puta Petro
 pro Ioanni; peccare verò mortaliter, si da-
 ta opera non iussit eam, sed non teneri ad re-
 stitutionem. Ratio eius est, quia Confessa-
 rius in ordine ad creditorem nulla obligatio-
 ne tenetur ratione officij suscepti, nec eius
 procurator existit. Lessius autem de iust.
 lib. 2. cap. 13. num. 77. & 78. Tenet Episco-
 pum, & Curatum teneri ad dictam restitutio-
 nem, alios Confessarios non item. Ratio
 est, quòd illi habeant stipendia pro officio
 exercendo, & ideo teneri, vt est dictum ra-
 tione officij, hos autem non teneri cum sint
 obligati ad solam administrationem Sacra-
 menti, quæ non habet præcisam obligatio-
 nem ad impediendum damnum tertij, sed so-
 lum

Caput Quintum . 95

Iam ad curandum bonum pœnitentis . Tandem habet etiam probabile esse de Episcopis, & Curatis, quæ dixerat de simplicibus Confessarijs, & in hoc concordat cum Rebellio.

Quæritur. Quomodo repellendus peccator publicus a Communionem? Respon. Possè repelli dum astat linteo Altaris, melius aget si priuato colloquio admonebit, ne ad Communionem accedat, quia cogetur, stante tali impedimento eum arcere. Et hoc maximè expedit, dum peccator est vir insignis, vel malus homo. Potest etiam Curatus ex Altari admonere genericè ne Usurarij Concubinarij & similes accedant, quia repellentur. Nunquam tamen est danda Hostia non consecrata pro consecrata. S. Thom. 3. p. quæst. 80. art. 6. ad 2. Silu. Euch. q. 5. not. 11. Vide multa, cap. 7. a num. 93.

* Etiam ex conuentione cum peccatore: ita communis: licet aliqui negent. Citantur a Suarez tom. 3. quæst. 8. disput. 67. sect. 4. circa tertiam obiectionem.

Quæritur. Quid agendum, si peccator sit occultus? Resp. S. Tho. 3. p. quæst. 80. art. 6. & ait, si peccatores sint occulti non esse negandam communionem, quia eo ipso, quo quis est baptizatus, est admissus ad Dominicam Cœnam, & non potest ei ius suum tolli, nisi pro aliqua causa manifesta, ex August. ibi relato. Potest tamen Sacerdos, qui est conscius

20

Quomodo repellendus peccator publicus a Communionem.

21

Peccator occultus an communicatus.

96 De Admin. Sacramen.

fcius criminis, occultè monere peccatorem occultum, vel etiam in publico generaliter omnes ne ad Sacramenta accedant, antequàm pœniteant, sic etiam tenet Henriq. lib. 8. c. 52. num. 2. De Graff. 1. p. lib. 1. cap. 23. num. 38.

Euch. 3.

q. 5.

Silu. verò ex S. Tho. in 4. distinguit; si peccator occultus petat publicè dandam Communionem. Alio modo distinguit Palud. citatus à Silu. ibi, & à Soto, vt infra. Si petat publicè à Curato in tempore, quo dare tenetur, vt in Paschate, dandam: sed petenti in occulto negandam, ita etiam tenet Tol. Inst. lib. 6. cap. 17. num. 5. & vocat hanc opinionem securiorem, & communem. At Sotus in 4. dist. 12. q. 1. art. 6. concl. 2. & in sua probatione tenet indistinctè cum S. Tho. in dicta q. 80. Peccatori occulto dandam Communionem, siue publicè, siue occultè petat, maximè cum hac limitatione, si sit Curatus, quem tamen vult posse, & debere negare, si communicans sit quidem peccator occultus, sed tamen notus Curato (citra confessionem intellige, licet, & in hoc aliqui contradicant. Citantur Soto, & Silu. ibi) ita etiam tenet Suarez to. 3. quæst. 80. disp. 67. & frequentent Communionem cum peccato illo occulto. Si verò istè peccator occultus petit à non Curato, vult Communionem posse negari. Et Sotus ibi vult potius standum esse doctrinæ S. Tho.

dictæ

dictæ q. 80. eo quòd magis oculatè , adde etiam posterius scriptæ , quàm traditæ in 4. quæ habet distinctionem allatam a Silu. vbi supra. Certè difficilis est , quæstio propter varietatem opinionum , quam tamen credo faciliter posse conciliari si dicatur . Occultum peccatorem petentem , seu publicè , seu priuate non arcendum a Communionem , quia ita canon citatus a Soto , Silu. & alijs , & ita auctoritas S. Thom. dicta q. 80. Petentem verò occultè arcendum non de iustitia , sed ex charitate , vt arte hac peccator iste a suo peccato resiliat . Et in hoc sensu posset intelligi opinio Tolet. & aliorum , qui sequuntur hanc , quam vocant communem , & etiam Soti opinio de illo frequentante communionem , vt est dictum .

Quid si infirmus vocauit Curatum pro confessione , & non potuit absolui propter impedimentum legitimum occultum , an huic debeat Curatus communionem negare , non obstante scandalo , quod inde orietur , si ille non communicet ? Resp. Dicendum , vt supra hoc numero , quo ad communionem . Si verò domestici infirmi nesciant de impedimento isto , & cum Curato agant de Communionem istius infirmi , quo modo se gerere Curatus ? Interrogat , an infirmus communionem petat , & affirmantibus det iuxta dicta supra , quia qui per alium petit , per se petere videtur , & non est ne-

*Bona præ
ctica.*

cesse petitio ista sit ore proprio infirmi: Si dicant infirmum non petere; sed ipsos vti hac diligentia, respondeat, si infirmus voluerit, eum communicabo, quia & ad hoc tenetur Curatus, vt est dictum supra, & per ista sigillum non reuelatur, nā res vera est & generalis. Si autē domestici dicant, Domine iste non communicat, quæso horteris eum ad communionem, & Curatus sciat se denegare communionem; Curatus annuat, & in casu exhortationis excludat omnes domesticos infirmi, & solus cū solo agat, si fortē possit eum reddere aptum ad communionem: si hoc non valet obtinere, & infirmus dicat Curatum noluisse absoluere quid agat Curatus, si de causa interrogatus fuerit? Resp. generalia non reuelantia confessionem, quæ docentur a Doctorib. Vide Sot. d. 18. q. 3. Nau. c. 8. num. 10. Henriq. de pœnit. lib. 3. cap. 21. Suarez tom. 4. disp. 33. sect. 7. alfer. 3.

Si quæras, qua phrasi verborum, tunc Curatus vtatur integro sigillo? Videtur, dicendum, supradicta si velit communicabo; per rationes ibi adductas.

22
*An cōpel-
 ledus pec-
 cator oc-
 cultus ad
 cōionem
 in Pasch.*

Quæritur. An Curatus in Paschate inducat, vel compellat peccatorem occultum cōmunicare? Resp. Negatiuē, quia peccaret mortaliter. Sot. dist. 12. q. 1. art. 6. in probatione 2. concl. Henriq. lib. 8. c. 57. n. 3. Idem est, si hoc agat tempore mortis. Sotus ibi.

Non

Non tamen dicetur inducere, dum generaliter omnes Ad Communionem horiabitur. Henriq. ibi. Melius credo distinguendum. Si credibile est hunc occultum peccatorem malè communicaturum non inducendum, aut compellendum. Si est spes de contrario, non malè inducis, aut compellis: Sed etsi nescis, an benè, vel malè sit communicaturus, non credo te malè agere compellendo communicare. Ratio est, quia non cogis eum facere rem malam, sed rem, quam benè, & malè potest præstare, quòd si malè agat, id prouenit a malitia agentis, non consulentis.

Pœnitentia nemini benè disposito negatur. *Pœnit. ne
mini ne-
gat.*
Vide Summas, in quibus casibus non licet absolvere. Vide etiam c. 7. de pœnit. eius, qui infirmatur, & est in statu peccati, nu. 93.

In articulo mortis, si absolendus est excommunicatus ita agendum. *24
In artic.
mortis
quò absol
natur cēs.*

Si potest adiri is, qui debet illum absolueri extra dictum articulum, ab illo obtinenda absolutio, maximè si excommunicatus sit publicus, licet secundum aliquos citatos, cap. 7. num. 74. possit etiam absolui irrequisito tali Superiori, vel si velis tenere primam opinionem, quòd est magis pœnitenti gratum, obtinenda ab eodem Superiore facultas absoluedi, cum per tempus licet. Henriq. lib. 3. c. 1. n. 4. si verò non datur tempus, vel obrenta sit facultas, ita agendum.

100 De Admin. Sacramen.

Primo. Accipiendum iuramentum a pœnitente de stando mandatis absoluentis, quæ erunt ne de cetero faciat illa, per quæ fuit excommunicatus. Non datur tamen hoc iuramentum, nisi in criminibus horrendis, vt falsarij, incendiarij, & similibus. Silu. absolut. 3. numero 3. Caietan. absolut. cap. 4. Nauar. cap. 26. num. 7. Tolet. Inst. lib. 1. cap. 16. num. 4.

Si tamen iste excommunicatus non fecit delictum, propter quod fuit excommunicatus, non est dandum illi iuramentum, ex Sil. ibi, licet non clarè, sed concordat menti Canonis iubentis tale iuramentum. Sed si Curatus nescit, vel dubitat, an in casu, quo absoluit exigendum sit istud iuramentum, quid aget? Ego exigerem, vt tutius negotium perficerem; sed & si quis non exigeret, non credo peccaret mortaliter. Ratio est, quia ab excommunicatione non absoluitur in morte a Curato, nisi etiam absoluator a peccatis, & a peccatis non potest absolui, nisi pœnitens promittat abstinere ab ijsdem supradictis, & ita, licet non iuret, promittit facere illud idem, quod, si iurasset, promississet. Nisi velis dicere iuramentum habere maiorem vim promissione.

Si verò excommunicatus debet reficere, damna, vel ab eo petuntur expensæ, non absoluat, nisi satisfactione præmissa: si hoc fieri

fieri non potest, absoluat cum cautione, quæ præstatur, vel per fideiussionem si potest, siue per iuramentum. Tolet. Instit. lib. primo, cap. 16. addit, vel modo, quo potuerit. At qualis sit iste modus, non docet: credo esse vt statim dicetur.

Si verò articulus mortis vrgeat, & nihil horum fieri potest, puta quia infirmus non loquitur, aut non valet aliqua ex dictis præstare, absoluat nihilominus, quia ad impossibile nemo tenetur. Tolet. Instit. lib. 5. cap. 36. num. 8.

Admoneatur etiam prius Excommunicatus, si conualuerit, debere se præsentare, quamprimum commodè poterit, ei a quo erat absolvendus, alioquin reincisurum, in excommunicationem. Sufficiet, si pro se mittat procuratorem. Caiet. Excommun. 69. Silu. Excomm. 8. num. 7. ante dubia. Nauar. cap. 27. num. 46. licet infra num. 90. sit sibi contrarius. Henriq. lib. 3. cap. 9. num. 7. Addit sufficere mediocrem causam, vt possit mitti procurator. Stylus Curix est, scribere Procuratori in Vrbe de genti, & per eum obtinere absolutionem ab Excommunicationibus Papalibus. vid. c. 7. num. 45.

BREVIS PRACTICA ET CLARA.

Primum. Exige iuramentum, quando, & eo modo quo est dictum.

102 De Admin. Sacramen.

Secundum cura, vt prius satisfactio fiat, si non potest, detur cautio, vt est dictum, quæ tamen non datur, nisi excommunicatus sit notorius. Vide numerum sequentem, quia si sit occultus, sufficiet firma promissio, si non potest aliud præstare.

Tertium Admone hunc Excommunicatum statim atque conualuerit, se debere præsentare, vt est dictum.

Quartum. Absolue sine nudatione humeri, & sine alijs sollempnitatibus, quia ista requiruntur in absolutione solempni, non in sacramentali, de qua nunc sermo.

Quintum. Non absoluas prius a peccatis, quam ab excommunicatione, sed prius ab excommunicatione, & postea a peccatis, audita prius tota confessione. Nec timendus scrupulus, quòd hoc sit participare cum Excommunicato, quia est licitum, nam est in bonum Excommunicati. Nauar. capit. 10. num. 3.

25
Cautio,
quando
danda.

Quando est danda cautio, de qua supradictum est? Resp. In sex casibus. Primo. In absolutione Notorij Excommunicati. Secundo. In Incendiario, postquam est denunciatus. Tertio. In Mutilatore. Quarto. In Usurario publico. Quinto. In manifesto Raptore, & Violatore Ecclesiarum, quando Violator, aut Raptor prædictus fuit monitus, & diù perseuerauerit in contumacia. Sexto. In

co,

eo, qui publicè iniuriatur personis Ecclesiasticis. Silu. confessor. 4. q. 7. Henriq. de penit. lib. 3. c. 10. n. 11.

Datur autem ista cautio hoc modo. Per publicam scripturam, ut hæredes possint compelli satisfacere, & datur in manus Episcopi, si is, cui satisfaciendum est, vel eius Procurator abest, sin in manus eiusdem, si adest. Si Episcopus, & creditor abest, datur in manus Curati, Silu. vsura. 9. quæstione 4. notab. 5. & quæst. 5.

Igitur pro repilogatione dictorum, dic breuiter. Si Excommunicatus sit occultus, & debet iurare, recipere iuramentum, ut est dictum, & admone debere se præsentare, si conualuerit, ut est dictum, & absolue. 26
recapitulatio dictorum.

Si verò Excommunicatus est notorius, fac omnia, quæ dicta sunt numero superiori.

Si autem absoluendus sit Hæreticus in morte, videtur secundum glos. in cap. Accusatus, de Hæreticis in 6. debere abiurare, & scripto promittere, se credere quidquid Ecclesia Catholica credit. At dic ista fieri extra articulum mortis, nam in illo sufficit facere, quæ dicta sunt de Excommunicato. *Hæreticus absolutus in morte, an abiuret.*

Quæritur. An alio modo ab Excommunicatione censuratus, puta interdictus, vel suspensus in articulo mortis sit absoluendus, & quomodo? Resp. Et credo absoluendum, quia Conc. Trid. sess. 14. cap. 7. de penit. ait. Omnes 27
Censuratus in morte, et quomodo absolueretur.

Sacerdotes, quoslibet penitentes, a quibusvis peccatis, & censuris absolueri posse in articulo mortis. Et cum suspensio, & interdictum, sint censuræ, in eo articulo poterunt absolui, ita etiam ante Concl. Sil. interdictum, l. q. 1. Et Nauar. post Conc. c. 27. num. 271. not. 6. Et tunc an sit recurrendum ad Superiorem, vel non; tene, ut est dictum in casu simili in absolute Excommunicationis, num. 24.

Sub qua forma verò absoluendæ sint dictæ censuræ. Silu. interdictum 3. q. 9. & suspensio q. 8. ait, sub forma, qua absoluitur Excommunicatio. Tolet. verò Instit. lib. 1. c. 47. num. 3. ait requiri iuramentum.

Dicendum videtur. Quando suspensio est a susceptione Sacramentorum tunc ab ea absolueri est prius, quàm absoluat a peccatis, & tunc potest obseruari, vel sententia. Silu. vel Tolet. ut libet. Si verò pœnitens sit alio modo suspensus, puta ab executione ordinum, non est necessaria absolutio, quia qui est in articulo mortis, non valet eos exercere, & cum valuerit, petat absolutionem ab eo, qui ordinariè debet eam dare.

Quomodo agendum cum alijs peccatoribus publicis in articulo mortis. Vide cap. 7. num. 93. & seq.

Quæritur si fortè Curatus sit excommunicatus, vel aliàs censuratus, an non obstante censura possit in articulo mortis absolueri?

Resp.

Resp. Posito non adesse etiam magis idoneū , dico Sot. d. 18. quæst. 14. art. 4. habere pro probabili in tali articulo Sacerdotem excommunicatum suspensum , irregularem , degradatum , aut hæreticum non posse absoluere . Tol. Inst. lib. 1. cap. 16. num. 7. negat de schismatico , aut hæretico . Nauar. cap. 26. num. 26. idem affirmat .

At Henriq. lib. 3. cap. 11. num. 11. in gloss. Nauar. cap. 27. num. 261. not. 7. Candelab. de absolut. casuum reseruatorum num. 17. cum citatis ibi ab ipso , dicunt omnem Sacerdotem , quomodocumque præcisum aut censuratum , in tali articulo posse absoluere , Ideo dicendum , etiam Curatum excommunicatum , aut alias censuratum hoc posse . Non tamen hoc aggrediatur , nisi bona contritione pro viribus munitus . vidi cap. 7. num. 74.

* Quæritur . An omnis Curatus possit absoluere omnem pœnitentem etiam alterius Episcopatus habentem facultatem eligendi confessarium approbatum ? Resp. Suárez to. 4. disp. 28. sect. 4. num. 17. & sequētibus posse non solum in Episcopatu vbi habet curam , sed etiam vbilibet , absque ordinariorum placito .

Quæritur . An Curatus , qui eligitur per priuilegium possit vltra absolutionem peccatorum , commutare , & dispensare in votis ,

29

An Curat. possit absoluere aduenā .

30

Curat. potest etiam commutare vota non suorum.

eo quod ista conducant animæ pœnitentis? Resp. Sil. Confessor. p. q. 9. affirmat. Suarez vero tom. 4. disp. 28. sect. 4. num. 6. negat. Notandum tamen, dum Curatus commutat in æquivalens, vel in melius, hoc posse facere, vi suæ facultatis; & non egere noua facultate. Suarez ibi dub. p. in fine. Azor tamen. p. p. lib. 11. cap. 18. quæst. 2. dicit communem esse in contrarium. Hoc tutius nam habet magnam difficultatem commutatio, cum fieri debet in æquivalens. vide c. 7. nu. 32.

31

*Peccator
an statim
sit absol-
uendus.*

Quæritur. An peccator statim educendus e peccato, vel an sensim, & dextre: puta quis agit cum peccatore magnate an statim vtendum cum eo summo rigore vel quomodo agendum? Resp. Vtendum summo rigore in his, quæ implicant peccatum mortale: puta non absoluendum nisi abscissa occasione, dimissa concubina, & similia, quia alias absolutio esset sacrilega. In reliquis vt dexteritate & prudentia laudabili cum hæc possint præstari saluo Sacramento. Sed & quando acrioribus vtendum, prudentiæ detur, & suauitati locus suus: nam suauiter, & fortiter operatur dominus: & violentum non est durable.

32

*Extr. vnctio.
an negetur pec.
publice
vel off.*

Extrema Vnctio, si petatur, non negabitur peccatori publico, qui postquam petijt, desijt, loqui, & non potest præstare, quæ debet quia per petitionem, quoad hoc, non

cen-

cenfetur amplius peccator publicus : fi verò potefit præftare, quæ debet, & nolit non datur, quia hoc eft projicere margaritas ante porcos.

Si verò peccator eft occultus, fi dedit figna contritionis, vel quacumque ratione, probabili præfumatur eſſe diſpoſitus ad Sacramentum recipiendum, quod ſemper præſumendum eſt, quoties contrarium non conſtat : quia, qui malus non probatur, bonus eſſe præſumitur, datur quia non debet ei negari. Suarez tom. 4. diſp. 42. ſect. 1.

Matrimonium propriè non confertur a Curato, cum non fit illius miniſter collatiuus, ſed auctoritatiuus. Ideo ſi peccator publicus velit celebrare matrimonium debet admoneri a Curato, ſi eſt ſpes profectus, de ſtatu peccati, in quo iacet, & de peccato mortali, quod incurreret in ſtatu tali matrimonio contrahendo, & ſiue dixerit ſe contritum, ſiue nolle conteri, poterit Curatus a ſeſe abſque peccato, quia in nullo communicat peccato illius, & Curato non prohibetur aliud, quam adminiſtrare Sacramenta incapaci, at hoc, vt eſt dictum, non eſt adminiſtrare Sacramenta.

Quæritur. Qua diligentia teneatur Curatus properare in adminiſtrandis Sacramentis. Reſp. Vbi non adefit neceſſitas feſtinandi, adminiſtret cum gravitate, & decenti feſtinatione.

33

*Matr.**pecc. publici.*

34

*Curatus
quomodo
properet
in admini.
Sacra.*

tione. Vide cap. 11. num. 18. Potest autem contingere dupliciter esse festinandum, vel in die, vel in nocte, In die, dum Curatus est indutus properet relicto quidquid agit.

35
Si vocetur dum administrat aliud Sacramen-
tum.

Quæritur, si sit intentus administrationi alterius Sacramenti, puta Baptismi, & vocatur pro confessione infirmi? Resp. Si probabile est vno absoluto superesse tempus pro administratione alterius, perficiat quod incepit, & properet ad aliud. Si credibile est non iturum opportunè ad excipiendam confessionem, puta quia infirmus erit mortuus, relinquat baptismum, & properet.

Si baptizandus, & ipse moriatur Baptizet, relicto sacramentalib. quæ postea perficiet.

Si eodem instante vocetur a duobus infirmis æquè morti proximis? Eat ad prius vocantem.

Si prius vocans distet tantum, quòd sit probabile non inuentum iri viuum? Eat ad posteriorem vocantem carentem tali periculo.

Si vterq; æquè simul vocet, & æquè distet cum æquali periculo, quòd si tardet, inueniat mortuum alterum illorum? Eligat ire ad quem libuerit, quia non potest aliud agere.

Si erret in electione bona fide? Non curet, quia non peccauit.

Si verò vocetur de nocte etiam cum magna

gna instantia quid agendum? Resp. Induat se prius, & festinet, quia cum ista obligent moraliter, non tenetur Curatus ire in indusio, aut semiuestitus, vt acceleret. Et ita vniuersaliter practicatur. Verum est tamen, quod debet festinare, & relinquere omnia, quæ non sunt necessaria ad necessarium vestium; puta non debet se polire, lauare, pectere, ac se vestire, ac si deberet in die claro per medium forum transire, maximè cum veste talari possit defendere corpus ab iniuria, quæ potest nox afferre ob non absolutam induitionem.

Quæritur. Si daretur casus, quod Curatus vocatus, nisi properaret semiuestitus, infirmus moreretur sine confessione, & esset hyems aspera, & horridum cælum, an teneatur Curatus semiuestitus cum probabili vitæ periculo festinare? Resp. Dato casu necessariam esse consequentiam, teneri non solum cum probabili periculo, sed etiam cum manifesta morte, & hoc clarum, quia debemus anteferre animam proximi vitæ propriæ. Vide cap. 9. num. 6.

Quæritur. An Curatus vocatus de nocte, vel de die cum magna instantia, teneatur currere, vt citius ad infirmum perueniat? Resp. Sufficere festinet, quia consuetudo vniuersalis ita declarat, & si esset currendum, aliàs infirmus moreretur sine confessione? Dico primo dato casu, necessariam consequentiã, vide-

36

*Curatus
quomodo
festinet
de no-
cte.*

37

*Curat. an
unquam
teneatur
properare
semiuesti-
tus.*

38

*Curat. an
currat vs
festinet.*

videlicet currendum quantumvis sibi videatur honori detractum. Idem agendum pro Baptismo, cum ista sint Sacramenta necessaria. In alijs functionibus sufficiet festinare, quia non sunt absolute necessaria. Ratio est, quod sit currendum, quia si pro salute vnus animæ, necesse est exponere propriam vitã, vt ait S. I. hom. 2. 2. quæst. 185. art. 5. & communis, multò magis proprium honorem, seu existimationem. Dico secundo. Cum, vt plurimum non constet de isto casu necessaria mortis sine Sacramento, & necessarij cursus, prudenter Curatus aget, si sine cursu festinauerit, quia nec Deus, nec Ecclesia intelligit obligare ad hoc, quòd quis appareat fatuus, & ridiculosus, vt notat Silu. scrip. q. 4. not. 3.

In alijs sacramentis, vt communione, & pænitentia, & ceteris Suarez tom. 4. disp. 32. sect. 1. num. 5. in fine, vult non esse necesse adhibere summam diligentiam, vel laborem, sed moderatam, & prudentem sollicitudinem concordat dictis.

39

*An solein
nitates so
lis. e ser
uentur in
necessita
te.*

Quæritur. Si Curatus vocetur pro communicando vel vngendo infirmo, & oporteat illum, aut portare Sacramenta sine lumine, & ceteris necessarijs, quia non habet qui adiuuet, aut si velit expectare adiuuantes, credibile sit interim infirmum moriturum sine Sacramentis, quid agendum? Resp.

De

Caput Quintum. III

De extrema vnctione esse clarum posse portari sine dictis sollempnitatibus, quia etiam in Coena Domini accipitur a Cathedralibus, & defertur sine lumine, & superpelliceo per totas Dioeceses.

De Communione vrgentius est dubium, & primo dico, si volueris tenere opinionem Silu. Sacram. num. 3. quam vocat communem, poterit non ferri, cum non sit Sacramentum absolutè necessarium. Dico secundo, melius esse ferre sine ceteris sollempnitatibus, dummodo deferatur secundum cap. sanè, de celebratione Missarum, decenti habitu, hoc est sola, & superpelliceo, præcedente lumine, ad quod sufficiet in necessitate vnicus minister.

Quæritur. Quomodo Curatus tenetur esse in gratia in administratione Sacramentorum? Resp. Teneri habere contritionem, vel saltem talem attritionem, quam reputet contritionem, quando est in mortali, vel veniali dubio de mortali, alias peccat mortaliter S. Tho. 1. p. q. 64. art. 6. Caiet. ibi Silu. cleric. 2. not. 8. ante quæstiones. Nauar. cap. 22. num. 3. Sot. dist. 1. quæst. 5. art. 6. Henriquez lib. 1. de Sacramen. cap. 27. num. 2. In communionem tamen recipienda est necessaria confessio habenti copiam confessarij Concil. Trid. sess. 13. cap. 7. licet in danda sufficiat contritio dicta. An verò teneatur laicus, qui

40
*Curatus
quomodo
sit in gra-
tia in ad-
min. Sa-
crament.*

qui communicauit cum mortali, statim post communionem confiteri, vt de Sacerdote in necessitate celebrante disponit Concil. ibi. Nauarr. cap. 2. nu. 6. affirmat Suarez verò tom. 3. quæst. 80. sect. 8. disp. 66. negat, sicut negat de eo, qui communicauit cum mortali obliuio, & de eo, qui sine necessitate celebrat ob malitiam sine confessione. Vide ibi.

Quando tamen detur Baptismus a Curato, in necessitate, vt dant laici non requiritur contritio. Sor. dist. & art. dicto, in fine, tertij dict. licet Angel. sacram. quæst. 10. habeat, se valde de hoc dubitare. In assistendo etiam matrimonio non requiritur contritio, quia hoc non est administrare Sacramentum. Henriq. lib. 1. de Sacram. cap. 29. num. 2.

Sed quid si veniat Curato administratio Sacramenti, & ipse nesciat, nec dubitet se esse in mortali, sed tamen nec ei constat de contrario, quia ab aliquibus diebus non examinauit conscientiam, an tunc, absq; actu contritionis, tutò Sacramentum administret; vel an teneatur antè administrationem elicere actum contritionis? Resp. Si eliceat, benè agere, sed non rem necessariam, tunc enim solum tenetur, cùm est in claro mortali, vel clarè constat esse in dubio de mortali.

41
Curatus
quando
conserat.

Quæritur. Quando sit necessaria ista contritio, an antè administrationem Sacramenti,

ei, an antequam perficiat administrare Sacramentum? Resp. Tutum esse habere ante. Henricus tamen lib. 4. cap. 18. Glos. 5. ait in pœnitentia sufficere eam habere, antequam detur absolutio. Idem potest dici de alijs Sacramentis, quæ successiuè administrantur, puta Baptismo, & Extrema vntione.

* At Suarez tom. 4. disp. 28. sect. p. num. 2. iudicet graue, non habere eam a principio administrationis, & vult tunc procurandam: excusat tamen a mortali eum, qui inciperet audire confessiones cum animo habendi contritionem, quam primum posset, cum tunc per auditionem confessionis impediretur, & dein de moralem diligentiam adhiberet ad contritionem assequendam.

Quæritur. An si Curatus multa Sacramenta administret, debeat ad singula habere contritionem? Resp. Sufficere si habeat ad primum, quia gratia semel obtenta, non censetur amissa sine nouo mortali, siue Sacramenta statim a contritione, vel etiam multo post, etiamsi sit per annum, aut plures dies, administrentur.

Quæritur, Quoties peccabit Curatus qui administrauerit Sacramenta in mortali, vel in dubio de mortali? Resp. Sil. cler. 2. not. 8. ante quæstiones & affert opinionem aliquorum dicentium, eum peccare mortaliter toties, quoties ministrabit. Secundum quam opi-

H nionem,

nionem; qui viginti homines communica-
bit, vigesies etiã mortaliter peccabit. Idẽ etiã
videtur tenere Azor, Inst. lib. 4. 1. p. c. 4. q. 6.

Licet Suarez tom. 4. d. 22. sect. 5. num. 35. &
36. teneat esse quidem vnicum peccatum, sed
tamen obiecta illa partialia, seu quot perso-
nã fuerint communicatã, esse necessario ex-
plicanda, & quod declarent grauitatem ob-
iecti. Tota quæstio fundatur super hoc, qua-
lis sit distinctio numerica malitiarum in
hoc peccato: Aliqui enim affirmant esse
iuxta singula obiecta, alij negant, sed conce-
dunt esse circumstantias aggrauantes, & ne-
cessario confitendas, huius sententiã est Sua-
rez, & citati ab ipso, alterius est Nau. & ci-
tati ab ipso, qui non concedunt tales circum-
stantias necessario esse confitendas.

Imo Rodriquez in summam vult vnicum
esse peccatum eius, qui multas confessiones
successiue audit in mortali, licet inter au-
diendum a confessionali discedat & hic om-
nes istas confessiones accipit sub vnico obie-
cto. Porrò de circumstantijs aggrauantibus
vide cap. 15. num. vltimum.

44 Quæritur. Dictum est supra requiri con-
tritionem, vel saltem talem attritionem, quæ
credatur contritio, nunc quæritur; an pos-
sit cognosci sit contritio, nec ne, vel saltem
quid agendum? Resp. Impossibile esse cogno-
scere, an homo sit contritus iuxta illud: Ne-

Modus
habendi
contrit.

Caput Quintum. II 5

mo scit, an odio, vel amore sit dignus: Ne tamen videatur præcipi aliquid impossibile, sufficit dolere de offensa Dei, ad eum placandum, super omne quod potest dolere, propter Deum summè dilectum, cum proposito implendi præcepta, vel dolore intimè quoad valemus propter Deum summè dilectum. Ex Henriq. lib. 1. pœnit. cap. 24. num. 5.

Quæritur. An Curatus in mortali tangendo Sacramenta, vel Sacramentalibus vacando peccet, & quomodo? Resp. Silu. cleric. 2. not. 8. antè quæstiones, & Ordo. 4. quæst. 2. Nau. c. 25. num. 72. & affirmant. Sotus verò dist. 1. q. 5. art. 6. col. 3. negat. Suarez tom. 3. d. 16. q. 64. sect. 3.

45
An peccatum in mortali tangere Sacr.

Porrò omnes conueniunt, quòd si tangantur in necessitate, & leuando de terra, non esse mortale. Et intellige nomine Sacramenti, non solum Eucharistiam, quæ semper est Sacramentum, sed etiam olea consecrata, ab Episcopo pro Chrismate, & Extrema vntione, quæ licet non sint Sacramenta, nisi quando sunt in vsu, tractus illorum tamen reseruatür Sacerdoti ex vniuersali consuetudine. Et quod dicitur de Chrismate, intelligitur etiam de oleo Catechumenorum propter eandem rationem. Tangere verò Sacramentalia in mortali non est plusquam veniale, propter paruitatem materiæ. Idem eodem modo Sacramentalibus vacando. Sot.

116 De Admin. Sacramen.

ibi, & S. Tho. 3. p. quæst. 64. art. 6. & ad 3. & Caiet. ibi, qui volunt esse mortale solum administrare Sacramenta, quod notat Caiet. ibi. Tangere verò Eucharistiam immediatè manu, puta mutando ab vno in aliud vas, vel immediatè, puta ferendo in processione. Suarez tom. 3. quæst. 82. sect. 4. versus medium, vult non esse mortale, sed rem reprehendendam.

46

*Quoties
in mortali
celebranda
absq;
confessione,*

Quoties Curatus celebret cum sola contritione absque confessione cum non habet copiam Confessarij? Resp. Sot. dist. 12. quæst. 1. art. 4. casu 2. Henriq. lib. 8. cap. 46. num. 5. De Graff. 1. p. lib. 1. cap. 12. num. 5. & dicunt quòd quando Confessarius longè distabit, Curatus hoc poterit semel, aut bis, nisi sit in statu peccati mortalis, puta habens concubinam, quia tunc ne semel poterit, nisi prius abiecta concubina. Henriq. verò addit. Ad hoc obligari, etiam si Curatus distet a Confessario per tria, aut quinque miliaria. At videtur posse dici, quòd poterit celebrare pluries, & toties, quoties necessitas celebrandi vrserit, & incommoditas adeundi Confessarium fuerit præsens, & vera, & vrgens, puta pluvia, nix, discursio hostium, vel latronum, & omnis alia similis causa, quæ careat fraude, quia cum hoc sit arbitrarium, tunc erit legitimum, cum fuerit rationabile, vt est dictum supra.

Bonum

Bonum remedium. Quando duo Curati, qui alter alterius confessionem excipiunt multum distant. Condicant diem, horam, & locum pro confessione, puta tali die, tali hora, in tali loco; & ut locus utriusque sit commodus, eligant locum in medietate viae inter utrumque positum, & ita euadent molestiam longioris itineris, & faciliter, & saepe confessiones excipient si velint.

Quæritur. Quid si fortè Curatus sit occultè excommunicatus, & urgeat necessitas celebrandi, & scandalum si non celebret, puta infamatum iri de crimine, aut aliquid aliud, aut saltem causet admirationem, tunc quid aget? Resp. Conteratur, & celebret, quia nec peccat, nec fit irregularis. Silu. euch. 2. q. 7. Nauar. cap. d. n. 75. not. 13. Sor. dist. 18. q. 2. art. 5. in fine probationis 2. arg. licet dist. 12. quæst. 1. art. 4. casu 4. in fine negauerit. Sed dist. 12. loquitur de excommunicato publico, & dist. 18. de occulto. Henriquez idem habet cum Silu. De Graff. vero 1. p. c. 12. num. 14. & 15. negat excommunicatum posse celebrare. Tene cum Silu. & alijs, quia iustus timor, ut est in casu dicto, excusat a pœna canonis. Et quæ dicit: De Graff. vera sunt de excommunicato publico, non occulto, de quo non est sermo.

Quod si sola necessitas urserit, & non scandalum? Henriq. lib. 8. cap. 47. num. 4. ait, peccare

47
Curatus
excom-
unicatus,
an cele-
bret.

118 De Admin. Sacramen.

care mortaliter, & fieri irregularem celebrando. Silu. verò euch. 2. quæst. 7. ait, non peccare, nec fieri irregularem, quia pro incurrenda irregularitate debeat adesse temeritas, quæ non est in hoc casu.

48

Excommunicat. quomodo sine confessione celebret.

Quæritur. Quoties excommunicatus occultus stante necessitate, vel scandalo communicabit? Resp. Sotum vbi supra, concedere solum semel. Henriq. verò semel, aut bis. Tu dic toties, quoties per ipsum non steterit, quominus absolueretur, & necessitas, & scandalum vrserint, quia est eadem ratio, vt est dictum supra num. 46.

49

Quomodo administrat. Sacra.

Quæritur. Quomodo Curatus administrabit Sacramenta? Respondetur. Secundum consuetudinem loci scitam, & probatam ab Episcopo.

50

Curat. an omnib. dignit. Sacra. admin.

Quæritur. An Curatus impeditus infirmitate, vel chiragra possit administrare Sacramenta singulo digito manus, vel an teneatur hoc præstare solo pollice, & indice? Resp. Totam quidem manum esse consecratam, communis tamen consuetudo declarat solos pollices, & indices esse conuenientes. Tolet. Inst. lib. 1. c. 58. num. 2. licet ibi loquatur non de administratione, sed de sola celebratione hoc concedit. At videtur vtrique actioni eadem instrumenta conuenire. Ideo videtur dicendum, cum Sacramenta, quæ administrantur manu, & requirunt eam consecratam, non sint

sint absolute necessaria, stante tali, vel simili impedimento, non esse administranda nisi via, & modo solitis, sed curanda eorum administratio per alium, cum necessarium impedimentum adest, licet de communione non sit improbabile, quod habetur capit. 8. num. 34. & de Extrema vnctione, capit. 9. num. 22.

Sed si Curatus habeat quidem manus liberas, sed pedes impeditos, an possit se facere ferre, & dum actum portatur Sacramenta administrare? Resp. Et in hoc obseruandam vniuersalem consuetudinem qua qui confert Sacramenta ex se procedit, & non portatur; tamen citra scandalum, cum non possit haberi alius, credo non peccare mortaliter Curatū, qui dicto modo ea administraret. Melius ageret, si faceret recipientem Sacramenta accedere, & ipse Curatus deinde Sacramentum administraret, & hoc maximè quadrat in Eucharistia, nam in reliquis Sacramentis, quæ per Curatum administrantur, posset susceptor accedere ad Curatum, vel Curatus facere se ferre ad suscipientem, vt in Extrema vnct. & ea conferre. Ratio horum est, quia nullum videtur inconueniens, tali modo Sacramenta administrare: præterea, quare non poterit vir portare Curatum pro tali functione, cum equus possit ferre Eucharistiam, vt est dictum cap. 8. nu. 41. & cum secularis, vt in multis lo-

An Curatus dum actu fertur possit Sacramenta administrare.

cis fieri solet, ferat a Cathedrali ad Curatus
olea sacrata?

31

An Curat. det licentiam admin. sacra.

Quæritur . An Curatus absq; Episcopo possit dare licentiam alteri administrandi Sacramenta? Resp. Si Episcopus aliquid sibi reseruauit, nihil potest in reseruatis. si nihil reseruauit Curatus potest dare licentiam conferendi Baptismum. Silu. bapt. 3. a capite. Communionem, & extremam vnctionem. Siluest. vnctio quæst. 3. Matrimonio assistendi. Concil. Trid. sess. 24. cap. 1. de reform. matr. licentiam administrandi. Pænitentiam dat solus Episcopus. Concil. Trid. sess. 23. cap. 15. de reform. excepto casu, vt cap. 12. num. 24. & cap. 1. num. 19. & ministrare Sacramenta sine tali licentia, est mortale, non tamen irregularitas contrahitur in baptismo. Silu. Bap. 3. a capite contra Armil. bapt. §. 39. At si regularis, sine speciali licentia parochi, det extremam vnctionem, Euchari- stiam, vel solemnizet matrimonium, etiam in defectum Parochi, & in articulo mortis est excommunicatus. Silu. excom. 7. casu 14. Tol. Inst. lib. 1. cap. 37. num. 5. Licet Andreas Vi- ctorellus, vt inf. cap. 9. num. 6. neget. Et siue regularis, siue secularis Sacerdos, qui alte- rius parochiæ sponso, coniungere matrimo- nio, vel eis benedictionem largiri ausus fue- rit, sine licentia proprii parochi, est suspēsus, & debet absolui ab Episcopo Parochi, qui debe-
bat

bat eos coniungere, vel benedictionem eis largiri. Et si Curatus dederit talem licentiã contra iurisdictionem Episcopi, credo peccabit mortaliter, quia delinquet in re graui, nisi ponat spem in rati habitatione, quia tunc excusabitur.

Curatus autem baptizans extra necessitatem alienum sine licentia Episcopi vel curati baptizati peccare mortaliter affirmat Suarez tom. 3. quæst. 71. disp. 31. sect. 4. idem in uic Sil. bap. 3. a capite. Armilla vero bap. §. 29. vult præterea incurrere irregularitatem; at Suarez, & Sil. ibi negant, quia nullo iure cautum. c. autem de cler. non ord. min. quod affert Armil. irregularitatem importare, in meo nihil tale habet vt est videre. Et si baptizandus veniat e loco exempto in quo non sit cura, vt potest esse in hospitij ruralibus, vel in possessionibus, vt sunt Tenute & casali Romani necessarium est placet Episcopi loci vnde venit.

Quæritur. An vnquam liceat reiterare Sacramenta irreiterabilia, & quando? Resp. Et dico videndum de singulis suis locis. Pro præsentia sufficiat, quod quando dubium est probabile, vel verisimilis coniectura resultat, tunc reiteranda sunt cum conditione. Angel. sacram. quæst. 12.

Quæritur. An conditio in reiteratione Sacramenti, puta si non est baptizatus, si te non

52
Quomodo reiteranda Sacramenta irreiterabilia.

122 De Admin. Sacramen.

53 *An conditio explicetur necessario.* nō absolui, & similes, sit necessario explicāda? Resp. Negatiuè, sed sufficit eam mente retinere, vel a principio habuisse. Henriq. lib. 2. cap. 31. num. 2.

54 *Sacra. an dentur in tempore interdicti, & cessatione.* Nota tamen, quòd si eam non explicueris, & apud Episcopum fueris delatus poteris puniri, quasi reiterator Sacramenti. vide cap. 6. num. 18.

Quæritur. Quo tempore possint dari Sacramenti? Resp. Quoad horam de singulis proprio loco dici. Tempore verò vetito, vt in interdicto, & in cessatione a diuinis, potest dari Baptismus cum vnctione Olei Sancti, & Chrismatis. Matrimonium item potest celebrari absq; nuptiarum benedictione. Item pœnitentia profanis, & infirmis, modo non sint excommunicati, nec interdicti, neque fuerint causa interdicti sua culpa, neque consilium, neque fauorem, neque auxilium præbuerint delicto, ob quod positum sit interdictum: nam qui sunt in culpa, non sunt absoluedi, nisi cum cautione, vt est dictum num. 25. Item potest dari Eucharistia solum in articulo mortis. Nauarr. cap. 17. num. 178. etiam in cessatione à diuinis. Nau. cap. dicto, num. 188. & 189. Henriq. lib. 2. cap. 4. num. 7. Reliqua verò Sacramenta non possunt dari, nisi particulari privilegio quis gaudeat.

Quæritur. An si tunc Curatus cum tali li-
mita-

mitatione teneatur ea Sacramenta ministrare sub peccato , vel ei sit liberum ministrare, & non ministrare? Resp. Et credo teneri sub mortali , quando illis indigens , si non acceperit a Curato, a nullo alio possit ea recipere, iuxta dicta supra, num. 7.

Qualis autem debeat esse articulus mortis Suarez tom. 5. disp. 33. sect. p. num. 29. vult talem esse , quoties iudicio periti medici, ita est infirmitas grauis , vt prudenter faciat infirmus se præparando ad mortem vide cap. 7. num. 73.

Quæritur . Quid agendum si in prolatione formæ Sacramentorum fiat error ? Resp. Et dico de errore in forma Eucharistiæ videndas rubricas Missalis . De errore verò in prolatione formæ aliorum Sacramentorū, dicitur quòd , qui eas repetierit, tutè aget, sicuti etiam , si repetierit formam Eucharistiæ.

56
Error in
prolatione
formæ.

Quæritur . Vbi sunt danda Sacramenta? Resp. Extra necessitatem obseruandam consuetudinem loci . Pœnitentia tamen, & communio, ritè possunt dari in Cathedrali omni confluenti de Episcopatu. Silu. Archiep. q. 1.

57
Sacramenta
vbi danda.

Sed nota , quod qui in Cathedrali potest dare Sacramenta, non potest ea dare in aliena Parochia quia id ei ibi licet , & non alibi, per cap. officium . extra de Archipresbytero: ibi enim habet , quod qui de foris veniunt

ex Episcopatu, possint ibi Sacramenta recipere. Ex quo inferitur, non posse per istosmet, eadem Sacramenta dari eisdem extra Cathedralē, quia facultas hæc limitata est super de foris aduenientes de Episcopatu, & super Cathedralē. Nota præterea, contra Sacramenta sint, quæ suscipiantur in Ecclesia, puta, Baptismus, Pænitentia, & Eucharistia, de istis verum esse, quod possint suscipi in Cathedrali, vt vult Silu. ibi. De Matrimonio Concil. Trid. sess. 24. cap. 1. de reform. matr. vult solum proprium Parochum posse coniungere sponfos, ideo in Cathedrali non licebit. Si tamen adsit consuetudo approbata, etiam in Cathedrali poterunt coniungi.

58 *An dan-
da Sac.
cum peri-
culo vita.* Quæritur. An Curatus teneatur dare Sacramenta, etiam cum probabili periculo propriæ vitæ? Resp. Dictum esse capit. 1. num. 16. teneri non solum cum probabili periculo sed etiam cum certo periculo vitæ propriæ, cum sacramenta sunt danda necessario. Vide etiam supra num. 37. & cap. 7. num. 79. & bonam practicam, capit. 9. num. 20. & inferius num. seq.

39 *Caiet. pro
def. Cura
ti in peri-
culo vita.* Quæritur. An detur aliqua cautela, qui Curatus sibi provideat de necessaria defensione in probabili vitæ periculo, cum tamen necessitas Sacramenti administrandi urgeat? Resp. Prudentia omnia incommoda superari. Si quæris particularia distinguendum.

An

Caput Quintum. 125

An periculum sit a malo, vel a mala cæli constitutione. Si ab ista, vestes, & præsidia, quæ a natura docentur sunt bona. Si periculum est a malo homine, videndum est, an Sacram. quæ sunt danda, sint necessaria: Et quidem si instet auditio confessionis morientis, est eundem. Vt autem Curatus tutò vadendum induit se (loquimur enim de casu contingenti in nocte, quia in die magis promptum remedium) vocet amicos, qui eum associant: Si hoc non potest, curet vt ipsi vocantes alios associantes vocent: Si hoc nec potest, ipse ferat arma, vt se defendat, quia ita ei licet. Silu. bellum 2. q. 3. & hoc etiam si ferat Sacram. puta extr. vnct. Porro ita posset agere; statim, atq; constiterit ei de inimicitia, videat an possit reconciliari inimicis, si hoc nõ potest, rem deferat ad Episcopum, & obtenta licentia, arma ferat, quæ tamen propter decentiam Clericatus, occulta deferet si vocatur pro Baptismo, sufficit doceat modum, quo vocantes ipsi baptizent absque quod ipse vadat. Si vocatur pro Extrema vnctione, non credo teneatur ire cum tanto periculo, Subscribit Suarez tom. 4. disp. 44. sess. 3. num. 15. Nisi addit Victorellus, vitæ periculum excuset, & cat. cum ægrotus alijs Sacramentis iuuari non potest: fieri enim potest, vt sit attritus, & accedente Extrema vnctione, virtute Sacramenti, euadat contritus. Minus tene-

tenetur ire cum tanto periculo ad commendationem animæ. Sed & si vocatus fuerit pro confessione, curet infirmum audiri per alium Sacerdotem, quod si hoc non potest, eat, ut est dictum.

60

*Quando
Curat. ex
cusatur
non dare
Sacram.
infirmo.*

Quæritur. Quid si constet illi certò occisum iri, an etiam tunc teneatur ire ad hunc infirmum sine sacramento Pœnitentiæ certò morientem cum si iuerit occidetur, & infirmus etiam sine Sacramentis morietur, & per consequens ista diligentia cedit in cassum? Resp. Et videtur dicendum, impossibile esse istam certitudinem mortis, quia Curatus posset fuga euadere, possibile esset impetentes non aggressuros, superuenturum, qui eum erueret, ideò stante incertitudine aggressus, & certitudine mortis infirmi sine Sacramentis, credo teneri ire ad infirmum, iuxta dicta num. 58. Excusaretur tamen si positivè, seu de facto sciret pœnitentem esse in gratia, quia cõfessus fuerit paulò antè, & aliàs erat diligens, & bonus. Suarez tom. 4. dist. 44. sect. 3. nu. 15. quod tamen cautè iudicandum est, quia esse bonum, & diligentem non arguit impeccabilitatem: ideo credo eundem, ut sup.

At si quis haberet bonam probabilitatem suæ mortis, & mortis infirmi sine confessione antequam posset ad eum peruenire, credo, quòd excusaretur ire. Ratio est, quia sumus in moralibus, in quibus non est maior certitudo,

do, quàm probabilitas, & quod probabiliter fit, rationabiliter, & inculpate fit. In tali casu tamen, saltem docendi vocantes, quomodo inducerent morientem ad bonam contritionem, si forte cursu concitato acti viuum reperirent infirmum.

Quæritur. An saltem Curatus, qui capitales gerit inimicitias, possit admonere populum, ut qui indiguerit illius opera vocet eum, de die non de nocte, & protestari se tunc nolle ire? Resp. Et vidi hoc practicum, sed male, quia tenetur ire quotiescunque necessario vocatur; nec, v.g. occasione inimicitia, debet dare Extremam vnctionem anticipate, quando alias non esse danda, ne cogatur eam ferre de nocte. Poterit tamè monere populum, ut pro viribus, vocent de die, quia in nocte sint difficultates maiores, dummodo non excludat vocationem de nocte in casu necessario.

61
An protestatio nolendi ire de nocte excuset.

Quæritur. An peccet Curatus, qui non curet se defendere, sed vocatus liberè vadat, & interim occidatur? Resp. Non peccare, imò mereri, quia moritur pro actione virtutis, & defensio ista non est illi necessaria, sed licita, & libens. Silu. bell. 2. q. 3. Hæc enim dicuntur non secundum imperium, sed secundum indulgentiam.

62
An peccet se non defendendo.

DE
BAPTISMO.

CAPVT SEXTVM.

1
*Aetas pro
baptismo.*

QVAERITVR. In qua aetate par-
uuli sint baptizandi? Resp. Rite ba-
ptizari in die octauo, sed & pater
differens circa duodecimum,
non peccat. Henriq. lib. 2. cap. 4. num. 12.

Baptizans prius non peccat. Conformate
consuetudini.

Differens ad aliquas hebdomadas vel men-
ses ex causa, si causa est rationabilis, non pec-
cat mortaliter, puta mater magnatis differens
baptismum filij pro morte mariti, aut aliqua
de alia simili causa, non est de facili condem-
nanda de mortali. Si tamen Curatus in sua
cura videat in hoc aliquem abusum, crebra
admonitione eum tollat.

2
*Materia
baptizari*

Quæritur. Quæ materia est apta pro Ba-
ptismo? Resp. Omnem aquam naturalem.
Conc. Trid. sess. 7. can. 2. talis est. Sulphurea,
mineralis, maris, resoluta ex glacie, niue,
rore, lexiuium. Silu. bapt. 2. quæst. 4. Om-
nes.

*Materia
non apta.*

Materia non apta est sudor, lacrimæ, spu-
tum,

tum, salina, vrina, lutum, pannus aqua imbutus, & non expressus, aqua stillata. Sil. bap. 2. a capite.

Materia dubia est omnis aqua alio liquore mixta, quæ si est mixta in tantum, vt gustata vocetur de nomine mixti, puta, mel aquatum, aqua vinata, aqua oleata, & omni alio simili modo, non est materia apta. Omnes Brodium, si ita spissetur, vt vocetur gelatina, aut sit totum puro grasso, vt dicimus vulgariter, non est aptum. Silu. bap. 2. quæst. 4. not. 2. & 3. Armil. bap. §. 20. & omnes.

Sal liquatum non est apta materia Sil. bap. 2. quæst. 7. Secundum communem verò est materia apta. Henriq. lib. 2. c. 9. n. 1. Armil. dubitat bap. §. 25.

Quæritur. An aqua debeat esse benedicta? Resp. Negatiuè in necessitate, extra necessitatem est mortale vti non benedicta. Silu. bap. 2. quæst. 3. Tolet. instit. lib. 2. cap. 18. num. 4.

Sed, & si quis in necessitate vteretur benedicta non peccaret, quia nullibi prohibitum. Reponenda tamen in sacrarium propter reuerentiam christianis, quo est mixta.

Si in hyeme afferatur ad Ecclesiam aqua calida miscenda benedictæ frigidæ, ne infans frigore lædatur, non misceas, nisi prius gustaueris, sit nec ne naturalis, & hoc ad cautelam, ne apponatur aqua non apta. Semel in baptis

3
Materia
dubia q.

4
Aqua
an ben.

mo magnatis deberi aquam rosaceam.

5
Quando
baptizan-
di in a-
qua du-
bis.

Quæritur. An vnquam possit baptizari in aqua dubia? Resp. In necessitate solum sine peccato posse, quod est, quando non possit omnino haberi alia materia. Sed addenda conditio, si est apta. Henriq. lib. 1. c. 9. nu. 3. & gl. quia melius est sic baptizare quam nullatenus baptizare.

6
Modus
baptiz.

Quomodo baptizandum, seu applicanda aqua? Resp. Tribus modis posse, vel immersione, vel infusione, vel asperzione. Igitur dicendum, obseruandum esse morem loci, etiam si mos ille, sit contra morem Metropolitanæ, seu etiam Romanæ Ecclesiæ. Sot. dist. 3. ar. 8. post 3. conclus. Et non obseruare hunc morē, citra scandalum, non est plusquam veniale. Nota tamen, quod in necessitate quiuis istorum modorum est aptus. Sot. ibi Sed & extra necessitatem, si baptismus detur immersione, & baptizandus sit adultus propter honestatem, sufficiet infundendo baptizare. Tolet. Inst. lib. 2. c. 18. nu. 7.

Si baptizetur immersione, & puer mergendo periclitetur, leuiter est aqua attingendus: Et si mergeretur & moreretur, baptizans peccaret mortaliter homicidio, sed non esse irregularem vult Sot. ibi contra Palud. Suar. tom. 3. disp. 20. q. 64. sect. 2. in fine. Si verò baptismo notabiliter mors acceleretur nō est baptizandus: si acceleretur minimo tpe est baptizandus.

duſ. ait Sot. ibi. Sed hos credo ſcrupulos, cū te
nuiffimæ guttæ ſufficiāt, & illæ nō poſſint pue
rum occidere maxime ſi aqua fuerit calida.

Communiter Baptiſmus fit immerſione, &
communius infuſione quæ fit in capite. Om
nes. Obſeruanda conſuetudo loci. Sufficit ſi
tangit capillos, quia ſunt pars hominis. Tol.
Inſt. lib. dicto cap. 18. in fine, affirmat. Sot. ibi,
art. 7. dubitat. Henriq. verò libro ſecundo, nu.
2. ait ſi conſtaret aquam tetigiſſe ſolos capil
los (quod vix eſt poſſibile) eſſe baptizandum,
cum conditione, quod etiam Sot. ibi non re
probat.

Nota pro immiſſione ſalis in os pueri, per
verba: Accipe ſalem ſapientiæ, &c. modico vta
ris, quia alias vlcerat palatum paruuli, & par
ua quantitas ſufficit.

*Sal. fit mo
dic.*

Quæritur. Quanta aqua neceſſaria pro Ba
ptiſmo? Reſp. Vnicam guttam vix ſenſu perce
ptibilem non ſufficere, aliquas verò ſufficere.
Sot. ibi. art. 7. verſus finem, dummodo ſint tot,
quot poſſint dici abluere.

7
*Quanta
aqua ne-
ceſſ.*

* Suarez vero tom. 3. q. 66. diſp. 20. ſect. 2. ait
eam aquæ quantitatem, & neceſſariam eſſe, &
ſufficere; quæ ſit ſufficiens ad abluendam, ſeu
contingendam ſufficiētem corporis partem,
tanta, quæ ſucceſſiuè fluere poſſit per magnā
corporis partem. Sed hoc videtur eſſe, quod
docet Sotus.

Si quæris quid agendum a Curato poſt tra

*Digitus quo
modo pur-
gatur, post
tractatio-
nem olei.*

stationem oleorum sacrorum, vt rectè digi-
tos mundet? Resp. Quædam ritualia in rubri-
ca de conferenda extrema vnctione habent,
ea collata sacerdos abstergat digitos pane, &
deiciat in sacrarium. Et quæ dicuntur de ex-
tima vnctione possunt etiam intelligi de
alijs oleis sacris. Tamen, quia si ista panis
abstersio fiat domi infirmi habet difficulta-
tes, vt patet, & si fiat postquam Curatus ad
Ecclesiam deuenerit, vix erit, vt Curatus ma-
nus contineat a tactu aliquarum rerum, ideo
omnia incommoda superantur, si Curatus do-
mi infirmi digitos abstergat stuppa madesa-
cta, quam postea ad sacrarium deferat, idem
poterit agere post tractationem oleorum ba-
ptismi. In quibusdam locis Curatus digitos la-
uat aqua calida, quæ delata pro baptismo, su-
perest. Sequere Rituale Pauli V.

8.
*De baptis-
mo in par-
te.*

Quæritur. Si puer in partu periclitetur,
quomodo baptizandus? Resp. Si emiserit ma-
num, vel pedem, & nō possit baptizari in capi-
te, baptizandus iu parte apparente. S. Thom.
3. p. quæst. 68. art. 11. Silu. bapt. 4. q. 1. Tolet.
inst. lib. 2. c. 18. Sed aliqui citati a Silu. volunt,
si superuixerit baptizandum cum conditione,
& alij negant.

Si apparet maior pars capitis, vt ab auri-
culis sursum, aliqui tenent nō esse rebaptizan-
dum, quia communiter in baptismo non ab-
luitur vltra dictam partem. At Durand. cita-

tus ab Henriq. cap. 21. num. 4. gl. T. lib. de baptismo, negat baptismum collatum in occipitio esse baptismum tutius est, esse rebaptizandum, quia baptizandus debet esse plene natus quoad caput, secundum communioem sententiam. Inuolutum secundina. Sil. bap. 4. q. 1. dicit baptizandum. Quidquid velit non intelligitur. Clarum est enim, aquam debere tangere baptizatam, quod non est in casu dicto. Sot. loco dicto, art. 7. Rumpatur secundina, & baptizetur.

Si verò puer non sit natus, & mater agonizet, quid agendum? Si nenda est mori, & postea aperienda, & baptizandus. Omnes.

Quares. Num infans existens in utero matris possit baptizari? Resp. S. Tho. 3. p. q. 68. negare, cum sit necesse aquam debere abluere, quod videtur impossibile in casu proposito; & extra necessitatem expectandam totalem pueri egressionem ex utero matris, sed in necessitate sufficere abluere partem apparentem. Suarez tom. 3. quæst. 68. super d. art.

Sed quæsitum fuit, An puer, qui nondum est uterum matris egressus, sed est in egrediendo, & quidem manibus obstetricis tangitur, sed nullatenus videtur, at quia rationabiliter de illius salute timetur, an tunc debeat baptizari, & si est baptizandus quo modo? Resp. cum S. Tho. ibi velit tunc puerum posse baptizari, cum actioni humana possit

An puer non natus baptizetur.

ablui, cum vero hoc possit præstari spongia, bombice, vel panno lineo aqua imbuto, & digitis obstetricis puero approximato, & expresso, & eodem tempore forma sacramenti prolata, quis dicet puerum hunc non ablui tunc ablutione pro baptismo necessaria, & per consequens non baptizari? Imo cum periclitatur credo sub mortali omnino debere baptizari, nisi cum clare constat esse mortuum: sub eadem pœna etiam deberi baptizari, cum est dubium an viuat, tunc tamen adhibenda conditio si viuit ratio est, vt causa istius paruuli in tuto pro posse ponatur. Et nullum sequitur inconueniens omnia saluante conditione apposita. Notandum est tamen, vt vere puer non secundina tangatur: Præterea notandum quæ pars pueri tangatur puta caput, vel brachium, pro reiterando ritè baptismo, cum plene natus fuerit si reiterandum videbitur.

An autem si tunc secundina tangatur possit manibus rumpi, obstetrices valde peritæ negarunt.

Scio multos & graues doctores qui citantur a Comitulo lib. p. resp. moral. q. 13. de bapt. negare hunc baptismum, at stabit S. Tho. ratio, vere tuta, & rationabilis in casu necessitatis, vt proponitur.

Ex hac occasione caue, ne obstetrices baptizent Molas, etiam conditione adiecta, si sunt

*Scola non
baptizan
da.*

sunt baptismo capaces, deceptæ eo quod se-
moueat, quasi sint animatæ, vt vidi in praxi,
quia non licet: Mola enim est quædam inuti-
lis, & informis caro, quæ in mulierum vtero
gestatur. Gal. 14. method. meden. & 14. de vsu
partium. non esse autem animatam nisi ani-
ma vegetatiua, & ideo incapacem baptismo,
docet Arist. 4. de gener. animalium cap. 7. Hi-
poc. 1. de sterilibus, & 1. de superfetatione. Gal.
24. Metho. meden. c. 13. Aeginetas 1. 3. c. 63.
Aetius 1. 16. c. 18. Farnel. 1. 7. d. part. morbis &
de symptomatib. c. 15.

Quæres fortè quid si casu mulier sit in par-
tu, & non possit emitti, timeatq; proli, quem
etiam manu tangat, & non adsit ibi quisquam
a sacerdote, an tunc propter honestatem ipsa
met possit baptizare vt est dictum, an hoc præ-
stabit sacerdos. Resp. casum potius esse ima-
ginarium, quam verisimilem, tamen quod tunc
ipsa hoc non possit, probat Suar. to. 3. q. 68. su-
per a. 11. citâs c. quidquid de confid. 4. Quod
in meo decreto non reperio errore impresso-
rum, credo substituendum, cap. qui in mater-
nis, eod. tit. In practica tamen admitterem
contrarium, & consulerem baptismum ipsi
mulieri propter rationes supradictas.

Nobilis bonæ famæ laborans in extremis
confitetur, ex fornicatione se gravidam, mo-
ritur, & omnes excepto confessario gravidam
esse ignorant.

Quæritur num curatus seu confessorius te-
neatur rem detegere, vt saluetur fœtus per
fectionem matris, vel si taceat, an irregulari-
tatem contrahat, ob non præstitam defensionem
fœtui? Resp. Nau. c. 24. num. 22. nullam
irregularitatem incurrere, quia de iustitia
non tenetur ad defensionem: quod vero nullo
modo rem detegere debeat, est omnium sen-
tentia propter indispensabile secretum sigilli.
Suarez. to. 4. disp. 23. sect. 1.

Quid tunc agendum? Si speratur prouisio,
citra periculum vitæ grauidæ, confessorius nõ
det absolutionem ni grauida rem prius dete-
gat. Si sola fama periclitatur? si remedium spe-
ratur, eodem modo cogenda: Si dubitas an gra-
uida sit dicto acquietura, credo vtilius silere,
& relinquere eam in sua ignorantia, ne fortè
frustra iniiciatur illi laqueus peccati, exponi-
tur enim periculo peccati, si non acquieuerit,
maximè cum est valde dubium matre mor-
tua fœtum non superuivere, vt est dictum n. 9.
PRACTICA. Proponerem rem sub consilio,
si grauida acquiesceret, docerem eam de ob-
ligatione sub mortali, vt est dictum; si secus
tacerem.

9
Quântum
vivas fœ-
tus matre
morta.

Quæritur. Quantum superuiuat fœtus ma-
tris mortuæ dum existit in vtero? Resp. Medi-
cos valde peritos mihi dixisse, superuivere
per horam, plus minusve. Quædam verò ob-
stettrices octogenariæ, & valde peritæ dixerunt,

moriente matre filium non esse superstitem, sed vel mori, vel antea mortuum esse, aut si viuit, hoc esse ad modicum tempus.

Quæritur. An ad Curatum pertineat facere aperire grauidam mortuam, vt extractus fœtus baptizetur? Resp. Teneri eodem vinculo, & non arctiori, quo tenentur omnes subuenire necessitatem extremam patienti. Si tamen viderit domesticos mortuæ deficere, & ni ipse sollicitet infantem probabiliter extrahendum mortuum, tenebitur sub mortali sollicitare, & procurare apertionem matris.

Quid si admoniti domestici mortuæ, etiam grauioribus verbis nolint obedire? Si Curatus habet vim coactiuam, puta quia etiam est Vicarius Episcopi per censuras, & ministros iustitiæ, efficiet id ad quod tenetur, quia tunc ex officio ad hoc tenetur. Si non habet vim coactiuam, recurrat ad Episcopum, si sperat prouisionem Episcopi opportunè profuturâ; Si hoc non sperat recurrat ad brachium seculare, si pariter credit, vel dubitat in tempore profuturum: Si nullum horum sperat, aut potest, acriter admonitos de obligatione, qua tenentur, relinquat illos in sua opinione, adhibitis testibus, vt factum possit probare coram Episcopo, si fuerit opus.

Dato quòd domestici velint mortuam aperire, quonam modo sollicitabit, ni fortè ex sollicitatione faciat verè occidere eam, quæ ca-

su

IO
An Cur.
teneatur
facere ape
rire graui
dam mor
tuam.

Ammon
Ammon

su est in animi deliquio, vt potest euenire?
 Resp. Remittat se ad medicum, & chyrurgū.
 Si isti desunt, vt potest euenire in villa, iubeat
 aperire mortuam, postquam ad iudicium ob-
 stetricum, & peritorum loci iudicatum fuerit
 eam verè esse mortuam. Si nec sit ibi aliquis
 hoc sciens, iubeat semper cum conditione,
 aperite si est mortua. Si astantes dubitent,
 Numquam consulat, imò dissuadeat, quia &
 occidere est peccatum mortale, & mortale
 est, exponere se periculo occidendi. Vidi sta-
 tim a morte, immissam in os mortui partem
 arundinis longitudinis digiti, & dimissam ibi
 ad horam vel circa, vt per eam fetus respira-
 ret, & consulti Medici periti, an effectus possi-
 bilis, mihi affirmarunt.

*Signum
 mortis.*

Sed si vis omnia ista incommoda superare,
 scias ex Galeno, vt a Medicis accepi, multis
 locis, vt cap. 1. in princ. De vtilitate respira-
 tionis. Item de difficultate respirationis, cap.
 8. Et clarissimè lib. 4. de locis affectis, cap. 7.
 Quod carente homine respiratione, & pulsu,
 careat etiam vita; exceptis hystericis, idest
 vteri strangulatione correptis, vulgo dicimus
 Mal di madre; in quibus opus est altiori in-
 dagatione, & refrigeratis præcordijs, cum to-
 to corpore tutò aperiuntur. An verò respiret,
 denotabit lumen exiguum ori mortui admo-
 tum, si flamma non deijciatur.

Item lana carpta, vel bombix, eodem lo-

eo admoti immobiles perseverando .

Item ciathum plenum aqua super os ventris positum, aqua immota permanente . Cum igitur ista adfuerint, citra omne periculum, poterit Curatus facere aperire mortuam.

Quæritur . Si puer moriatur, & dubitatur de baptisino dato domi ab obstetrice, & Curatus non habet tempus studendi, vel consulendi peritum quid aget? Resp. Baptizet cum conditione, si non es baptizatus, quia tuto agit: nam duobus inconuenientibus concurrentibus, accipiendum est, quod habet minus periculi; hic autem cum concurrat periculum rebaptizandi, & periculum, ne infans non baptizatus pereat, & hoc maius sit illo, agendum est, vt dicitur.

Quæritur . An baptizans, & intendens trinam aspersionem, mersionem vel infusionem, si puer moriatur facta vna, aut altera sola, & non reliquis intentis, baptismus sit verus? Resp. Siue est. bapt. 5. quæst. 1. Armil. bapt. 5. 25. dicere non esse verum. Sor. autem dist. 3. artic. 8. ad 3 Henr. lib. 2. c. 7. not. 4. dicunt esse verum dummodo tota forma proferatur: quia aspersione, immerfio, vel infusio trina non sunt de necessitate Sacramenti, & intentio ministri non potest facere, vt sint Sacramento essentialia. Et ista intelligenda siue hoc fiat casu, siue sponte: sicut etiam si post trinam infusionem,

II

Quomodo baptizatur qñ non datur tempus cōsul.

I2

An trina infusio, immerfio, vel aspersione necess.

& abfolutionem, formæ, aqua, quæ in vafò
fupereft fundatur fuper caput baptizari, quia
eft eadem ratio.

13

*Quis pof-
fit, vel nõ
poffit ba-
ptizari.*

Quæritur. Quis poffit, vel non poffit ba-
ptizari? Resp. Monftrum non poffe bapti-
zari.

Dubius, an viuat, baptizetur cum condi-
tione, fi viuit. Practica. Vide prius, an
habeat aliquod fignum vitæ, fi habet bapti-
za liberè, fi non habet, nullatenus baptizes;
fi dubitatur an figna, quæ habet fint vitæ, ba-
ptiza cum conditione, Signa vitæ funt respi-
ratio, & pulfus, feu palpitatio cordis, fic
medici retulerunt ex Galeno locis citatis,
num. 10.

Brutum natum ex patre bruto, & matre
homine, etiam fi appareat homo, non ba-
ptizetur. Henriq. lib. 2. cap. 11. num. 1. & cap.
16. num. 2.

Monftrum quantumuis deforme, etiam fi
ex capite appareat brutum, & ex alia corpo-
ris parte, fi natus ex patre homine, credo
poffe baptizari, faltem cum conditione, quia
originale peccatum, quod baptifmus delet
in paruulis, traducitur ex femine humano De-
ductum etiam ex Henriq. ibi ex conformita-
te rationis. Confirmatur ex Galeno lib. 2.
de naturalibus facultatibus, cap. 6. vbi ha-
bet, femen maris habet facultatem naturæ,
qua formatur, augetur, & nutritur animal,

&c.

&c. Ex quib. deducitur vim generatiuam esse in femine maris, & cum mas sit homo, & ex femine humano traducatur peccatum originale, videtur rectè dici posse, in casu nostro baptizandum, saltem cum conditione.

Monstrum si habet vnicum caput, baptizatur. Silu. bapt. 3. quæst. 10. Si habet duo capita, baptizetur prius absolutè vnum, deinde aliud cum conditione. Silu. ibi, & omnes.

Praxis. Si monstrum habet multum de insolito, si daretur tempus, ego non baptizarem, nisi Episcopo consulto.

Paruuli non possunt baptizari, inuitis eorum parentibus nisi.

14

*Paruuli
quando
baptizan-
di inuitis
parent.*

Primo. Quando paruulus habet alterum parentem fidelem. Sot. dist. 5. art. 10. 5. arg.

Secundo. Quando paruulus infidelis capitur in bello Fidelium contra infideles. Sot. ibi. Azor Instit. 1. p. lib. 8. cap. 25. Parentum verò nomine intellige parentes, & tutores, siue testamentarios, siue legitimos, siue datus, licet Sot. ibi dicat, non fieri tantam iniuriam, si baptizentur existentes in tutela tutorum, quantum si baptizentur, dum sunt in potestate parentum, idem Azor ibi.

Paruuli possunt baptizari in scijs, sed non inuitis, & contradicentibus eorum parentibus.

15

*Quando
in scijs pa-
rentib. ba-
ptiz.*

Primum. Quando iure sunt statim separandi a parentibus.

Secun-

Secundum . Quando iam paruuli moriuntur .

Tertium . Quando distant longè a parentibus etiam si sint empti in bello iniusto ; sed si parentes sunt vicini non sunt baptizandi , nisi prius consultis parentibus Sot. & Azor ibi .

Et baptizare extra hos casus erit mortale , quia fit notabilis iniuria parentibus dictorum paruulorum , nec sufficit bona voluntas , quia est zelus sine scientia .

Amens perpetuus , qui non est in potestate patris , nec matris , potest baptizari . Silu. bap. 4. q. 14.

Si habet lucida interualla , si instet periculum , & constet desiderasse baptismum , baptizandus , aliàs non .

Si est dubium , an desiderauerit nec ne , baptizandus cum conditione , si desiderauit . Idem dicitur de dormientibus . Silu. bap. 4. q. dicta . Dummodo tamen qui baptizatur , cū in amentiam , vel somnum incidit , non habuerit voluntatem permanendi in peccato mortali . Ita Sot. d. 5. ar. 12. in 3. arg.

Si dubium est an puer infidelis habeat vsū rationis , & pater velit baptizari , ipse verò nolit Sot. dist. 5. artic. 10. dub. 2. affirmat baptizandum , idem . Henriq. lib. dicto , cap. 25. num. 3. Suarez verò disput. 25. sect. 3. circa finem , negat id licere , quia Sacramentum
red-

redditur dubium, an validum existat.

Quæritur. An aliquis sit cogendus ad baptismum? Resp. Cogendum paruulum natum ex parentibus fidelibus & non baptizatum eorum incuria, vt dicitur supra num. vel eorum malitia. Sot. d. 5. art. 9. in fi. vide cap. 5. num. 6.

16

An aliquis cogendus ad ba.

Si dubium est. An puer habeat vsum rationis, & velit baptizari. Sot. d. 5. ar. 10. dub. 2. Suar. loc. d. volunt baptizandum, subtractum prius a parentibus. Henriq. verò cap. 29. nu. 3. negat, quòd potior sit conditio possidentis.

Quæritur. An in baptismo requiratur contritio? Resp. In adultis sufficere attritionem, etiam cognitam esse attritionem, ita multi. Ratio est, quia si attritio talis sufficit pro pœnitentia, vt concedunt omnes, & Conc. Trid. sess. 14. cap. 4. multo magis sufficiet pro baptismo, cum pro isto minor dispositio requiratur, quam pro pœnitentia, vt ipsum Conc. sess. 6. cap. 6. docet. Dices ibi baptismo præscribere contritionem tanquam necessariam? Respondet Suarez disp. 28. sect. 2. Non præscribere dispositionem simpliciter necessariam, sed eam, quæ optima est, & tanquam magis certa consulenda.

17

An contra requiritur in bap.

Quæritur. Quomodo se gerat Curatus in rebaptizando cum conditione, in casibus a iure permissis? Resp. Si datur dilatio videatur sum-

18

Quando rebaptizatur cum conditione.

summas, si non datur baptizet.

* Aduertat autem quod rebaptizans citra casus concessos fit irregularis. Communis. An autem eandem irregularitatem incurrat qui temere, & nulla diligentia adhibita rebaptizat conditione tamen apposita, vel mente retenta. Sot. & quidam alij affirmant, citantur a Suarez, ipse vero negat: peccabit tamen mortaliter, quia hoc est magnam iniuriam Sacramento irrogare, Suar. to. 3. q. 71. disp. 31. sect. 6.

Primo. Quando est dubium probabile in materia, ut est dictum num. 3.

Secundo. Quando est dubium in forma, ut si baptizando dicatur.

In virtute Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Sot. d. 3. art. 5. in fi. 6. arg. Henriq. l. 2. cap. 10.

In nomine Genitoris, Geniti, & ab utroque spirati, vel procedentis, probabilius iudicat non esse baptismum. Sot. dist. & a dicto, in 7. arg. Henriq. lib. d. cap. 9. num. vlt. & refellit Caiet. qui tenet contrarium.

Item si dicatur cum nomine (quod videbis vsitatum inter idiotas) vel per nomen Patris, & Filij, & Spiritus sancti, quia non est idem sensus dicere: Cum nomine, & dicere. In nomine. Quia cum mutatio formæ fit per nomina, seu voces non synonimas, id est idem significantes, formam non valere do-

cent omnes, & quis dicet synonymum IN-
 PER, vel CVM. Ideo tutè cum conditione,
 rebaptizandum. licet Comitol. resp. moral.
 l.p. quæst. 10. conetur probare, baptismum
 datum sub hac forma, (Io ti battezzo col Pa-
 tre, col Figliuolo, & con lo Spirito santo,)
 esse verum baptismum, eo quod sufficienter
 inuocetur proprijs nominibus Sanctissima
 Trinitas. Sed S. Tho. 3.p. quæst. 66.a. 5. ad
 6. vltra prædicta, requirit vt necessariam
 expreffionem vnitatis naturæ diuinæ quæ ex-
 plicatur per ly NOMINE, cum dicitur, in no-
 mine Patris &c. Sic Suarez tom. 3. quæst. 66.
 a. 6. disp. 21. sect. 3.

Dicto secundo nam & IN esse de essentia
 probat Sil. bap. p. quæst. 11. not. 4. Loca vero
 quæ ex SS. Hier. & Ciril. citat Comitol. pos-
 sunt intelligi, non de forma necessaria, sed
 vt denotantia baptismum dari sub inuocatio-
 ne trium personarum, dummodo essentia, &
 vnitas significetur. Ideo stante varietate o-
 pinionum doctorum, videtur dicendum, ta-
 lem baptismum, ad minimum vt dubium, rei-
 terandum cum conditione.

Alius error potest fieri in prolatione for-
 mæ. Pro quo nota cum Silu. bap. 1. quæst. 7.
 Quòd corruptio verborum plus mutat in
 principio, quam in fine: ideo etiam si non ma-
 neat sensus secundum gramaticam, sed eua-
 dat in alium sensum, siue grammaticalem,

siue non, sed illa mala prolatio sic solet fieri ab eo, qui profert, dum intendit proferre formam, valet talis forma, puta dicendo: In nomine patris, vel Patre, & similia. Et hic error est germanus idiotis & vetulis.

Quale dubium in forma.

Alius error potest esse in additione forme, de quo vide Silu. bapt. 1. quaest. 6. & Sot. art. d.

Igitur, quodcumq; dubium est probabile vel ex iudicio sapientum, vel est de hoc verisimilis coniectura dubitandi an baptismus sit validus, tunc rebaptizandum est cum conditione, si non es baptizatus, quæ sufficit absque additione, & si non es baptizatus. non baptizo te, quia est superflua. Angel. sacram. quaest. 12. Sotus autem d. 1. art. 9. 4. arg. vult tunc dubium esse legitimum, cum facta diligenti præscrutatione, veritas non valeat definiri, Hæc dubitatio erit valida, si fuerit a scriptis auctorum non reprobatorum. Item si fuerit per propriam prudentis rationem benè discussam. Vide cap. 15. de opinionis electione.

Sed nota benè. Ponas te semper in tuto, ne baptizandus patiat: quia licet, quæ aguntur secundum opinionem benè discussam rectè agantur quoad fugiendum peccatum, non tamen certum est effectum ex opinionis electione manātem ratum haberi apud Deū. Leonardus Lessius de iust. lib. 3. cap. 1. dub. 4. num.

num. 43. ex simili, tunc enim ratum habetur, cum opinio est vera.

Tertio. Rebaptizatur cum conditione, quando defuit intentio necessaria in conferente, vel suscipiente baptismum, & non est clarum de defectu illo, sed cadit sub dubio probabili.

Quarto. Rebaptizatur cum conditione, quando baptizandus non erat plenè natus, ut est dictum nu. 8.

Quinto. Rebaptizatur cum conditione, quando verè constaret aquam tetigisse solos capillos, non carnem, ut est dictum, numero sexto.

Sexto. Rebaptizatur cum conditione parvulus expositus ad Ianuam Hospitalis, vel inuentus in nemore, quando natus est de recenti, & inuentus sine scriptura. Tol. Inst. lib. 2. c. 21. num. 3. & Sot. d. 3. art. 9. in 4. arg. iudicat non rebaptizandos istos sic inuentos, si appareant habere mensem, vel viginti dies, nisi ex colore esset vehemens suspicio natus ex infideli, puta mauro. Illos verò, qui inter infideles nati sunt ex parentibus fidelibus, & postea redemptis, aut mortuis parentibus sunt superstites, cum postea ad nos veniunt, nisi manifestis indicijs, constet esse baptizatos, baptizandi sunt, nam præsumptio est non fuisse baptizatos.

Septimo. Rebaptizatur, si forma inter-

rumpatur tanto tempore, quod verò dicatur discontinuata, nam interrumpere vno, aut altero verbo, non est interrumpere, sicut nec tuffiundo nec dicendo taceas, aut aliud simile. Silu. bapt. 1. q. 8.

Ad hæc reducitur, si forma non proferatur cum collatione materiæ, nam quidam dicunt ambo simul esse coniungenda, hoc est proferre formam, & applicare materiam. Silu. bapt. 5. q. 2. Caiet. citatus a Sot. d. 3. art. 8. in 3. arg. aiunt saltem esse necesse, vt durante forma applicetur materia. Sot. verò ibi ait, sufficere paulò ante, vel paulò post ablutionem proferatur forma, vel è còtrario, sicuti vnica actio est eius, qui dicit bibo, & postea bibit. tene cù Sil. quia concordat Rituale Pauli V.

19

Quomodo Cur. aget, vt euadat peric. rebap.

Quæritur. Quomodo Curatus aget, vt euadat periculum rebaptizandi? Resp. Quærat ab offerētibus puerum antequam aliud agat, An puer sit nec ne baptizatus? si affirmet, curet omnino audire ab eo, vel ab ea, qui baptizauit maximè si sit fœmina, & eo magis si agatur cum rusticis, & idiotis, qua materia, forma, intentione vsi fuerint, & ex auditis agat, quæ conueniunt. Benè ad hoc aduertat, quia mihi aliquoties contigit responsum fuisse ab illis, qui puerum attulerunt ad Ecclesiam, puerum benè fuisse domi baptizatum, & cum diligentius rem inuestigarè ab illis, qui baptizauerāt, inueni errorè in materia, vel forma.

Præ-

Præterea aduertat, si respondentes videat titubantes, vel male respondentes, non increpet, ne exasperati præ verecundia affirment falsum. Hoc vidi. Ideo veritatem benignè eliciat, deinde, si iudicauerit expedire, acriter reprehendat. Ad hæc, post cognitam veritatem, quærat de Patrinis, qui sint, & a quo designati, iuxta dicenda infra num. 27. & sequen.

Quæritur. Quis bonus modus baptizandi in necessitate? Resp. Hic, non nominata persona dicere. Creatura Dei: ego te baptizo, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen. Sed aduerte, aquam, qua vsus es, facias, te præsentem, deijcere in locum mundum; ne, si asseruetur, sit vsui ad aliquam superstitionem; vel cures ferri ad sacrarium, propter reuerentiam Sacramenti. Hæc tamen non sunt absolutè necessaria.

20
*Modus
bapt. deo
min ne
cess.*

Quæritur. An Curatus benè agat si curet se vocari ad omnes periclitantes? Resp. Non esse necesse, sed benè agere, tunc tamen, quando infans est plenè natus quia sic ponet in tuto paruulorum illorum causam, qui sæpè male baptizantur ab obstetricibus.

21
*An Cur.
baptiz.
omnes
periclitã.*

Dum verò adhuc infans est in vtero matris propter honestatem, obstetricibus, & domesticis parturientis prouinciam sinat. Catechif. Rom. de bapt.

Si adsit Episcopus, & Curatus? Curatus baptizet,

ptizet, quia id onus est illi proprium. *Sot. d. 4. art. 2. concl. 4.* De alia præcedentia, præferendo semper digniorem, vt annuit *Catechismus* ibi, dicendum, non esse rem necessariam.

22

An in necessitate baptiz. domi obseruet sollemnitates.

Quæritur. An baptizans domi in necessitate, debeat baptizare cum omnibus solemnitatibus baptismi, vt fit in Ecclesia? *Resp. Negatiuè, sufficit vtatur materia apta, & forma necessaria.*

23

Quando sollemn. suppl.

Quæritur. An solemnitates baptismi omisæ in baptismo in necessitate dato sint supplendæ, cessante necessitate, & sub quali peccato? *Resp. Tol. Inst. supplendas, lib. 2. c. 23. num. 1.* At non addit sub quali peccato. Credo sub veniali, cum non sint necessariae citra contemptum tamen, quia cum illo esset mortale.

Exorcismi bap. omissi supplende.

Quæres fortè sintne etiam exorcismi adhibendi, cum iam per baptismum dæmon fuerit expulsus? *Comitol. resp. mor. l. 1. q. 12. negat per causam dictam, sufficere vero agere omnia alia, quæ non faciunt ad dæmonium eiciendum.* Pulcræ est ratio: sed sacerdotale Romanum de bap. c. 5. docet exorcismos, & catechismum, & alia supplenda. Idem habent alia ritualia. Post horum scriptionem prodijt *Rituale Pauli V.* cui concordant superiora, contra *Comitol.*

24

An pannus, & candela bap. possit seruius re alij. bap. uiz.

Quæritur An pannus, qui traditur in baptismo sub illis verbis: *Accipe vestem candidam, & c. item candela quæ datur, possint pluries*

Caput Sextum. I 51

ries seruire diuersis baptizandis? Resp. Silu. bapt. 5. q. 4. affirmare de panno. Sed eadem ratio est de cādela. Idem est de fascia quæ seruit puero in confirmatione, cap. si quis voluerit. dist. 4. de consecratione.

Quæritur. An Curatus baptizandis imponat nomina gentilium? Resp. Obseruet Constitutiones sui Episcopi. Certè in multis Episcopatibus rationabiliter prohibetur. Si nulla adsit prohibitio, hortetur Curatus ad imponenda nomina Sanctorum, vt baptizandus illorum patrocinio adiuuetur.

Si parentes abnuant? Baptizet, quia impositio nominis non datur a Sacerdote sed a parentibus, ideo in antiquis ritualibus baptismi in principio ceremoniarum baptismi, erat ista interrogatio: Quo nomine vocaris? inueniens a parentibus, non a me. Et si parentes velint imponi plura nomina, Curatus non curet, sed baptizet, quia nihil refert.

Quæritur. An patrinus sit necessarius in baptismo? Resp. Sot. d. 4. ar. vlt. concl. 1. affirmare. Intellige tamen non de necessitate sacramenti, sed de necessitate præcepti Ecclesiastici, & ex communi consuetudine.

Sed an omittens peccet mortaliter? Credo distinguendum. Cum baptizatur habens parentes, vel curatores Christianos instruere volentes baptizatum, non credo peccare mortaliter non adhibendo patrilinos, quia ideo

25

An imponant nomina gentilia

An plura nomina eidem baptiz. imponenda.

26

An patrinus necessarius in bap.

sunt instituti patrini, & ubi cessat ratio legis, cessat etiam illius prohibitio: Si vero baptizatus indigeret instructione, & esset verisimile, alias eam non habiturum, credo mortale, propter magnum damnum baptizati. In baptismo verò priuato. Suarez to. 3. q. 67. ar. 7. vult nullum esse peccatum.

27

*Patrinus
quis possit
esse.*

Quæritur. Quis potest esse patrinus? Resp.

Omnis baptizatus. Excipitur.

Primo. Hæreticus, sed si teneat, contrahit affinitatem. Sot. d. 4. art. vltim. in fine primi argum.

Secundo. Abbas, & Regularis. Sil. bap. 5. q. 5. & Sot. art. dicto, ad 2. arg. dubitat esse mortale si teneant, Rituale Pauli Quinti eos arcet.

Tertio. Qui publicam pœnitentiam egit. Henriq. lib. 2. c. 14. Sed supradicti volunt contrahere affinitatem, si teneant.

Quarto. Vniuersitas, seu Respublica, & hos non contrahere affinitatem, sed qui eorum nomine tenet. Sil. matr. 8. q. 7. not. 16. Sot. dist. 42. q. 1. art. 2. propè fin. At Rebeilus de oblig. in additione 4. lib. nu. 90. Ex Decreto Congregationis Conc. Trid. tenet ipsos mandantes contrahere.

Quinto. Nec Pater, aut Mater baptizati. Omnes. In extrema tamen necessitate, possent esse patrini. Sot. dist. 4. art. vlt. 2. arg. At placet distinctio Suarez 3. tomo, quæst. 67.

art. 7.

art. 7. In baptismo solemnī, qui est qui confer-
tur in Ecclesia per Sacerdotem, esse necessa-
rium patrinum, & tunc vix possibilis est casus
non adesse, qui teneat puerum præter patrem.
In baptismo verò collato in necessitate patri-
num non esse necessarium, & ita non videtur
possibilis ista Soti necessitas.

* Quæres quid agendum, si illi, quorum no-
mine tenetur ad baptismum, sint Hæretici, pu-
tà quis tenet nomine alicuius Hæretici, tunc
quid aget Curatus, cum si tenuerit, videatur
participare in diuinis, quod canone prohiben-
tur. Resp. Si iste Hæreticus est publice denun-
ciatus, non est pro posse cum illo participan-
dum, si autem baptizauerit, non communica-
bit: nec peccabit; quia vi muneris sui iste Cu-
ratus (vt præsuppono) tenetur baptizare: &
participatio, quæ est in damnum animæ vel
corporis alterius, non comprehenditur, vt
prohibita a canone. Si enim talis Curatus nol-
let baptizare, posset vergi in damnum animæ
baptizandi. Si vero iste Hæreticus nõ est denun-
ciatus, nec peccabit baptizans: quia Conc.
Const. communiter receptum, non prohibet
aliam participationem, quàm publici denun-
tiati, & excom. per publicam clerici percussio-
nem. Suarez de censuris disp. 17. sect. secunda,
numero primo, vide etiam cap. duodecimo,
num. 69.

Solent alicubi parentes baptizati transmie-
tere

28
*An possit
teneri ad
bapt. no-
mine hæ-
retici.*

tere conpatri, vel comatri absenti partem aquæ, qua baptizatum est, vt hi absentes eam tangant, tamquam contactu compaternitas contrahatur. Sed ineptia est.

29

*Patrini
ætas.*

Quæritur. Quæ ætas requiratur in patrino? Resp. Cum per compaternitatem, quis contrahat obligationem, credo obligandum debere esse in ætate, in qua, per intellectum sciat quid agat; Ideo debere plenum vsum rationis habere, quod cum communiter eueniat, cum puer communicat rectè poterit dici, debere tenentem habere circa duodecimum annum, nam tunc admittitur ad communionem vniuersaliter. Nau. to. 2. conf. lib. 4. conf. 2. & 3. de cognat. spirituali. Similem vsum rationis requirit Rebel. de obligationib. in teste pro matrimonio; vide c. 10. nu. 23. si fieri potest, sit chrismate pruntus. Rituale Pauli Quinti.

30

*An patrinus
sciat rudimenta
Fidei.*

Quæritur. An patrinus teneatur scire rudimenta Fidei? Resp. Vbi baptizando incumbit necessitas sciendi necessaria, & non habet alium, qui doceat, tenetur scire, aliàs non, vt communiter inter Christianos euenit, vbi parentes docent ista filios. Sot. dist. 4. art. vlt. ad primum arg.

31

*An peccatum
admittere
prohibitum.*

Quæritur. An Curatus peccet admittendo aliquos ex dictis, num. 27. Resp. in primo casu peccare mortaliter, si hæreticus fuerit denuntiatus. Omnes. In. 4. nullum peccatum, quia

ita

ita fit sciente, & tolerante Papa. In reliquis non credo esse vltra veniale ratione leuitatis materiae.

Si verò non baptizatus teneret. Henriq. de confirm. lib. 3. cap. 3. num. 3. gloss. N. tenet esse mortale, quia fit contra præceptum Ecclesiae.

An non baptizatus tenens peccet.

Quæritur. An Curatus peccet, si illi noluerint desistere a tenendo, etiam postquam fuerint admoniti, & ille nihilominus baptizet? Resp. Et credo peccare mortaliter, quoties etiam tenentes mortaliter peccent. Excusabitur verò a mortali, si non possit prohibere sine probabili suo periculo, quia Ecclesia non obligat ad sui obedientiam, cum tanto periculo.

32
Curat. excusatus ad prohibitum.

Quæritur. Quot patrini possint esse in singulo baptismo? Resp. Duo ad summum, mas vnus, alter fœmina. Concil. Trid. sess. 24. cap. 2. de reform. Rituale Pauli V. negat de duobus viris, vel duabus mulieribus.

33
Patrini quot in baptismo.

Debent autem isti patrini designari per Conc. ibi. Rectè verò designantur a parentibus, aut baptizandorum curam gerentibus. An etiam possint designari a Curato. Non credo contra placitum parentum, vel puerum baptismo offerentium, in defectum parentum, quia videtur prouisum a Concil. satisfactioni eorum.

Si nulli designentur, & plures tangant contrahit

trahit dictam compaternitatem, qui primo tetigerit, siue plures, siue nullus sit electus. *Rebell. ibi num. 95.* Quod si aliqui vltra designatos tangant, non contrahunt hanc affinitatem. *Concil. loco dicto.*

An Curatus peccet si secus factum fuerit sua culpa, vel negligentia?

Resp. Peccare, cum *Concil. ibi* habeat, Parochus diligenter seiscitetur, antequam ad baptismum conferendum accedat, quos elegerint, & si secus factum fuerit arbitrio Ordinarij, puniatur. Non tamen credo peccare mortaliter, nisi quando ex ista non electione baptizatus patiat, vt est dictum *num. 26.* Debent autem hi patrini habere conditiones assignatas a rituali *Pauli V. de bap. de patrinis* vide supra *num. 27.*

Quæritur. An tenens domi puerum in necessitate baptizatum fiat compater? *Rot. Sor. dist. 4. art. vlt. in fine, & Nau. cap. 22. num. 40.* affirmare. *Suarez* verò *tom. 3. quæst. 67. art. 7.* distinguit, si quis teneat voluntariè, vt exercens quendam actum Ecclesiasticum, habet probabile contrahere affinitatem: Si verò teneat solo animo adiuuandi, non concurrendi, vt ad actum Ecclesiasticum, vult non contrahere compaternitatem. Videtur valde probabilis sententia. Porro si volueris tenere opinionem *Soti*, vide cum puer in necessitate baptizatur, qui propriè exerceat a-

ctum

34
Tenens domi in necessitate an fiat compater.

etum compaternitatis, vt statim dicetur, & illum nota in libro baptismi.

Quæritur. Quo actu quis efficiatur compater? Resp. Sot. dist. 42. quæst. 1. a. 2. pro. 2. conc. col. ante finem. Sil. bap. 8. quæst. 7. not. 1. 3. vocantentionem se tenere, declarantes esse, dum puer baptizatur, vel tenendo, vel de fonte leuando; non tamen volunt necesse esse carnem tangere. Suarez. etiam loco dicto vocat tenere. Sed addit proprium illius actus esse, suscipere baptizatum de manu baptizantis. Idem tenet Sot. in substantia. Et ideo fit compater, qui suscepit puerum de manibus baptizantis, cum illum de fonte exemit. Sic qui suscipit de manibus obstetricis puerum in catino, vel pelui baptizatum. Imo si adultus baptizetur, sufficit ei assistere quasi in propriam curam suscipiens. Sot. ibi. Notandum tamen cum Suarez ibi, quod videtur valdè probabile, si quis suscipiat de manu baptizantis in baptismo priuato, vt est dictum numero superiori, non intelligens fieri compater, sed solum adiuuare, non contrahere compaternitatem, & tunc neque erit necesse notare illum in libro, secus vero, si vere voluerit actu illo fieri patrinus.

An vero compaternitatem contrahat, qui in baptismo solemnè, etiam sine voluntate euadendi patrinus teneat? dictum est supra contrahere, num. 33.

35
Quo actu
quis fiat
compater.

Quæ.

36

*An con-
paterni-
tas con-
trahatur
ad Sacra-
mentalia.*

Quæritur. An qui teneat puerum domi baptizatum, dum in Ecclesia Sacramentalia perficiuntur, contrahat affinitatem? Resp. Sot. loco dicto affirmare non contrahere, etiam si ista fiant in Ecclesia, siue baptizetur puer de industria, siue per errorem. Nauar. tamen capit. 22. num. 40. ait contrahi aliam cognationem impediendam, sed non dirimentem.

Cognatio autem, quæ contrahitur per baptismum restringitur per Conc. Trid. sess. 24. cap. 2. de refor. mat. ad hos vt sit inter patrum, vel patrum, & baptizatum, inter patrum, ac patrem, & matrem baptizati, inter baptizantem, & baptizatum: inter baptizantem, ac patrem, & matrem baptizati: ideò non contrahitur inter ipsos patrum, nec inter patrum, & baptizantem: multò minus contrahitur inter maritum, vel vxorem patrum, & baptizatum. Adest etiã de hac cognatione Bulla Pij Quinti, quæ incipit: Cum illius vicem, quæ habetur ad fin. Concilij Trid.

37

*An patri-
nus respõ-
deat.*

Quæritur. An pater teneatur respondere in baptismo? Resp. Silu. matr. 8. quæst. 7. not. 13. Sot. dist. 4. art. vlt. dicere esse bonum si respondeat, sed non necessarium. Et si pater respondeat in vulgari interrogatione facta per Curatum in latino, non refert.

Quæritur. An vnus, & idem homo possit esse

esse patrinus plurium filiorum eiusdem viri?
 Resp. Posse, quia, & idem Curatus, qui con-
 trahit similem compaternitatem, rectè bap-
 tizat plures filios eiusdem viri. Sed in ne-
 cessitate potest patrinus baptismi effici patri-
 nus etiam in confirmatione de cons. d. 4. cap.
 In catechismo.

38

*An idem
 homo pos-
 sit esse pa-
 trinus plu-
 rium filio-
 rum eius-
 dem viri.*

Quæritur. An idem vir diuersorum homi-
 num filios eadem die possit de fonte leuare?
 Resp. Posse, quia nullibi prohibitum. In
 confirmatione ab aliquibus Episcopis prohi-
 beri solet: fortè; ne contrahantur tot com-
 paternitates, & tenens obligetur multiplica-
 tis impedimentis.

39

*An eodē
 die possit
 sæpè con-
 trahi com-
 paterni-
 tas.*

Quæritur. An qui aliàs est affinis puta
 consanguineus, vel cognatus, possit leuare
 puerum cognati, & affinis? Resp. Posse, quia
 & Curatus potest baptizare filios fratris, &
 nullibi aliter sancitum est, excepto tamen so-
 lo patre, & matre, vt est dictum nu. 27.

40

*An cogna-
 tus possit
 esse compa-
 ter cognā-
 ti.*

Quæritur. An baptismus paruuli sit vali-
 dus, si patrinus qui pro eo respondet, verè
 decipiat, & non habeat intentionem rectam
 respondendi, sed ex hoc velit baptismum par-
 uuli euadere nullum per talem intentionem?
 Resp. S. Tho. 3. p. quæst. 64. art. 8. ad 2. Sot.
 dist. 5. art. 10. dub. 1. Azor 1. par. lib. 8. cap. 25.
 quæst. 8. Et omnes dicere requiri intentionem
 ministri, & eam sufficere.

41

*An inten-
 tio patrinī
 necessa-
 ria.*

Quæritur. An quando plures sint bap-
 tizandi

42
An exorcismi possint fieri in plural.

zandi possint fieri exorcismi in numero plurali, pro omnibus vnica actione, deinde singulos singillatim baptizare? Resp. Possent, quia non est de necessitate, vt disiunctim fiant.

43
An exorcismi possint fieri disiunctim a baptismo.

Quæritur. An exorcismi possint fieri disiunctim a baptismo, puta per dies; aut horas antè, deinde conferre baptismum? Resp. Sine causa non posse, quia sic præscribuntur ab Ecclesia; cum causa vero credo posse, quia nullibi constat debere de necessitate continuare cum baptismo: & si semel facti, & interrupti fuerint, non erit peccatum eos repetere, intellige cum causa. Et possunt exorcismi fieri ab vno, & baptismus conferri ab alio, quia nihil fit contra essentiam Sacramenti; qui tamen hoc ageret absque causa, credo peccaret saltem venialiter.

44
Liber baptismi.

Quæritur. An Curatus habeat librum baptismi? Resp. Habeat, quia ita Conc. Trid. sess. 24. cap. 2. de reform. matrim. In quo describat nomen baptizati, nomina patris, & matris eiusdem, nomina compatrum, & nomen suum. Ego ita noto, si placet modus, eo utere.

Die N. Mensis N. Anno N.

Paulus filius Petri de N. & Bertæ de N. eius vxoris, baptizatus est a me N. compatre, & comatre N.

Et si baptizatus domi, post verbum, baptizatus, addo nomen baptizantis, & reliqua

Sacramentalia, perfecta sunt a me N. & si volueris tenere cum Soto, vt est dictum, num. 34. addes leuante N. Si verò placuerit sententia Suarez ibi relata, non oportebit addere nomen dicti leuantis. Obserua Ritua-
le Pauli V.

Quæritur. An Curatus peccet, & quomodo si non descripserit, vt est dictum? Resp. Et credo mortaliter peccare, quia vergit in magnum populi præiudicium. Præterea, Constitutiones tui Episcopi videas, & scias ex Concilio ibi, si Parochi culpa, & negligentia secus factum fuerit, arbitrio Ordinarij puniendum parochum.

45
Quale
peccatum
non scri-
bere bap-
tizat.

Quæritur. Quid aget Curatus cum ob-
stetricibus? Respond. Videat an bene ba-
ptizare sciant, hoc est an sciant, quæ ma-
teria apta, & quæ forma, quam expedit,
vulgari idiomate proferant, quæ intentio,
quæ coniunctio materiæ ad formam, quan-
do baptizandum, idest, apparente manu,
vel pede, vel cum dubitatur, an infans vi-
uat, in quo reperies deficientes. Et nescien-
tes ista prohibeat quoad perfectè didice-
rint, & si noluerint obedire, admoneat
Episcopum, qui necessario remedio præsto
erit.

46
Quid a-
gendum
cum obst-
etricib.

* Obligari autem ad sciendum ista, te-
net: Nauar. cap. 22. numero sexto, quod
Suarez, vt enim sequenti solum concedit,

L. quando

quando obstetrice ista ignorante, non sit futurus alius praesens, qui ea sciat, & possit infantem rebaptizare.

47
Obstetri-
ces imperi-
tae probi-
beantur.

Eodem modo prohibeat obstetrices, si sciuerit, vel dubitauerit esse artis imperitas, quoad didicerint, quia per illarum imperitiam fieri potest, ut infantes periclitentur, & sine baptismo moriantur. Et communiter Episcopi in Visitatione utrumque curant. Porro prohibitio sit verbis lenis admonitio, & si non acquieuerint dicto, Curatus rem ad Episcopum deferat, & iussa exequatur. Et deficiendo credo peccet mortaliter, quia in re graui peccat, & ad ipsum spectat cura animarum commissarum.

48
De tenen-
dis infan-
tib. in le-
cto.

* Quaritur, quid de isto casu. In quibusdam locis, Curati post Baptismum praecipunt, ne per annum infans de noctu teneatur in lecto, ne dormiendo a tenente suffocetur: & hoc sub excommunicatione. Hinc quaritur. An hoc excommunicatio afficiat? Resp. Silu. Excommun. p. notab. secundo, cum Hostien. tenere Curatum in notorijs, quae non indigent inquisitione vlla posse excommunicare. Suarez vero tomo quinto, disput. 17. sect. prima, numero tertio, negat hoc generaliter: concedit tamen posse, si Curatus habeat tale priuilegium, vel ei competat ex consuetudine, iuxta quae talis excommun. afficiet, vel non afficiet. At vbi nec

nec priuilegio, nec consuetudine gaudeat Curatus, malè agit sub tali modo ista prohibere. Sufficeret notificare de periculo, & monere ad occurrendum ei prudenti remedio. Sed & quædam loca instru-

mento ligneo vtuntur, in quo collocato puero, tutò

potest poni in

lecto. Por-

rò

¶ in Episcopatu alia

fuert prou-

sio, eam

obser-

ua.



D E
P O E N I T E N T I A ,
E T P R I M O
 S A N O R V M .

C A P V T S E P T I M V M .

MULTI casus difficiles dantur in pœnitentia sanorum, qui tamen, vt plurimum, dilationem cum patiantur, poterunt consultis Doctoribus definiri.

¹¹
Vbi, & quomodo audiendæ confess.
 Quæritur. Vbi, & quomodo Curatus audiatur confessiones? Resp. Locum esse Ecclesiã pro fanis, & confessionale, & extra illud audire fœminas non est decens: Si tamen necessitas urgeat, puta quia sunt surdæ, non aspi-ciendæ, & standum in maiori distantia possibili, salua confessione, idest dummodo benè audiantur.

Modus verò est ordinarius loci, vbi degis. In quibusdam locis audiuntur cum superpelliceo, & stola. Tu consuetudinem loci observa. Certè rationabile non iudico confessiones audire in Ecclesia sine veste talari ad minus,

mus, etiam si ibi non obseruetur. Præterea potest contingere aliquem magnum peccatorem accedere pro confessione tempore, & loco non opportuno, tu amplectere, & audi, etiam si fueris in itinere, vel vbilibet, quia vbiicumque fueris eris in loco dominationis Dei, & apto pro peccatoris salute procuranda. Si tamen is fuerit subditus tue parochiæ. Si placet consilium, occasiones iuuandi peccatorem, & diligenter quæras & oblatas auidè excipias, & pro posse nõ finas causas ire, sed & cum honore Dei, & proximi beneuolentia exequere. Numquam tamen ad Altare reconcilies per causam, cap. 8. num. 1.

Quæritur. An Curatus teneatur audire confessiones suorum, toties quoties hoc expetuerint. Vide cap. 5. nu. 7. Quos verò repellat a confessione, vide cap. 5. num. 12.

2
An Cur.
audiat.
conf. suo-
rum toties
quoties pe-
tuerit.

Quæritur. An Curatus repellat accedentem ad confessionem cum vanitatibus in ornatu? Respondeo, & distingo. Si ornatus est secundum morem patriæ, licet magnam vanitatem sapiat, non repellat, quia talis ornatus de se non est mortalis, ideo non necessario repellendus. Silu. ornatus, q. 7.

3
Quo se ge-
rat cum
eo, qui ac-
cedit cum
vanitat.

Si verò ornatus est præter communem morem patriæ, & lasciuia, vel peccati signum, puta, portare in brachio capillos mulieris in textos, aut similia repellat, quia talis est in sta

tu complacentiæ mortalis: Si sunt mera signa vanitatis, vt cômunitè est in cincinnis, chiufis, & similibus, potest, si velit, non repellere, quia non sunt plusquam vanitates, & suo genere veniales: Si tamen inter confitendum, accusent se in istis esse complacentiam mortalem, puta portare cincinnum in memoriam vindictæ, aut aliud simile, non sunt absoluedi, quia sunt in voluntate mortali. Quare si viderit ligulas in thorace extra locum necessarium alia signa in pileo, vngues lungas, & similia, inquirat de singulis, quam ob causam ferantur, & iuxta dicta det, vel neget absolutio- nem.

Praxis. Omnes admittat, sed non absoluat habentem dicta cum mortali, nisi saltem proponat ea dimittere, & si alias iisdem promissis non stetit dictis, non absoluat, nisi prius dimissis. Alios verò ea habentes ex vanitate mera exhortetur ad ea deponenda, quos tamen absoluet etiam si nolint deponere. Et casu, quo deponat ea in manibus Curati, retineat ille signa sola, ornamenta verò, quæ solent habere, vt aurum, gemmas, & similia reddat, ne videatur in Sacramento mercaturam exercere. Et si omnis illa vanitas est in auro, & in gemmis obtineat a pœnitente illius fractionem, aut saltem figuræ destructionem, & sic immutata reddat. Et si ille nolit destrui, si verè promittat se depositurum, reddat, & ab-
sol-

soluat. Si verò pœnitens accedat cum armis, hortetur ea deponere, dum confessionem absoluit, obdecentiam, & honorem Sacramenti, si nolit, nihilominus audiat.

Quæritur. An Curatus possit audire confessiones omnium, qui sunt de eodem Episcopatu? Resp. Si non habet aliam auctoritatem, quam eam, quam consequitur cum Cura, non potest absolvere, nisi omnes homines suæ Curæ, quia quæ Silu. Archipresb. q. 4. & Armil. Archipresb. §. vlt. docent de Archipresbytero rurali, intelligenda sunt etiam de omni Cūrato Ciuitatis. Archipresbyter verò Ciuitatis, potest omnes de Ciuitate audire. Nomine verò Archipresbyteri Ciuitatis, intelligo solum Archipresbyterum Cathedralis, quia alij Archipresbyteri Ciuitatis non habent istam facultatem.

⁴
An Cur.
omnes de
Episcopa-
tu audias

Dices si Episcopus facit facultatem audiēdi confessiones simplici sacerdoti, intelligitur absque limitatione facta pro toto Episcopatu, vt notat Henriq. de pœnit. lib. cap. 6. nu. 3. quare ergo maior erit ista, ea quam Curatus accipit cum Cura? Resp. Quia Curati est ordinaria, & talis conceditur ei a iure, facultas verò, quæ conceditur simplici sacerdoti est delegata, quæ potest esse tanta, quantam velit dare ille, qui delegat. Verum est tamen, quod si qui Curatam adipiscitur, antea auctoritatē delegatam habuerit, accedente cura habebit

ordinariam, & delegatam quoad fuerit reuocata.

5
An Cur.
absoluat
pœnit. alt.
Episcopa-
tus vicini.

Quæritur. An Curatus vnus Episcopatus possit absoluere homines alterius Episcopatus, & alterius curæ vicinæ? Resp. Azor. 1. par. lib. 5. c. 19. versu, Nulla consuetudo. Possè, si id fiat ex consuetudine scita, & approbata ab Episcopis, & Parochis, Immo secundum Candelabr. Aureum, de confessione, num. 19. & num. 21.

Poterit Curatus absoluere omnes, vnde cumq; venientes, quando habuerint facultatē eligendi confessarium approbatum, quia tūc, & Curatus ipse potest eligi. Poterit etiam Curatus absoluere Clericum, licet non subditum, sed eiusdem Episcopatus, & hoc ex consuetudine. Silu. confessor. 1. q. 15. Sot. d. 18. q. 4. art. 2. col. 8. Henriq. de pœnit. lib. 3. c. 8. n. 2. & clarissimè Conc. Trid. sess. 23. c. 15. de refor. Candelabr. de Confess. nu. 22.

* Et Curati in confinio duorum Episcopatum poterunt se inuicem iuuare in administratione Sacramentorum, scientibus, & tacentibus Episcopis aliās non. Suar. to. 4. disp. 28. sect. 4. num. 19.

6
An Cur.
sine pec-
cato intro-
ducatam
consuet.

Quæritur. An Curatus sine peccato, possit introducere talem consuetudinem absoluendi homines alterius Episcopatus? Resp. Et credo posse, cum introducere consuetudinem nihil aliud sit, quam facere rem tali modo, &

tacita

racita licētia Principis, potest enim Princeps si velit tollere, & interrumpere consuetudinem, & in casu nostro nihil aliud est, quā audire non subditum sub spe ratihibitionis prudentis, & legitimæ, quæ est vt dicitur infra num. 10.

* Porrò nota cum Suar. tom. 4. disp. 27. sect. 3. num. 3. & 4. sola consuetudine non posse præscribi ius: sed debere accedere consensum prælati: alioquin confessiones, quæ fierent ante tale consensum essent nullæ: cum iurisdictione in tali foro sit iuris diuini, & contra tale ius consuetudo non possit induci & per consequens tales confessiones carerent sua iurisdictione.

Quæritur. Quid si quis veniat ex alieno Oppido, & Episcopatu ad Ecclesiam alterius Episcopatus in die sollempnitatis ibi festiuæ, & compunctus velit ibi confiteri, & communicare? vel veniat, nesciens, an in alieno Episcopatu possit absolui, illuc tamen vadit vt confiteatur, & communice, an Curatus talis Ecclesiæ possit eum absolueret? Resp. Si ex proposito accedit, vt confiteatur solum, credo non esse absoluendum, quia Curatus non habet auctoritatem, nisi super suos, qualis non est hic. Si vero, cum iam accessit, conteritur, & vult communicare, poterit audiri, quia iste habet rationem peregrini, & peregrinus accipit Sacramenta vbi se inuenit, &

ita

7
An alienus pro deuot. possit confiteri.

ita est vniuersalis praxis; ne quis cogatur fructum suæ deuotionis amittere. Idem credo de illo, qui illuc vadit, nesciens, an ibi possit absolui, dummodo ibi velit communicare, quia si iret pro sola confessione, licet ignoreret id ei licitum, non absoluerem ob defectum auctoritatis, nulla alia causa iustificante actionem. Pro parte affirmante deducitur ex Silu. confess. 3. ante primam q. Vbi vult in Paschate, & quando communio ex deuotione sumenda est, absolutionem licere. Quod verò non possit absolui, qui illuc vadit pro sola absolutione, affirmat Silu. confess. 1. quæst. 6. not. 8. Posset tamen absolui, & tunc primo sub spe ratihabitionis, & quando Episcopi, & Curati non contradicunt vt potest euenire in cōfinio duorum Episcopatuū. Dummodo tamen iste non vadat illuc, vt eadat iudiciū propriij pastoris. Silu. confess. 1. quæst. 10. opin. 3.

Quæritur. Quid si iste veniens de alieno Episcopatu, & Parochia veniat etiam è loco nullius diœcesis, in quo non adsit, qui possit eum audire? Resp. Si iste sic veniens solet ex consuetudine, scita, & probata ab Episcopo, & Curatis, poterit eius confessio excipi, iuxta dicta num. 5. Si vero non adsit ista consuetudo, an hic confessarium quærens teneatur ire, vel ad viciniorem locum, in quo confessor existat, vel quo ibit? Resp. Certum esse

hunc

8
*Veniens ex
 loco nullius diœcesis*

hunc non posse sibi confessorem eligere, quia non est persona priuilegiata, vt notat Silu^s confessor. 1. quest. 8. not. 1. Credo tamen, cum hic isti, nec illi subdatur quod possit ire ad quemcumque voluerit, & eo ipso, quod illo accesserit, possit ibi absolui, vt concedunt omnes de peregrinis, & viatoribus, quibus iste videtur æquandus. Silu. confessor. 1. q. 10. Tolet. instr. lib. 3. cap. 13. num. 11. not. 3. Ego sic practicarem. Si venit iste vt celebret vel communicet, dum commodè non potest reuerti, ad suam Ecclesiam, ne cogatur defectu ministri carere fructu Sacramentorum dummodo non venerit vt euadat iudicium propriij pastoris, audirem, & communicarem. Si vero venit, vt solum confiteatur, mitterem eum ad monasterium regularium vicinium, quia regulares possunt omnes ad se venientes audire: Si non adesset monasteriũ, & locus ad quem venit est vicinior, audirem sub spe ratihabitionis, quæ certè videtur valdè rationabilis, & omnia hoc modo saluantur. Vide infra num. 10.

Quæritur. Quando Curatus possit alie-
num audire? Resp. Doctores varios casus po-
nere, per quos pœnitens potest confiteri non
proprio Sacerdoti, & Silu. Confessor. 1. q. 6.
ponit octo. Primus est propter propriij Sacer-
dotis indiscretionem, ignauiam, vel malitiam.
Secundus, quando pœnitens domicilium mu-
tauit.

9
Curatus
quando
possit alie-
num audi-
re.

tauit. Tertius quando quis est vagabundus. Quartus, quando quis querit domicilium, vt peregrinus. Quintus, ratione delicti commissi in aliena parochia habentis adnexam excommunicationem, qua ille sit publicè excommunicatus, & tunc non ratione delicti, sed ratione excommunicationis. Sextus qui saepe mutant domos, vt scholares. Septimus, ratione necessitatis, vt quia est in articulo mortis. Octauus, sub spe rati habitationis legitime. Tol. verò inst. lib. 3. cap. 13. num. 11. affert sex casus. Primus est, quando Curatus dedit licentiam, de hoc vide cap. 12. Secundus est, cum quis habet facultatem a Papa eligendi confessorem. Tertius, cum pœnitens est vagabundus, idem est de peregrino viatore, & scholari, qui confitentur Sacerdoti in cuius iurisdictione sunt, tempore suscipiendi sacramenta. Quartus, cum quis confitetur regulari. Quintus, cum proprius Sacerdos est malus, vt in primo casu Silu. Sextus casus est articulus mortis. Sot. verò d. 18. quæst. 4. art. 2. ad 4. arg. ex S. Tho. affert quinque casus. Primus est, si est vagabundus. Secundus, si mutauit domicilium. Tertius, si offendit se, vel inuenerit in aliena parochia. Quartus, propter malitiam proprii Sacerdotis. Quintus est in articulo mortis. Sed videntur omnes isti casus posse reduci ad quatuor.

Primus est propter licentiam Papæ, vel Curati

rati ad hunc reducitur primus, secundus, & quartus Tol.

Secundus est propter ratihabitionem, ad hunc reducitur primus, quintus, & octauus Silu. & quartus Soti.

Tertius est ratione necessitatis, ad hunc reducitur septimus Silu. sextus Tolet. & quintus Soti.

Quartus, ratione subiectionis, ad hunc reducitur secundus, tertius, quartus, quintus, & sextus Silu. tertius Tol. primus, secundus, & tertius Soti.

Notandum autem, vt ratihabitio sit valida, debere habere has condiciones, quod sit de præfenti, idest quod proprius Sacerdos nunc contentatur, hoc autem sit per coniecturas rationabiles: & quod sit aliqua necessitas absoluendi, quando certioris iurisdictionis non sit copia. Colligitur ex Silu. confess.

IO
Ratih.
valide
condit.

1. quæst. 6. not. 8. clarè Suarez disp. 26. de pœnit. sect. 2. num. 13. & seq. & sect. 6.

* Quæritur quid de isto casu pœnitens, cuius Curatus habet facultatem absoluendi a casibus reseruatis confitetur in alieno Episcopatu. v.g. in Monasterio regulari, & confessarius dum absoluit ab alijs: pro reseruatis vero transmittit ad proprium Curatum. Quæritur. An tunc talis Curatus possit absoluere istum a reseruatis: cum confessio facta sit in vno Episcopatu; & absolutio a reseruatis danda

II
Casus ab
solutione
eiusdè in
diuersis
episcop.

da sit in alio? Resp. Et credo posse: quia talis Curatus verè habet facultatem absoluedi, & pœnitens ille non est exceptus; & ubi lex non distinguit; nec nos distinguere debemus. Si vero confessor sit alterius Episcopatus, & non regularis: putà alius Curatus (nã & Curatum posse facultatem alteri Curato, etiam alterius Episcopatus facere, vt suorum confessiones recipiat, est dictum num. 5.) etiam credo posse proprium Curatum absolue- re a casibus reseruatibus hunc pœnitentem propter eandem rationem. Si tamen in Episcopatu istius regularis, siue istius Curati alterius Episcopatus casus ille ibi non sit reseruatibus; sit tamen reseruatibus in Episcopatu proprii Curati; tunc ille regularis seu Curatus absolvens debet ab omnibus absolue- re: alioquin confessio esset manca.

Quæres fortè. An facultas absoluedi a casibus reseruatibus spiret Episcopo mortuo, vel amoto? Resp. Suarez tom. 4. disp. 26. sect. 3. per totum, duas de hoc esse sententias. Primam affirmare. Sil. confess. p. q. 9. Secundam negare spirare, & si spirat tamen valere per tacitum consensum capituli. fundamentum est, quia gratia non spirat morte concedentis. Sed si cathedralis sit destructa, & nullibi reperiatur illius capitulum, nec aliud loco eius? Semper practicarem primam, quia tuta.

Quæritur. An omnis Curatus possit au-
 dire confessionem vagi? Resp. Caiet. absol. c.
 2. Armil. absol. §. 7. Henriq. de pœnit. lib. 3. c.
 8. num. 5. dicere istos posse confiteri omni ex-
 posito. Silu. verò confessor. 1. quæst. 10. Sot.
 d. 18. q. 4. artic. 2. Tol. inst. lib. 3. cap. 13. num.
 12. dicant confiteri debere Parocho illi, in cu-
 ius parochia habitat, vel reperitur tempore
 perceptionis Sacramenti. Adde tamen cum
 Silu. ibi, dummodo non vagetur, vt euadat
 iudicium proprij Parochi. Suarez tom. 4. disp.
 25. sect. 2. num. 8. affert quatuor sententias,
 Prima dicentium non posse hos vagos, sine
 priuilegio alteri confiteri. Secunda posse cõ-
 fiteri, vel parocho ad quem perueniunt, vel
 alio ibi exposito. Tertia debere confiteri il-
 li, qui habuerit, si ibi fuerit, authoritatem
 delegatam a Papa, & hoc vocet magis cer-
 tum. Quarta debent confiteri in Cathedra-
 li, sed eam impugnat. Tutè practicas secun-
 dam sententiam.

12
*Vagus cui
 confitea-
 tur.*

Quæritur. An Curatus teneatur sub pec-
 cato audire hos, eo modo quo suos? Resp. Af-
 firmatiuè, vt est dictum c. 5. num. 7.

13
*An Cur.
 teneatur
 audire va-
 gum.*

Quæritur. Quid aget Curatus si debet con-
 fessionem excipere eius, cuius idioma non
 intelligit? Resp. Mittat ad intelligentem.

14
*Quomo-
 do audiat
 quem nõ
 intell.*

Quod si ibi nullus sit qui melius intelligat?
 Absoluat, licet non benè sed solum aliquali-
 ter eum intelligat, dummodo non speretur

venturus opportunè aliquem eum intellectu-
 rus. Addit Lopez in instructorio 1. p. cap.
 27. absolendum, licet aliqua peccata intel-
 ligantur, aliqua verò non, & dummodo vi-
 deatur dolor, & propositum emendæ. Henr.
 verò lib. 2. de pœnit. cap. 12. num. 3. concedit
 hoc solum tempore præcepti. At Medina ci-
 tat. a Lopez concedit tempore mortis, Lo-
 pez autem concedit omni tempore, quando
 non ad est nec speratur, commoditas alterius,
 qui possit eum melius intelligere.

Dubium posset esse. Si talis ignotæ lingue
 nullum omnino peccatum possit dicere, ita,
 vt intelligatur, sed per nutus, & signa osten-
 dit magnam contritionem, an tuuc sit absol-
 uendus? Resp. In morte esse clarum, per val-
 dè probabilem opinionem recentiorum. Ex-
 tra mortem verò, si non adest, nec speratur
 venturus peritior illum intelligens, credo
 posse absolui nō solū tempore præcepti quod
 habeo indubitatum, quia hic facit quidquid
 potest, & non videtur rationabile eum fru-
 strare fructu, saltem vberiori, si non necessa-
 rio, Sacramenti; Sed idem etiam credo ex-
 tra tempus præcepti, licet non admitterem
 nisi raro, ne cogeretur iste sine culpa propria,
 carere magno remedio Sacramenti. Et da-
 to, quòd absoluerem, vterer tamen condi-
 tionata hac, si & in quantum possum. Sed
 vix est casus possibilis, cum possit saltem
 aliqua

aliqua per nutus, & signa explicare, & tunc omnis ratio dubitationis cessaret, quia & mutus, qui non valet exactius confiteri, potest stante tali modo absolui. Et si Curatus, postquã multũ diuexatus est pro intelligendo isto, nihil omnino percipit, credo rationabiliter posse desistere, cum, quem semel non intellexit, non sit credibile intellecturum, sed tunc utatur signis, & nutibus, & solerter quidquid potest efficiat.

Queritur. Quid agendum cũ surdo? Resp. Caueat Curatus, ne ab alijs audiatur. Excipiat illius confessionem in remotiori, & hunc nõ interroget, nisi de puris necessarijs in mortalibus, & euitet fatigationem suam, & Surdi. Si nouit scribere bonum erit scribat peccata. Venialia generali collatione faciat confiteri.

15
Quid agendum cura surdo.

Queres forte quid agendũ cum mutò? Resp. si Curatus eum nullatenus intelligit, adhibeat domesticos mutum intelligentes, & per ipsos faciat interrogationes per nutus, & antequã mutus respondeat, faciat interrogantes auertere se, ne videant quid mutus respondeat. Caiet. confessio condit. 11. habet aliud remedium, sed non videtur tam efficax; licet & primum claudicet in dicendo numero peccatorum mortalium, quia licet interpres iste auertendo se non sit intellecturus peccatum, tamen cum pro confessario debeat interro-

Confessio muti quilibet.

gare de numero, clarum est quod intelliget mutum fecisse peccatum illud. Nec remedium Caiet. valet nisi pro eo muto, qui, antequam factus esset mutus, nouerat scribere. Igitur primus modus videtur aptior, maxime si muto confitenti peccatum, absq; ope interpretis, confitebitur numerum peccatorum confessorio, ostensione digitorum, vel alio aptiori modo. Sed & si mutus iste non valet confiteri absq. cognitione interpretis, admoneat interpretem de obligatione celandi audita, & audiat libere.

16

*Quoagen-
dum cum
pueris, &
rusticis*

Quaritur. Quomodo agendum cum pueris, & rusticis idiotis? Resp. Nos loqui in Paschate, quando communiter gregatim ad confessionem accedunt.

*Rô exci-
piendi
breuiter
multas
confess.*

Nota igitur bonam Praxim, vt valeas bene citò expedire multos. Aduoca oēs simul, & instrue eos de modo recolendi peccata per ordinem præceptorum, & de communioribus peccatis per singula præcepta. Postea doce eos respondere præcisè, si, vel non. Si hoc non potes præ angustia tēporis, habeas virū idoneū, qui ista præstet. Si isto cares, assume fociū prædicatoris, qui cōiter tunc tēporis est in villis, & castellis, & per eū facias ista exequi, & intelliges, quantum hoc cōducat ad facilem, & bonā expeditionē multorum. Per huncmet poteris catechizare rudiores nesciētes rudimenta Fidei, alioquin Curatus ipse tenetur in confessiones

Caput Septimum. 179

fessione breuiter ista docere. Tolet. instit. li-
 bro tertio, capitulo decimo septimo, nu. vii.
 & communis. In ceteris etiam pœnitentibus,
 quando sunt tibi noti, & vrgeris pœnuria tem-
 poris, admonere spondeant, si, vel non, refeca-
 tis reliquis superfluis, quia ita studetur bene
 breuitati. In hoc tamen Curat. non sit asper, si
 adueniat pœnitens, qui multis sua peccata
 confiteatur, quasi non aliter valens confiteri.
 Charitas enim patiens est. Poteris præte-
 rea (loquimur de Villis, & Castellis, vbi tota
 die incolæ degunt in agris, & premuntur pau-
 pertate, ita vt, si velint in die confiteri, amit-
 tent mercedem vnus diei, vel premuntur ma-
 gna temporis angustia ad perficiendos suos
 labores) hortari, vt per multos dies ante Pa-
 scha in sero accedant ad Ecclesiam, & per om-
 nes illos dies, vsque ad secundam, vel tertiam
 horam noctis, istorum confessiones excipere,
 & ita fiet, vt sine illorum damno rectè omnes
 confiteantur, & non differant omnes confes-
 sionem in sabbatum sanctum. Poterit etiam
 Curatus maximè si in loco sit solus, agere cū
 regularibus si fortè ibi monasterium habeāt,
 aduocatis Confessoribus, per modum peten-
 tis auxilium ad suorum salutem, hortando, vt
 conueniant cum eo circa talia, & talia pecca-
 ta, puta magis in loco vrgentia, adhibentes
 cautiorem diligentiam, vt exterminentur.
 Idem etiam erit, è re cum alijs confessoribus

17
*Praxis v-
 tilis pmul-
 tis cōfess-
 in Pasch.*

secularibus agere. Et sic fiet, vt in via Dômi-
ni, totus populus sit tanquam vnus labij. Et
Curatus, qui verè sapiet, beneuolentia prose-
quetur regulares monasterij degentes in sua
Parochia, intellige semper extra Ciuitates,
tantum abest. vt similitatem exerceat; possunt
enim multum sibi, & suis in vtroque homine
prodesse, & obesse.

De Confessione puerorum, vide infra
num. 35.

18
*An Cur.
vicini di-
uerforum
Episcop.
possint, se
in cõfess.
audire.*

Quæritur. An Curati diuerforum Episcopa-
tuum vicinorum possint se inuicem in confes-
sione audire? Resp. Posse, consuetudine ab Epi-
scopis scita, & tolerata vigente. Azor Inst. 1. p.
lib. 5. c. 19. vers. nulla consuetudo.

19
*An Gur.
eiusdē Epi-
scop. pos-
sint se in-
uicem au-
dire.*

Quæritur. An Curatus vnus Episcopatus,
possit confiteri alteri Curato eiusdem
Episcopatus? Resp. Posse, Sil.
confess. 1. quæst. 15.

Caiet. absol.
2. Sor.
dist. 18. quæstione quar-
ta, artic. secun-
do, colum-
na octa-
ua.

D E

POENITENTIA,

I N A C T V

CONFESSIONIS.

QVAERITVR. Quid aget Curatus si ²⁰ *Excōica-*
 veniat excommunicatus pro confessio- *tus quō*
 ne? Resp. Si potest, eum ab excom- *trañan-*
 municatione absolueret, audiat prius totam- *du.*
 confessionem; deinde prius absoluat ab ex-
 communicatione, postea à peccatis, vide infra
 num. 50.

* Nec angatur scrupulis hoc esse participa-
 re in diuinis cum excommunicato; quia licitū
 pro salute excommunicati, Sil. excom. 5. scien-
 dum 2. & Absolut. 3. dub. 1. Tol. inst. lib. 3. c. 17.
 nu. 1. & c. 12. nu. 3,

Quid aget Curatus, cum pro confessione ²¹ *De non*
 excipit eum, qui non est præparatus, & est fa- *pr. epara-*
 nus? Resp. De ista præparatione multos multa *to.*
 dicere Sil. confess. 1. q. 3. not. 1. ait requiri tan-
 tam præparationem, quantam quis appone-
 ret in re ardua, & quæ esset ei multum cordi.
 Sot. verò dist. 18. q. 2. art. 4. in fine. Nauar. c. 9.
 num. 13. volunt requiri quantam bonus vir

iudicabit sufficientem, maiorem tamen in negotiante, etiam in illo, qui non pollet tam bona memoria; item in eo, qui a multo tempore confessionem non fecit. Et talis diligentia sufficiet, licet peccator probabiliter credat, quod si maiorem fecisset, alia peccata memoria occurrerent. Henric. de pœnit. lib. 2. c. 5. nu. 1. ait sufficere mediocrem diligentiam, quam moraliter docti, & boni solent facere. Tol. inst. lib. 3. c. 9. num. 1. vult istam diligentiam intelligendam moraliter, idest, quod vel Curatus, vel etiam pœnitens cognoscat, vel credat sine fraude fecisse diligentem. Sot. etiam loco dicto.

At ista non videntur vera, nisi in viro alias bonæ conscientia, non in rustico rudi, vel in malæ conscientia homine; Ideo hos Curatus, postquam dixerint se benè præparatos interrogabit, de modo, & qualitate præparationis, & pro prudentia sua iudicabit, an sufficiens nec ne fuerit præparatio. Igitur ad quæstiones dic. Si pœnitens sub dictis regulis se præparauerit audiendus, sin minus dimittat eum ad horam, aut aliquos dies, pro ratione pœnitentis, vt se præparet, si ipse pœnitens accipiet; si nolit, adiuuet eum interrogationibus, & lucretur animam fratris. Lopez tamen instr. 1. p. c. 28. ait, quod examinatio de domo ad Ecclesiam non sufficit, & quod audiendus non est, qui imparatus accedit, etiam si inter-

roga-

rogationibus adiunetur, licet ibi loquatur de puella. Tamen credo rectè dicendum, sententiam Lopez veram in mercatore, aut alio casu difficiles habente, aut debente facere confessionem longam, & peccatis plenam. Item, credo, quòd Curatus poterit admittere feminas, & aliàs personas suæ curæ, quarum conscientias quasi nouit, & eas interrogationibus adiuuare. Idè credo in personis maculatiores conscientia, si verè videantur ad Deum reuer-
 ti, vel quod, si tunc non audiantur, nec postea pro confessione reuersuras. Peccator est enim alliciendus quantum fieri potest. Accedentè ad confessionem, & non ostendentem præparationem nec contritionem, puta, quia accedit ridendo dicens: excories, vel peccas me, aut similia, non audiat, sed mittat ad præparandum, docendo illum in quo deficiat, maximè si sit rusticus.

Quæritur. An casu, quo Curatus habeat poenitentem impræparatum, & si non auditum dimittat generetur scandalum, puta quia est femina, & ita in malam suspicionem veniat, an Curatus teneatur eam absoluerè, audita eius confessione, & interrogationibus adiutam, vt est dictum? Resp. Lopez ibi affirmare licere talem audire. Igitur, si non audierit, non malè aget, sed & si audierit melius faciet, quia charitas operit multitudinem peccatorum. Nec dicetur Curatus scandalum.

22
 An, & qñ
 sine præ-
 paratione
 audienda
 confess.

præbere, non audiendo, nam pœnitens sibi imputet, qui imparatus accessit, & rectè omne scandalum tolletur, si pœnitens ipse dicat, se non absolutum eo quod non preparauerat se, & hoc infamiam non causat.

²³
An inter-
roget in
confess.

- **Quæritur.** An Curatus teneatur interrogaciones facere? Resp. Negatiuè, excepto, quando viderit pœnitentem in explicatione peccatorum deficere. Silu. confess. 3. quæst. 14. Nauar. capitulo decimo, numero septimo, notab. nono, Sot. distinct. decima octaua, quæstione secunda, artic. quarto, & communis.

- **Quod si statim a principio cōfessionis pœnitens dicat interroga?** Expellat si velit, si mauult audire, faciat iuxta dicta numero superiori.

Interroga-
tionum
modus.

Porro interrogaciones communiter sunt faciendæ in infirmo, in puero, in citra suam culpam, non habente tempus ad plenam discussionem faciendam, & in habente debilem vsu rationis. Omnes Interrogaciones non fiant de omni casu possibili, sed de verisimilibus statui pœnitentis. Sed nota, quod facilius, & expeditius excipiuntur confessiones interrogando pœnitentem, quam expectando spõte vt dicat, & sic poteris praticare, quando multis confessionibus vrgeris, vt in Paschate, & Iubileo, maximè si pœnitens tibi est notus. De commodo sequente ex spontanea pec-

cato.

catorum recitatione, videlicet, quòd Confessor inde dignoscet, ad quæ magis poenitens inclinet, vt habent multi Doctores, credo tute posse affirmari, non priuari confessarium dicto commodo, cum & prudens confessarius, ex confessione per interrogationes valeat bene poenitentis inclinationem dignoscere.

Quid de isto casu? Poenitens inter confitèdū vnico còtextu accusat se de multis peccatis, requirentibus necessario singularem interrogationem quæ non potest per confessarium fieri, dum poenitens bona fide festinat ad alia, ex quo sequitur confessarium postea peccati auditi obliuisci, & per consequens non posse interrogationem facere: nunc queritur. An cogendus peccator repetere totam confessionem, vt necessariae interrogationes suppleantur? Resp. si interrogatio est necessaria pro integritate essentiali confessionis, necessario est facienda, & necessario poenitens debet confessionem repetere: sibi imputet qui male festinauit. Remedium est vt confessor cum primum videt necessariam interrogationem, eam faciat, & non curret poenitentis orationem interrumpere, hoc maxime accidit in verbosis.

Queritur. Quid aget Curatus cum rustico, qui alias non est integrè confessus, vel quoad numerum, vel quia malè se preparauerat? Resp. Henric. de poenitent. libro secundo,

24
*Confessio
 rudis non
 integra
 quomodo
 repeten-
 da.*

cundo, capitulo tertio, numero decimo. Non cogendum repetere confessiones anteactas, etiam si talis rusticus de hoc fuerit monitus, sed sufficere, ex ijs, quæ confessus est vno anno, aut mente coniectare (cum tale genus hominum habeat vniformem vitam, & non sint assueti peccatis insolitis) quantum toto tempore peceauerit. Et secundum hanc sententiam, credo sufficet, si dicat quoties fit confessus eo modo manco, & confessarius reliqua coniectabit. Nauar. vero in conf. de pan. & remiss. conf. 3. & 4. videtur velle, quod si talis rusticus bona fide, modo dicto fit confessus, & perseuerat in bona fide, non esse necesse eum de hoc interrogare, sed si ipse hoc in confessione dicat, vel interroget, an & quid debuisset facere etiam si non sit cogendus ad reptendas anteactas confessiones ea ex parte, qua benè fecerit, tamen est obligandus ad supplendos eos defectus, quos in illis commisit, puta ad dicendum verisimilem numerum peccatorum, quem omisit in illis confessionibus, idem videtur tenere cum Medina Lopez in instruct. 1. par. cap. 28. Quod autem habet Henriq. tales homines habent vniformem vitam, prudenter expendendum est, nam vix inuenies hanc vniformitatem in rustico iuvene, in viro, & in eodem sene.

Quæritur. Quod si rusticus, aut consuetudi-

rudinarius nesciat numerum peccatorum, nec verum, nec verisimilem, quomodo integre confitebitur? Resp. Sufficere dicant hoc sæpè feci, vel quasi quotidie, vel omni hebdomada, vel quoties fui iratus, quod sapifimè fuit; nam quidquid aliud dicent, erit diuinare, non verisimilia confiteri. Henriq. de pœnit. lib. 2. cap. 5. num. 6.

25
De nu.
peccatorum
impossibi-
li.

Scito tamen, quòd si tales induxeris ad calculandum numerum peccatorum, puta toties potui peccasse ex illa consuetudine mala, iuuabit illorum contritionem, dum ex numero intelligent quantitatem peccatorum.

Quòd si pœnitens dicat, peccaui toties in hebdomada an Curatus teneatur calculare numerum peccatorum, v. g. iste peccauit ter in hebdomada, annus habet tot hebdomadas, ergo toties peccauit? Credo, quod non, aliàs esset necesse Curatum esse bonum arithmeticum, & vti carta, & calamo.

26
An calcu-
land. nu-
peccas.

Quæritur. An qui semel confessus volens reliquit mortale, postea vero de hoc oblitus confitetur alia omnia, si demum recordatur illius primi peccati obliti, an teneatur repetere omnes ante actas confessiones, vel solum, quæ confessus est, cum scientia, & cognitione, quod illud relinquebat? Resp. Et credo teneri confiteri ea solum, quæ confessus est dum haberet scientiam, & cognitionem, quod integrè non confitebatur, vt est dictum.

27
Quando
confessio
integra
non re-
pet.

dictum, reliqua non. Ratio videtur esse, quia ultimæ confessiones habuerunt omnia, requisita ad earum validitatem; si quidem, si aliquid impediret, esset dimissio illius peccati: At hæc culpa tollitur per secundas confessiones carentes omni culpa, & in posterioribus confessionibus, peccatum tacitum per obliuionem, confessionem non vitiat.

* Et cum postea recordatus fuerit defectus, sufficit illam solam confessionem non alias repetere. Suarez tom. 4. disp. 23. sect. 4. nu. 6.

28

Alius casus de confessione non integra.

Quæritur. An qui præ verecundia confessionem dimidiat, sciens quidem, malè agere, sed nesciens confessionem non valere, teneatur omnia repetere, vel sola relicta? Resp. Ignorantiam inculpabilem, secundum multorum probabilem sententiam, etiam iuris Diuini, excusare semper a peccato. Igitur dicendum videtur, si iste credebat peccatum quidem, sed non mortale, credo sufficere si confiteatur sola relicta. Si verò credebat mortale, sed non dimidiare confessionem, eodem modo credo sufficere agat, propter eandem rationem.

Hanc tamen ignorantiam vix credo dari inter Christianos. Deducitur ex Soto dist. 18. quæst. 3. art. 3. ante 4. concl. vers. sed est hic tamen valde, &c. qui asserit excusari eum, qui non confitetur peccatum, quod non credebat peccatum, & hoc ratione ignorantia

incul-

inculpabilis. Deducitur etiam ex Lopez in instru. 1. p. cap. 28. Vbi admittit talem ignorantiam inculpata[m] excusare ab integritate confessionis. Tolet. etiam inst. lib. 1. cap. 10. num. 8. casu 4. excusat eum, qui per ignorantiam non faceret confessionem validam. Posses dicere. Doctores supradicti concedunt talem ignorantiam excusare, sed non in casu proposito, cum iste tacens verè sciat mortaliter delinquere, licet sciat omissum non reddere confessionem inuvalidam? Resp. Vera esse ista, at sicuti primus excusatur ignorantia inculpabili, & nulla alia ratione, sic & hic secundus, cum vtrorumcumq; eadem sit ratio. Posito tamen, quod iste sic faciens, verè credat se non teneri ad validitatem confessionis peragendam, omnia confiteri sub mortali, quia si sciuisset, integram omnium peccatorum fecisset. Suar. tom. 4. disp. 23. sect. 3. num. 2.

Quæritur. Quid agendum cum illo, qui tempore Iubilei facit confessionem non validam, quam repetere tenetur, an etiam teneatur adire superiorem, si habuit excommunicationem, vel casum reseruatum? Resp. Dispensare esse rationem eius, qui extra Iubileum facit confessionem confessario, qui potest absolvere a censura, aut casibus reseruatibus, & eius, qui in Iubileo confitetur habenti auctoritatem per Iubileum: nam confitenti ex-

tra

29
An in iu-
bileo absol-
uatur a
censura,
per confes-
sionem in-
uvalidam.

tra Iubileum: Silu. confessio 1. quæst. 19. & communis docet, hunc posse absolui per omnem confessarium expositum, & ab eodem absolui, cum per primam confessionem, verè sublatum fuerit impedimentum absolutionis, licet informis fuerit confessio. Confessionem verò facienti dicto modo in Iubileo dupliciter videtur distinguendum: Aut fieri ei, qui etiam sine Iubileo possit a dictis absolui, & sic etiam in isto casu, veram credo sententiam Silu. quia est eadem ratio. Aut fieri ei, qui absoluit ex sola auctoritate Iubilei, & tunc iste nullatenus absoluitur a dictis censuris, & casibus. Ratio est, quia Pontifex in concessione Iubilei præsupponit confessionem validam, vel saltem bona fide putatam validam, & cum in casu nostro confessio sit inualida, per consequens non gaudebit privilegio Pontificis. Suarez ita, quod ad hoc vltimum, de pœnit. disp. 31. sect. 3. puncto 3. & assertionem 2. num. 22. licet tom. 5. dist. 7. sect. 5. num. 34. teneat valere talem absolutionem.

30
An credendum
pœnitenti
pro se, &
contra se.

Quæritur. An Curatus teneatur credere pœnitenti pro se, & contra se? Resp. Teneri. Omnes. Tamen non credet quando pœnitens erat publicè excommunicatus, si dicat se absolutum, nisi de absolutione doceat. Silu. confess. 1. q. 17. Armil. confessio. §. 36. Sed & si excommunicatio erat quidem publica, & pœnitens,

rens, dicat se absolutum, & non redundet in
 damnum tertij, debet credere. Silu. ibi. At
 Curatus sibi caueat, quia licet hoc possit, ta-
 men si propterea vocatus fuerit in quæstio-
 nem apud Episcopum, malè illi cedit; Ideo
 non credat, nisi de absolutione doceat. Et si
 Curatus certo sciat extra confessionem ali-
 quod peccatum pœnitentis, poterit eum in-
 terrogare in generali, & etiam in particula-
 ri de illo peccato; imo si speratur profectus
 interroget, si non speratur nequaquam. Et si
 pœnitès interrogatus neget, credat Curatus
 quia potest fieri, vt aliqua legitima causa ex-
 cusetur a veritate aperienda. Silu. confessor
 3. quæst. 15.

* An vero tunc Curatus credat pœnitenti
 neganti peccatum: quod Curatus certò no-
 uuit? Dic, si nouit per relationem alterius,
 credat: quia potior est fides pœnitentis, quàm
 alterius relatio. Si vero scit de visu; & ne-
 get, tunc si Curatus probabiliter potest cre-
 dere esse confessum, credat: si vero euiden-
 ter sciat de visu veritatem, & nō habeat pro-
 babilitatem excusari a confitendo, non cre-
 dat: quia sicuti non tenetur credere pœniten-
 ti asserenti se dispositum ad Sacramentum; si
 de contrario constat: sic nec tenetur credere
 veritatem neganti, quam Curatus euidenter
 nouit. Suarez To. 4. disp. 32. sect. 3. num. 9. si
 vero sciat veritatem in confessione, & pœni-
 tens

tens neget; omnino credat. Henriq. de pan. lib. 3. cap. 20.

31
An remif-
fio pro ab-
folu. cre-
dendūmi

Sed quid de isto casu. Pœnitens, qui habet excommunicationem occultam referuatam Papæ, adiit eum, qui a Papa pro istis abfolutionibus est deputatus, & responsum accepit, facere se abfoluere à Curato, vel Confessatio. Vel habens votum faceret illud dispensare, vel commutare a Curato, vel confessorio, an tunc Curatus, vel confessor isti sic dicenti credat? Respond. Vtrumque posse credere, stante ita stilo Curia. Quid simile habet Silu. Confessor. 1. q. 17. in fine.

An verò eodem modo credat habenti excommunicationem publicam? Dic quod non, sed non abfoluat, nisi habeat in manibus, quibus, possit probare de auctoritate delegata, puta per scripturam, aut testes.

32
Vtrum ob-
litum cō-
mutari in
Iubileo
an postea
commu-
tandum.

Quæritur. Habens votum, & adueniens Iubileum, vi illius vult commutationem, vel dispensationem obtinere, & confessorium adit, & per acta confessione obliuiscitur commutationem, vel dispensationem obtinere, an spirato Iubileo possit eam obtinere? Respond. Henriq. de indulg. cap. 11. Posse ab omni confessorio.

Et si Curatus, vel Confessor in Iubileo multis confessionibus distineatur posse mittere poenitentem, pro commutando voto ad virum peritum, affirmat. De Grass. 1. par.

lib. 4. cap. 15. num. 47. Sed credo inspiciendum tenorem Iubilei, & si votorum commutatio, & dispensatio delegetur confessori auctu poenitentem audienti, eundem solum credo posse votum commutare, vel dispensare. Si verò extra Iubileum veniat commutatio, vel dispensatio voti, vel remitte ad habentem facultatem, vel tu ipse, si casus sit Episcopalis, obtine facultatem ab Episcopo, vel coram, vel per epistolam; ista enim mirificè penitenti placent.

Quæres an curatus possit votum commutare? Resp. & prius loquor, extra iubileum, & citra privilegium: Deinde præsuppono causam licitam: Præterea præsuppono expensas pro voto soluendo faciendas, non solum eundo vt tenet Angles p.p. q. de voto prop. 4. diffi. 6. Sed etiam redeundo, vt clavis regia l. 6. cap. 12. num. 19. probat, esse soluendas, (deductis tamen expensis quas vouens domi fecisset,) pro eleemosina, aut alio vsu pio ita. c. magna deuotionis de voto & vot. red. Sairus, clavis reg. l. 6. c. 12. nu. 19. Lessius tamen de iust. l. 2. cap. 40. num. 67. ait, hoc non esse necessarium, sed decens. Ideo nota. Si quis aliena largitate persoluat votum absq; aliqua sua iactura num refundet in pauperes quod ex suo reliquatum? non credo. Item vt clarè relinquo commutationem in voto non esse scrupulosè accipiendam sed futuram rectam,

*Votum
quomodo
commu-
tandum.*

si fuerit iuxta arbitrium prudentis . Silu. votum. q. 48. Azor vt infra .

Nunc pro commutatione voti dicitur, varie de ea doctores loqui, & quidem Lessius de iust. l. 2. cap. 40. d. 13. nu. vlt. negat de curato etiam in articulo mortis . Sed videtur dicendum .

Si votum commutandum sit in melius, quidam concedere posse commutari non solum a confessario , sed etiam ab ipso vouente. ita Suarez tom. 4. d. 27. sect. 4. num. 6. dub. p. & citati ab Azor p. p. l. 10. cap. 18. q. 1. Ideo iuxta hanc sententiam curatus , & ipse vouens poterit votum commutare in melius . Alij doctores negant, citantur ab Azor ibi. ipsi concordat Suarez & alijs primæ sententiæ, ita tamen, vt in commutatione voti, non dicatur votum commutari in melius, si commutetur in rem maiorem, sed si commutetur in rem vouenti magis vtilem, iuxta causam voti, id enim est melius quod Deo gratius. v.g. vovuit quis ieiunium ad carnem domandam, non bene commutatur in rem licet maiorem, habens tamen alium finem, seu causam. Azor c. d. q. 13.

Si vero votum sit commutandum in equalens . Azor. c. d. q. 2. requirit auctoritatem Episcopi Suarez vero concedit confessarium, & per consequens Curatum hoc posse.

PRACTICA. Votum factum ob deuotionem,

nem, sine intentione domandi carnem, rectè commutatur in rem magis meritoriam, & satisfactoriam: & ita ieiunium, oratio, elemosina, & peregrinatio, rite commutabitur in missis dicendis, confessione, & communionem frequentanda per annum, vel mensem, iuxta prudentiam commutantis. Angles p. p. q. de voto. difficul. 10. prop. Praxis dispensandi & c. Candelab. in explicat. bullæ canæ casu 10. & 11. cum ibi citatis, qui tamen omnes non habent clare idem. Peregrinatio pedestris vnus diei, & peregrinatio sequestris quatuor, vel quinque dierum, singulæ rite commutantur ieiunio vnus diei. Azor ibi. Angl. vbi supra difficil. 6.

Si autem votum sit cum iuramento, An qui potest votum, possit etiam iuramentum commutare, sunt duæ sententiæ citatæ ab Azor l. d. cap. 10. q. 2. Vna affirmans, altera negans. Ipse secundam vocat probabiliorerem ergo & prima probabilis erit.

Quæritur. Quid aget Curatus, si habet pænitentem, quem videt in peccato, sed cum iusta ignorantia, an teneatur illum admonere, vel possit illum relinquere in sua conscientia? Resp. Si ignorantia sit iusta, & inuincibilis, etiam si sit iuris Diuini, & non solum humani, dummodo non resultet in damnum tertij, vel causet scandalum, & instructio prodesset non possit, puta quia non emendabitur,

33
Ac semper decidus peccator de veritate.

sed quia non speratur, quod emendari possit relinquendus in sua conscientia. Sot. dist. 18. quæst. 2. art. 4. propos. 2. Henriq. de pœnitent. lib. 3. cap. 27. num. 4. Ex hoc capite tenetur confessarius instruere pœnitentem de veritate dum videt eum peccantem cum conscientia erronea, & ideo confessiones idiotarum sunt difficiles.

34

*Quomodo respon-
deat in interro-
gationi
pœnitentis.*

Quæritur. Quomodo respondendum interrogatori pœnitentis, quando si secundum veritatem responsio detur, timeatur, ne inde pœnitens occasionem mali agendi arripiat? Resp. Sot. dist. 18. quæst. 2. art. 4. prop. 2. Sufficere si veritas genericè respondeatur, puta quædam mulier habet impedimentum in matrimonio, per quod non potest nec petere, nec reddere debitum, quærenti an teneatur reddere, sufficet ex Sot. dicere, vxores tenentur viris suis debitum reddere. Henriq. verò lib. 3. cap. 27. num. 5. ait respondendum interrogatori quantum satisfaciat petitioni, & non ultra, vide etiam de matrim. cap. 10. num. 40.

35

*Tueri
quomodo
absoluen-
di.*

Quæritur. An, & quomodo Curatus absoluat pueros, de quibus dubium est, an habeant vsum rationis? Resp. Audiatur eos secundum regulas generales confessionis, ac si haberent vsum rationis, & absoluat cum hac conditione, in quantum indiges, & ego possum.

Istos

Istos tamen, de quibus est dubium poterit admittere imparatos, & interrogationibus adiuuare, quia non valent aliter se preparare, sed & melius ager, mittere pro media hora ad preparandam, potius ut discant quid agere debeant, quam ut re vera speranda sit preparatio, quia ut experientia docet, non se preparant. Incipientes verò aliquo rationis usu uti, mittendi pro aliqua preparatione. Qui autem integro usu rationis valent, non admittendi, nisi parati, quia ad hoc tenentur, nisi alia ratio statim expediendos consulat. Vide num. 21. & seq.

Quæritur. Quomodo cognoscendum, an pueri usum rationis habeant? Resp. Non posse præscribi certam regulam. Prudentia rei est magistra. Caterum Azor inst. p.p. lib. 7. cap. 4. num. 6. confutat Sot. dist. 18. quæst. 1. a. 3. in fine, qui vult pueros non teneri lege confessionis ante duodecimum, vel decimum quartum annum. At veritas est teneri, cum mortaliter incipiunt delinquere, quod in plerisque est ad finem septennij, vel in octavo anno & citat Antonin. qui hoc vult euenire, circa annum decimum cum dimidio, & aliquantulum ultra in masculis, in feminis verò circa undecimum cum dimidio, & aliquantulum ultra, sed opinionem septennij vocat communem. At videtur rectè dicendum, tunc teneri, cū prudēs Curatus arbitrabitur.

36
Quando
pueri ha-
beant u-
sum ratio-
nis.

PRAXIS. Laudabile est, a quinquennio usque ad septennium omnes aduocare, & multis circum circa in coronam statutis, generatioribus hortari ad obedientiam, ad fugienda mendacia, & similia, ut ita faciant tamquam actum recognitionis dominij erga Deum. A septennio verò, & supra, si & prout visum fuerit illucescere rationis usum agendum, ut est dictum num. superiori, Et quidem, si interrogati, ut notat Nauar. cap. 21. num. 33. an liceat innocentem interficere, aliena rapere, superiori maledicere, mentiri, & similia facere, responderint negativè, videntur habere, si non totalem, saltem partem usus rationis. Porrò sola prudentia hoc potest docere. In morte tamen, quando non constat plenè de usu rationis, omnino sunt audiendi, & absoluedi cum conditione superioris repetita, ut utilius causa salutis illorum geratur.

*Puer du-
bins de
usu ratio-
nis, quo-
modo ab-
soluedus
in morte.*

37

*Quo tem-
pore pue-
ri confes-
sionem fa-
ciant.*

Quæritur. An puer pro confessione habeat tempus præscriptum, ut habent adulti per capit. omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remiss. Resp. Sot. distin. 18. quæst. 1. artic. 5. concl. Henriq. de pœnit. lib. 1. cap. 4. num. 1. Adultos teneri semel in anno, ita ut annus incipiat a quouis die eiusdem anni. Alij incipiunt a ianuario, At Concil. Trident. sess. 14. capit. 5. de pœnit. approbat, & amplectitur morem confitendi in quadragesima: Ideo

Azor.

Azör. pri. par. lib. 7. cap. 30. quæst. 6. & 7. & Henriquez ibi in glos. aiunt consuetudinem approbatam ex Conc. obligare ad determinatum tempus quadragesimæ, licet Henriquez in textu neget tunc obligare. At Tridentinum sess. 14. can. de pœnit. 8. anathematizat dicentem suadendum ne confiteatur in quadragesima vt præcepto Ecclesiæ satisfiat. Ad quæstionem igitur videtur dicendum, obligari in quadragesima, eos qui per captum tenentur semel in anno confiteri, & maxime hoc confirmatur ex communi vsu, quo vt paruuli cedant loco grandiorib. solêt in primis septimanis quadragesimæ confessiones facere, eo maximè, quod talis consuetudo a Prælatis est scita, & tolerata, etiamsi velis dicere non obligare per approbationem Concil. loco dicto, quod non affirmarem.

Quæritur. An puer cum incipit habere vsu[m] rationis, secundum opinionem Nau. cap. 11. nm. 7. not. 3. teneatur primò elicere actum charitatis, & ad hoc inducendus sit a confessario, seu Curato, ita vt sit tempus opportunum quando confitetur. Resp. Bonum esse, sed non credo Curatum peccare mortaliter illum ommittens, quia Deus non deficit in necessarijs, & sapit scrupulum, vel le puerum in puncto confessionis accipere, vsu[m] rationis, & non antea, & si habuit an-

et
-noo
-ii
-d
-o

38
Puer qd
eliciat a-
ctum cha-
ritatis erga
Deum q

te, tunc etiam tenebatur ad eliciendum actum hunc, nisi velis dicere, tunc supplendum defectum, si fortè fuit commissum.

39

An confessio dimidiata, & quo modo.

Quæritur. An Curatus possit confessionem dimidiare, puta discedendo a confessionali, & post multum temporis reuerti? Resp. Possè, omnes affirmant. Sed notet. Ita memoria peccata retineat, vt nouerit pœnitentiam competentem imponere, cum reuertitur. Eodem modo potest, dum audit confessionem vnus, relinquere, istum, & audire alium. Hoc tamen non admitterem nisi pro breui reconciliatione; & si in longiori confessione hoc idem vellem practicare, non admitterem nisi prius petita venia à primo pœnitente, ne sibi deserto, alium anteponi videns, malè acciperet: habet enim prior quoddam ius saltem decentiæ, pro expeditione priori.

40

An Cur. ex multis pœnitentibus anteponat aliquem.

Quæritur. An Curatus, cum habet ante multos confiteri volentes, discernat hunc vel illum, alijs anteponendo? Resp. Cum sit pater communis, non sit partialis cum aliquo, sed sinat pœnitentes ex se accedere, & accedentes audiat. Si tamen inter expectantes sit infirmus, vel vir alijs longè excellentior, posset illum alijs antepositum aduocare. Bonum esset tamen astantibus prius dicere. Placeat vobis me istum expedire. Sed & in hoc sit parcus, & non anteponat nisi, quem

quem clarè constet egrè expectare posse.

Quoniam verò contingere potest Curatum aliquoties obrui numero penitentium, & ita accedere ad confessionale, vt astantes confessionem audire valeant, tunc Curatus poterit, quando sunt plebei, vel rustici, vocare longius distantes, vt proximiores recedant.

Quæritur. Quid aget Curatus cum atrociter minante grauiâ, ni audiat eius confessionem? Resp. Si minatur sine culpa Curati, puta quia alias fuit expulsus, & adhuc remanet in impedimento illo, per quod fuit repulsam passus, si impedimentum est tale, quod impediât absolutionem, nullatenus audiat, aut absoluat, quia incapax est Sacramenti, ita tamen se gerat, ne astantes factum cognoscant, ne confessionem superiorem reuelet. Si verò ille velit solum audiri, & de absolutione non curet, vt non semel contingit, certè potest audiri, sed ad quid? Si tamen Curatus tunc industrius, vt pro posse hunc lucretur. Si verò minas iste minatur, sed non habet impedimentum, ad absolutionem, puta quia Curatus eum expulit ad diligentiorè præparationem consulere audiri, & prudentia de non apto, quòd minæ illæ denotant, redde-
dere ad Sacramentum aptum.

Quid aget Curatus si in confessione eueniat illi casus difficilis? Resp. Prudentiam.

do-

41

Quid agendum cum atrociter minante graui.

42 *Quid aget in casu difficili.*
 docere. Se exoneret, ad peritiorem mittendo pœnitentem. Ita Henriq. lib. 3. de pœnit. cap. 26. num. 5. & alij. Si non valet se exonerare, si pœnitens est paratus facere, quod Curatus, re melius iudicata, aut consultata, decreuerit, vel quod sapiens iudicauerit, ad quæ Curatus pœnitentem ablegauerit, absoluat. Silu. confess. 3. quæst. 10. Henriq. ibi, num. 9. & alij.

43 *An pro fugiendo scandalo absolu. sit, qui non potest absolui.*
 Quæritur. Quid aget Curatus, si eueniat illi casus, per quem non potest absoluere, & si non absoluerit, astantes admirentur, vel scandalizentur, videndo quidem ad confessionem accessisse, sed vel non fuisse absolutum, vel non communicare, cum tamen propterea confessorem adiisset? Puta venit ad Ecclesiam puella cum matre, vt confiteatur, & communicet, & si non absoluat non communicabit, & non communicando mater, vel astantes veniant in sinistram opinionem dictæ puellæ.

Resp. Lopez instr. p.p. cap. 8. & affirmat posse absolui.

Possit ita Practicari. Si casus habet remedium, puta quia pœnitens non est præparatus, ego interrogationibus adiuuarem, iuxta dicta supra num. 21.

Si casus est dubius, facerem vt est dictum num. superiori. Si verò difficultas casus est, quia pœnitens est in mortali, vel non vult oc-

caſionem peccati abijcere, non abſoluerem, quia omni iure prohibeor, tamen, pro ſaluando pœnitentis honore, recitarem ſuper eum, quaſi eum abſoluens, orationem Dominicam, dato conſilio fingere ſe a Communionem impediri, eo quod malè ſe haberet (intelligendo in anima) ne mentiretur; Si autem caſus eſt, quia peccator eſt publicus, puta excommunicatus, aut alio titulo publicus, non abſoluerem, quia hoc eſt addere non tollere ſcandalum. ſi vero habet caſus reſeruatos, & vrgeat cauſa abſoluendi, Suarez vt infra, concedit, poſſe abſolui a reſeruatis antequam abſoluatur a ſuperiore, cum onere tamen ſi præſentandi ſuperiori qui caſum reſeruauerat. Suarez tom. 4. diſp. 31. ſect. 4.

Si autem ſit excommunicatus occultus, prius tentarem omnia vt pro abſolutione adiret eum, ad quem talis abſolutio ſpectat: Si hoc nullatenus fieri poſſet, vrgente ſcandalo, ſeu etiam admiratione, vt notat Silu. Euch. 2. quæſt. 7. de Graf. p. p. lib. 1. cap. 2. num. 12. Suarez to. 3. d. 66. ſect. 4. circa quartum caſum quando admiratio eſt cum ſcandalo, quod eſt vt plurimum. Addit Henriq. lib. 8. cap. 46. num. 4. (quod an ſit nimium vide) etiam ſi ſine nota infamiæ, quæſito colore poſſet abſtinere, quod poſſet communicare; loquuntur enim de Communionem. Igitur ſi ſcandalum permaneat, & quidem vide-

tur hunc non esse absoluendum, sed, si velit communicare, animandus, vt hoc faciat cum maiori contritione possibili, & quam primū adeat pro absolute ad eum, cui de iure competit, sic Silue. Euch. 2. quæst. 7. Sot. d. 18. q. 1. art. 5. in fine probationis tertij argumenti, quod est col. 17. agre, sed concedit, licet d. 12. q. 1. art. 4. casu 4. in fine negat. At. d. 12. intelligendus est de excommunicato publico, quia & ibi loquitur de notorio, quod æquualet notorio in excommunicatione, & d. 18. loquitur de excommunicatione occulta: deducitur etiam hoc ex Nau. cap. 25. num. 75. not. 13. Henriq. verò lib. 8. cap. 47. num. 4. concedit hunc posse communicare stante tali scandalo, siue sit publicè, siue occultè excommunicatus. De Graf. autem p. p. lib. 1. capit. 12. num. 14. & 15. negat vtrumque excommunicatum posse communicare. Tenendum credo cum Silu. & sequacibus.

Sed hætenus dictū est de sola Cōmunionē, restat tamē adhuc dubium, an & hoc liceat in absolute. Pro quo videtur dicendum, quod non possit absolui, quia Concil. Trid. sess. 14. cap. 7. de pœnit. videtur solum permittere in articulo mortis absolute cenfuræ ab inferiore largiendæ. Præterquam, quod, benè scandalum tollitur conterendo, & communicando, vt dictū tenent, & scandalum

lum, si quod potest esse, bene tollitur simulata absolutione per recitationem orationis dominicæ, ut est dictum.

Quæritur. An Curatus sub spe ratihabitionis possit absolvere eum quem de iure absolvere nequit? Resp. Primo, Cum loquimur de ratihabitione intelligendam eam, de qua est num. 10. dictum.

Dico secundo peccatorem duplici ex capite non subdi Curato, primo ratione casuum referuatorum, & secundo ratione excommunicationis. Et quidem ratione casuum referuatorum, in morte solum potest absolui. Ratione verò excommunicationis, non potest absolvere Curatus, etiam si sit occulta, sed absoluit Episcopus, & etiam si sit Papalis, quando penitens legitime impeditur adire Papam. Causæ autem legitimæ excusantes recensentur a Silu. absol. 4. dub. excommun. 8. nu. 8. Armil. absolut. §. 40.

Dubium potest esse, si verè daretur casus, quod habens excommunicationem Papalē, vel casum referuatum, cum reali impedimento adeundi Papam, aut Episcopum, puta quia non potest nec ire, nec mittere ad Papam, & si Episcopum adierit rationabiliter sibi dānū timet, quia in facto implicatur interesse honoris, aut alterius iacturæ Episcopi. Quæritur. An tunc stante tali impedimento possit Curatus absolvere? Resp. Nau. cap.

44

An Cur.
absol. sub
ratihabi.

45

Quando
ab excom-
municati-
o & ca-
sus referu-
poterit ab-
solui.

25.27. num. 90. ad 4. Primo, quòd qui non potest nec ire, nec mittere ad Papam, debeat ire, vel mittere ad legatum vicinum si potest, sin ad alium, qui priuilegio absoluen di gaudeat, vt solent esse aliquae religiones, & in specie Inquisitores. Secundo. Dico, si nulum horum potest, stante tali impedimento, & non speratur breui tollendum, posse absolui a Curato. Tenet Angel. casus versus finè deducitur etiam ex Graffio. p. p. lib. 1. cap. 13. num. 78. & 85. Ratio est, quia in casu proposito cessat ratio contraria doctorum, & vrget damnum pœnitentis, quibus stantibus cessabit etiam ratio legis. Sed credo casum potius imaginarium, quam possibilem, cum possit ab Episcopo obtineri facultas absoluen di, saluo honore, & re pœnitentis, vt prudens Curatus optimè noscet. Subscribit Sua tez tom. 4. disput. 30. sect. 31. assert. 2.

*Ab exco-
munica-
tione Pa-
pali com-
missa quo
modo ab-
soluendū:*

Quæres quomodo agendum cum excom- municato excommunicatione Papali, qui facultatem obtinuit faciendi se absoluerè. Resp. Facultatem hanc communiter dari inscriptis hoc modo. Discreto confessario ab Ordinario approbato. Tibi mandamus, vt cum se plurimum doleat de (explicatur causa excommu- cationis) & si te humiliter petierit, eum absol uas hac vice in forma Ecclesiæ consueta, in- iuncta ei, pro modo culpæ, graui pœnitentiâ salutari, & alijs quæ de iuerè fuerint iniungen da,

da, in foro conscientiae tantum. Ita ista practica.

Absolvas in forma Ecclesiae consueta. Non datur noua forma absolutionis. sufficit quae est ordinaria in absolutione a peccatis, videlicet, Absoluo te a vinculo excommunicationis.

Discreto viro confessario. Non potest confessarius absolvere ab excommunicatione, nisi etiam absoluat a peccatis: Ideo iste confessarius debet eum Sacramentaliter audire.

Si loco verborum illorum, Discreto confessario, esset, Tibi Petro tali absolvas &c. tunc iste absque confessione posset absolvere ab excommunicatione sola.

Alijs de iure iniungendis. Faciendum est vt dicitur eap. 5. num. 24. de iuramento, & satisfaciendum laeso, si satisfactio venit imponenda. Comit. resp. moral. lib. 6. q. 2.

Queritur. An Curatus possit absolvere suos ubique locorum extra suum Episcopatum? Resp. Posse Sil. confessor. p. q. 14. & conf. 2. q. 1. not. 4. Armil. confessio §. 34. Tol. inst. l. 3. c. 14. num. 15.

Dubium est. An hoc possit Curatus extra suum Episcopatum publice, puta in Ecclesia, in Confessionali? Resp. Posse, sed cum, vt plurimum ubique sint constitutiones Episcopales, ne praeter admissos in Episcopatu, confessio-

46
An Cur.
suos ubiq.
absoluat.

47
Cur. quo-
modo au-
diat suos
extra Epi-
scoporum
propiu.

nes excipiant, absoluat secreto in domo, vt vexationem deuitet .

48

*Quot, &
quæ sint
casus re-
seruati.*

* Quæritur quot, & qui sint casus referuati? Resp. Casus referuatos in tria genera distribui. primi referuantur per statuta Episcoporum; & pro his videnda statuta. Secundo referuantur per consuetudinem: & pro his obseruanda consuetudo. Tertij referuantur a iure communi, & nominantur a Sil. casus q. 4. Ang. casus in princ. Nau. cap. 27. num. 256. Arm. casus. §. 5. De Graff. p. p. l. p. c. 13. num. 65. Tol. inst. lib. 3. cap. 14. num. 5. At placet sententia Suarez tom. 4. disp. 29. sect. 3. qui probat nullum peccatum de iure referuari Episcopo. De incendiario ait videndam consuetudinem, & iuxta illam iudicandum, cum non referuetur a iure. Igitur casus referuati erunt, qui proponuntur ab Episcopo, & non alij: ratio est, quia consuetudine ita referuantur. Porro quando audis casum referuatum intellige opus externum: non autem si sit solum internum: Sil. casus quaest. 5. De Graff. p. p. 13. num. 7. Intelligo etiam tale opus, quod per quantitatem possit facere mortale; quia furtum citra mortale non referuatur. Idem. In dubio, an opus sit mortale; vel an casus sit referuatus, iudicandum non referuatum. Henricq. de pœn. lib. 3. cap. 26. num. 7.

Quæritur. Quomodo se geret Curatus cū pœnitente habente casus referuatos Episcopo?

Caput Septimum. 209

po? Resp. Si veniat peregrinus habens casus
 referuatos in suo Episcopatu, sed non refer-
 uatos vbi confitentur, poterit Curatus eum
 absoluere, quia hoc licere omni exposito af-
 firmat Sil. confessor. 1. q. 13. licet q. 11. obscu-
 rius loquatur. de Graff. 1. par. lib. 1. c. 13. num.
 35. concordare videtur in substantia, Sot. ve-
 rò d. 18. q. 4. art. 2. de peregrinis affert duas
 sententias, alteram concedentem, alteram
 negantem, nisi adsit licentia proprii Episcopi
 peregrinandi. Sed Nau. c. 27. num. 255. conce-
 dit posse absolui, si Curatus habet facultatem
 in casus referuatos. At cum decretum supra
 nominatum dicat, etiam in dubijs non licere
 absoluere, nisi ab habente facultatem in casus
 referuatos, & in casu dicto sit inter Doctores
 dubium, & nulla causa vrgens, vt est dictum,
 supra num. 45. Videtur dicendum, non posse
 absolui, nisi per habentem dictam faculta-
 tem.

49
 Quomo-
 do se ge-
 rat cura-
 tus in ca-
 sib. refer.

Si verò veniat habens casum referuatum
 in proprio Episcopatu, & etiam referuatum,
 vbi eum confitentur, non potest absolui, nisi ab
 habente casus referuatos. Sot. ibi.

Si veniat habens casum referuatum vbi
 confitentur, sed vbi est factum non referuatum,
 non potest absolui, nisi ab habente casus re-
 feruatos, quia peregrini debent viuere legi-
 bus loci. Sot. ibi de peregrinis.

Si veniat habens casum, qui quando est fa-

O

ctus

ctus non erat referuatus, sed postea est referuatus, non absoluitur nisi ab habente dictam facultatem, quia in absolute referuatorum respicitur tempus, in quo datur absolutio, & in casu nostro tunc est referuatus.

Si veniat habens casum, qui quando est factus erat referuatus, sed tempore absolute nis referuatio est sublata, absoluitur ab omni exposito per dictam rationem.

Si veniat habens casum referuatum, sed cū factum fuit non credebat mortale, si ignoratum fuit inuincibiliter absoluitur ab omni exposito, quia solum mortale potest referuari, at hoc non est mortale. Silu. casus quæst. 5. de Graff. 1. p. lib. 1. cap. 3. num. 71. Henriq. de pœnit. lib. 3. cap. 14. num. 6. & communis. Veniēs verò cum casu, qui cum est factus nesciebat esse referuatus, sed tamen sciebat, vel credebat mortale, erit referuatus, per rationem dictam.

Quid si Curatus, qui habet casus referuatos audit suum in alieno Episcopatu casum, habentem ibi referuatum, non referuatum autem in Episcopatu Curati, an dictum possit absolute? Resp. & credo posse absolute, quia cum hic Curatus absolute auctoritate sui Episcopi suum subditum legitime confitentem, & casus a suo Episcopo non sit referuatus, valide absolute.

Sed quid? si veniat habens casum dupliciter

ter referuatum, videlicet referuatione ordinaria, & præterea excommunicatione ab Episcopo lata disiunctiue. i. primo referuauit, deinde excommunicationem addidit: si inquam hic veniat ad Curatum habentem casus referuatos, vt ab eisdem absoluatur, & inter confitendum obliuiscitur censuræ, an si absoluatur a referuato, vere absoluatur, etiamsi non absoluatur a censura? Resp. Suarez tom. 4. disp. 31. sect. 4. num. 19. absolui, excommunicatione non impediente, sed interim sua virtute suspensa.

Porro quando audis referuatum oblitum in confessione tolli, debes intelligere, inculpabiliter oblitum, & confessum coram eo, qui verè poterat absoluere, & ad quem accesserat pœnitens, vt a referuato absoluere, & absoluens intendebat velle absoluere. Suarez to. 4. disp. 31. sect. 4. num. 14. & 18. inuit Armil. §. 13. sufficit intentio absoluendi ab omnibus peccatis cum potestate quæ semper adest.

Quæritur. Quomodo Curatus absoluat venientem cum casibus Episcopalis? Resp. Vel mittat prius pœnitentem ad eum, qui potest absoluere a referuatis, & cum redierit absolutus ab eis, Curatus audiat & referuata, & alia omnia peccata, & absoluat. Sil. confess. p. q. 19. Sot. dist. 18. q. 2. art. 5. ad 2. arg. Henric. de pœnit. cap. 15. num. 5. Tol. lib. 3. cap. 8. num. 3.

50
Quomodo
absoluat
habetem
casus
Episcopales.

* Et hoc habet Tol. ibi probabilius. Suarez vero tom. 4. disp. 31. sect. 2. habet pro necessario.

Vel absoluat ipse prius a quibus potest, nisi adsit excommunicatio reseruata, tunc enim a nullo potest absoluere, nisi ipsa prius sublata, deinde pro reseruatis mittat ad habentem facultatem absoluendi ab ipsis. Silu. ibi citat auctores.

* Suarez vbi supra hoc improbat; excusat tamen si adsit vrgens occasio, vel necessitas ita absoluendi. Tene cum Sil.

Practica. Curatus audito reseruato faciat sibi dari facultatem absoluendi a superiore, & omnibus auditis, absoluat etiam ab omnibus. Sot. ibi. Vel mittat poenitentem pro obtinenda facultate absolutionis, & hac habita, omnia audiat, & absoluat.

* Quia hæc via tutior secundum omnes: & necessaria secundum Suarez ibi; cum tamen ab ea excuset occasio, vel necessitas vrgens non poterit dici absolutè necessaria.

Quod si poenitens reuersus dicat factam sibi facultatem, vt absolutionem obtineret, a quo mallet, an Curatus credat, & eum absoluat? Resp. Absoluat tutè, quia poenitenti in tali re credendum. Et etiam si falsum referat, nullum inconueniens ex parte Curati sequitur, quia illa conditionata, quod licentiam habuerit, super qua absolutio fundatur, eum
omni

omni culpa liberat. Sil. confess. p. q. 17. in fine.
Si verò factum sit publicum fac vt dicitur,
num. 31.

An Curatus absoluat a referuatis stante
impotentia adeundi superiorem dictum est
num. 45. vide cap. 7. num. 10.

* An Curatus absoluat ab excomm. iuris
non referuata? Resp. tres in hac re esse senten-
tias. prima est Silu. absol. 1. num. 5. Nau. c. 27.
nu. 39. Sot. dist. 22. q. 2. art. 3. concl. 3. Armil.
abs. §. 36. & citatorum a Suar. tom. 5. disp. 7
sect. 3. num. 23. & affirmat. Secunda est Caiet.
absol. ab excomm. & aliorum citatorum a Sua-
rez num. 24. & negat. Tertia est Suarez ibi.
nu. 31. qui distinguit, posse, si ita in Episcopa-
tu sit consuetudo scita, & probata; non posse,
si non adfit dicta consuetudo. Ratio est, quia
consuetudo dat, & tollit iurisdictionem: & vbi
non constat de contraria consuetudine, posse
absoluere ex iure communi per cap. Nuper
de sententijs excom. idem docet Sayr. de cēsu.
lib. 2. c. 19. num. vlt. Hoc idem, quod potest Cu-
ratus, potest omnis expositus Sot. Nau. & Sua-
rez. Adde tamen si ita sit consuetudo eo mo-
do quo dictum est de Curato.

50
*An Cur.
potest ab-
sol. ab ex-
communi-
iuris non
referua-
ta.*

Ex declaratione Clem. viij. Ordinarius nō
potest sibi referuare absolutionem excommu-
nicationum iuris nulli referuatarum. affirmat
Comitol. resp. mor. l. 6. c. 12. at dictum decre-
tum videtur loqui de solis excommunicatio-

nibus Cœnæ Domini, ne (ait) superflue refer-
uentur.

Bene autem notandum, ne absolvas eum, qui habet casum pro quo forum exterius pos-
sit de absolutione data discutere, vt communi-
ter sunt omnes excommunicationes Papales,
ratio est, quia si absolueris, extra mortis arti-
culum, poteris vexari quoad docueris de ab-
solutione data. Quid agendum? Si citra dubiũ
potes absolvere vere, vere teneris absolvere,
quia lœtale absolutionem negare disposito,
nec excusat timor vexationis. Potes tamen,
vti hoc remedio, remittere pœnitentem, de il-
lius consensu, ita bonis rationibus a te per-
suaso, ad eum, ad quem de iure absolutio com-
petit, & ita liberaris periculo.

An simplex Sacerdos possit absolvere ab
excommunicatione minori? Resp. duas in hac
re esse sententias. Nau cap. 27. num. 25. affir-
mat. Caiet. vero absol. ab excommunicatione,
& tom. 1. opusc. 7. negat & vult absoluen-
tem esse admissum ab ordinario. Suarez tom.
5. disp. 7. sect. 4. num. 16. tenet vtramq; opi-
nionem pro probabili: sed secundam Caiet.
probabiliorem.

51
Quando
absoluit
cũ nesci-
tur an
mortale,
vel an pec-
catum,

Quæritur. Quid aget Curatus si dubitat, an
audita in confessione sint mortalia necne, vel
an audita sint peccata? Resp. Silu. Sacerdos in
fine, non debere determinare nisi de claris.
Et de Graff. p. p. lib. 1. cap. 32. num. 2. ait absol-

uen-

uendum cum conditione, si confessa sint peccata, & addit consilium. Extorquere a poenitente aliquod peccatum superioris confessionis, & data tali materia eum absolue. Porrò ista dicuntur fructuose, & absoluendo etiam cum dicta conditione nullum peccatum.

Queritur. Quid aget Curatus, quando poenitens est contrariæ opinionis a sua, an debeat eum absoluerè? Resp. In hac re esse quatuor sententias. Citantur ab Azor inst. p. p. lib. 2. cap. 17. quæst. 10. variè distinguentes. Tu dic breuiter. Quod debet eum absoluerè sine alia distinctione, & ad hoc tenetur. Ita Sot. dist. 18. quæst. 2. art. 5. ad 5. Tol. inst. lib. 3. cap. 20. nu. 7. Alij dicunt non teneri, sed posse absoluerè. Sic Nau. vt infra. Tene debere absoluerè cum Sot. quia poenitenti tali, sic confidenti absolutio debetur. Si placet videre auctores quæstionem hanc tractantes vide Angel. confessio 4. quæst. 2. Silu. confess. 3. quæst. 10. Nau. c. 26. n. 4. & 5. & alios citatos ab Azor vbi supra. Porrò quando dicitur esse opinionis contrariæ intellige vt dicitur c. 15. nu. 15. de opinione eligenda.

52
Pœnitens
contrar.
opin.

Queritur. Quid aget Curatus, quando in casu sunt opiniones diuersæ? Resp. Posse eligere, quam maluerit, dummodo sit probabilis. Vide c. 15. num. 15.

53
In casu
habens o-
pin. diuer-
sas.

Queritur. Quid aget Curatus, vt sui tute in Paschate confiteantur, & communicent? Resp.

54

*Quomodo assu-
rabit se
ut sui cõ-
fiteantur,
& com-
municet.*

Conformabit se consuetudini loci si fuerit sufficiens. Alicubi, dum communio datur, communicati scribuntur. Sed an iste modus sufficiat, ipsi viderint.

Communiter dantur, ut dicitur Bollettini seu schedulæ, sed cum dentur solis communicatis, quomodo reddent rationem villicationis suæ illi, qui confitentur solum? Fui deceptus a pueris aliquoties, cum non darem illis schedulas, ut mos erat in loco, sed staretur fidei illorum, & cum non fuissent confessi, tamen audacter affirmarent. Igitur pueris do schedulas illas distinctæ formæ ab illis quas communicati accipiunt. Et si aliquis alleget perdidisse, volo testes, alioquin denuncio Episcopo in numero non confessorum.

*Aduena
cogatur
recipere
Sacramen-
ti.*

Quod si aduena, peregrinus, seu viator, aut alius cuiusuis nominis de foris adueniens, prætendat non teneri legibus loci, eo quod de nouo aduenerit, tu obserua constitutiones Episcopi si adsint, si non adsunt, statim atque venerint animo habitandi vsque ad tempus Sacramentorum suscipiendorum necessario, potes cogere ea recipere, & præstare omnia, quæ præstant alij parochiani. Sil. domicilium. Lessius de iust. lib. 4. dub. 7. nu. 47. & num. 50. Alioquin improbi possent fallere ecclesiam, mutatione domicilij, seu habitationis. Vbi etiam Less. probat hanc esse veram ex consuetudine vniuersali, contra quosdam distin-
guen-

guentes de habitatione pro maiori, vel minori parte anni.

Quæritur. Quot testes sufficiant pro probanda confessione, vel communione? Resp. Vnum sufficere, cum non agatur de præiudicio tertij. Sil. testis q. 5. Dummodo non sit persona alias suspecta.

55
Quot testes probet
conf. vel
commun.

Quæritur. Quomodo agendum cum illis, qui in Paschate non sunt confessi, vel non communicarunt? Resp. Obserua consuetudinem loci, & constitutiones tui Episcopi. si nihil habes, transacta octaua Paschæ, sæpè in festis inter missarum solemnias admoneas negligentes, de satisfaciendo suo muneri, deinde post mensem, vel circa, Episcopum admone, & iussa exequere. Si Episcopus in te reiciat provisionem, fac vt dicitur infra nu. 73.

56
Quomodo agendum cum
non communic.

Si degis in loco, vbi statim a Paschate mul-
ti discere soleant vt pastores ouium, & similes, qui vix per octo dies post Pascha

remanent, mone Episco-

pum, & iussa exe-

quere,

maximè si personæ sint

suspecte de heresi, vel

alio titulo, vide

etiam cap.

5. num.

22.

POENITENTIA

POST ACTVM

CONFESSIONIS.

57
An absol
uat audi
tum.

Quæritur. An Curatus auditopœnitentiæ teneatur eum absoluere? Resp. Teneatur, nisi rationabilis causa differendi, vel negandi absolutionem instet. Omnes enim. Et cum hoc sit in magnam iniuriam pœnitentis, credo peccabit mortaliter; præterquam quod est contra Sacramenti integritatem. Si tamen per scrupulum, vel nimium rigorem non absoluere, non peccabit mortaliter, cum per conscientiam, licet erroneam, indicauerit ita rectè agere posse.

Cur. rigi
dus, vel
scrupulo
sus an
peccet.

Quando
absol.

Porro si Curato eueniat casus, etiam non referuatus, sed valde insolitus, & magnus, benè aget mittendo ad Episcopum, ut pœnitens ex tali missione laboret pro absolutione, & labor ille sit illi in partem pœnitentiæ, quando tamen pœnitens hoc acceptet, vel quando speratur profectus, alias libere esset absoluendus.

Quæritur. An Curatus absoluat eum qui nul
lam

lam omnino velit pœnitentiam? Resp. Silu. confessio p. q. 25. Caiet. citatus a Soto vt infra, Arm. confessio §. 29. Nau. cap. 26. nu. 20. & alij affirmant. Sot. verò dist. 20. quæst. 2. ar. 2. Tol. inst. lib. 3. c. 9 num. 6. negant Et ex Concil. Trid. sess. 14. cap. 8. in fine vbi habetur, datus clauis Sacerdotibus ad ligandum, & soluendum, & eadem sess. can. 15. eliciunt Doctores asserentem contrarium esse hæreticum. Ita Nau. ibi licet pro se glosset, & Henricus de pœnit. lib. 1. cap. 8. num. 1. Vide etiam Candelab. de satisfactione num. 25. & sequentes.

58
An absol
uendus
qui noli
pœnis.

In hac quæstione duo sunt consideranda.

Primum est An pœnitens teneatur acceptare aliquam pœnitentiam ad minus paruam. Et certe probabilius videtur teneri, secundum opinionem Soti, & aliorum, & ad eam imponendam teneri sub mortali etiam confessarium, per rationes a dictis allatas. Præterquam quod idem affirmat Suarez de pœnit. disp. 38. sect. 3. addens hanc obligationem esse grauem, cum pertineat ad Sacramenti integritatem, & religionem Deo debitam.

59
Cur. sub
mortali
det pœni.

Poterit tamen Curatus accomodare se pœnitenti, minuendo iustam pœnitentiam, quantum voluerit. Omnes.

Secundo considerandum, an vnquam Curatus sine pœnitentia possit absolutionem largiri,

giri, & tunc dicendum, posse.

Primo in morte, vt dicitur infra de pœnitentia infirmorum.

Secundo. Quando scrupulosus, sæpè intra horam redit cum nouis peccatis, Sed & tunc dare asperam expedit, nam vexatio dat intellectum, & liberat a scrupulis.

Tertio. Quando creditur pœnitentem satisfecisse Deo per magnam contritionem. Sed nec tunc inconuenit aliqualem imponere.

Quarto. Possit addi Curatum non peccare, quando obliuiscitur pœnitentiam imponere.

60 *Quid aget Cur. cum non potest absolui.* Quæritur. An Curatus peccet, si dimittat ex abrupto eum, quem absoluere non potest, cum astantes sint intellecturi non esse absolutum. Et per consequens sit illi pœnitenti ad aliquam infamiam? Respond. Non peccare, quia utitur iure suo, & irrationabile est iudicare non absolutum propter aliquod impedimentum cum ad confessionale accedatur sæpe, & pro confessione, & pro capiendo consilio, & pro recipienda consolatione, & similibus. De Graf. tamen parte prima, lib. 1. capitul. 24. num. 25. consulit confessarium recitare orationem Dominicam, vel aliud super pœnitentem, facta cruce, qua sic eum dimittat, ne pœnitens discedat confusus. Bonum sed non necessarium.

Quæ-

Caput septimum. 221

Queritur. An Curatus in Paschate det
 schedulam confessionis ei, quem Sacramenta-
 liter audiuit, sed pænitentis ipsius culpa, non
 fuit absolutus. An igitur danda scheda pro
 scandalo vitando? Resp. Posse dare si velit, sed
 non teneri. Henriq. de pænit. lib. 3. cap. 22.
 num. 2. Hæc resolutio fundatur super hoc, An
 confessione tali informi satisfiat præcepto
 Ecclesiæ, vel non. Silu. confessor 4. quæst. 2.
 in fine tenet satisfieri, & secundum hanc opi-
 nionem Curatus, dare tenetur schedam, ve-
 lit nolit. Alij dicunt non satisfieri. Sic Sot. d.
 18. quæst. 3. artic. 3. ad 4. argum. Viguer. cap.
 15. §. 4. versu 14. Nauarr. cap. 10. nu. 4. Azor.
 pri. par. inst. lib. 7. cap. 40. q. 4. Candelab. de
 confessio. num. 22. Et secundum hanc non
 tenetur dare. Et si velis tenere opinionem
 Siluestri, tamen habes remedium ad cogend-
 dum hunc ad confessionem, quod est. Tem-
 pore stato, ostiatim schedas recipere, & non
 dantes denunciare Episcopo. Et sic iste inter
 non dantes reperietur, & cogetur. Ante-
 quam tamen hoc remedio utaris, si Episco-
 pus iubeat Curatum excōmunicare omnes;
 qui non sunt confessi, si Curatus, sciat per so-
 lam confessionem hunc non confessum, non
 excommunicet, quia reuelaret confessionem.
 Porro si iste non confessus habeat inimi-
 citias, an expediat dicto remedio vrgere,
 consule Episcopum, qui iudicabit. Si Episco-
 pus

61

*An con-
 fessio in-
 formis sa-
 tisfacias
 præc.*

pus arbitrio tuo relinquat, non cogas, ne malè Sacramentum recipiat, & ne medicina conuertatur in venenum. Soc. diffin. 13. quæst. 1. art. 6. in prob. 2. conclus.

Et si in Episcopatu sit lata excommunicatio contra non confitentes, vel non communicantes in Paschate, hic, cuius confessio solo Curato nota est, non incurrit excommunicationem. Henriq. vbi supra in glos. C. licet afferat auctores contrariæ sententiæ, sed suâ vocat probabiliorem.

62

*Cur. det
opem ext.
petenti in
conf.*

Quæritur. An Curatus det opem externam indigenti petenti, quando in confessione talem indigentiam nouit? Verbi gratia, vir cogit vxorem moribundam testari, & ipsum instituere hæredem, & non sinit alium Curato alloqui vxorem, & ipsa opem petit. Vel, ancilla vix potest se liberare a domino procaci; & similes casus. An tunc Curatus, cuius auxilium postulatur debeat opitulari; Resp. Quosdam negare, nisi extra confessionem pœnitens reuellet factum complicitis. citantur ab Henriq. de pœnit. lib. 2. cap. 10. nu. 4. Alij citati ab eodem affirmant. In hac re magna est opus prudentia: in casu tamen quo adiuuet, non moueat se, si alius adsit, qui hoc præstare possit. Et Henriquez consulit habendam prius licentiam in scriptis. & addit interdum etiam expedire eam non habere nisi in confessione, vt si productus fuerit

rit

ric Curatus in testem possit negare.

An Curatus, & quādo peccet in hoc? Resp. Duo videri hic consideranda. Primum. Correctio eius, qui malè aget impediendo, ne pœnitens iure suo vtatur: & secundum, Necessitas indigentiae auxiliij. Igitur Curatus ratione correctionis tenebitur, quando emendatio speratur, quia sub hac regula correctio adstringit. Ratione verò necessitatis tenebitur, quando aliter non potest adiuuari.

* Vide Suarez de hac re fuse docentem & in substantia ita tenentem tom. 4. disp. 34. sect. 4. per totum.

Quid si iste adiuuetur, sed Curatus notabiliter patiatur? Resp. Si iste indigens, indiget in re, quæ est peccatum mortale, vt est dictum de ancilla, tenetur Curatus, (si alius iuuans non reperitur) cum periculo propriæ vitæ opem ferre, si tamen speratur bonus effectus, quia aliàs omnis diligentia frustratoria esset. Ratio horum est, quia anima socij est altioris ordinis vita propria, & cum damno huius tenemur saluare alteram. Si verò is qui indiget, est in indigentia rerum corporalium, vt est dictum de vxore, quæ non permittitur testari, tunc Curatus cum damno corporis, aut bonorum suorum, non tenetur opem ferre; quia tenemur magis amare bona nostra, quam aliorum. REM DEO commendat antequam aggrediatur, & consultat

sapien-

sapientes, & facienti quod est in se numquam deest Deus.

63
Non iu-
bens resti-
tut.

Quaritur. Quid aget Curatus, qui in confessione, vel non iussit, vel non curauit restitutionem? Resp. Tres me in hac re inuenire sententias. Prima est dicentium si hoc egit ex malitia, vel aduertendo malè agere, vel quod deberet studere antequam absolutio- nem conferret, teneri ipsum de proprio restituere, & est communis. Secunda est Lessij de iust. lib. 2. cap. 13. num. 77. Curatum, & Episcopum teneri ad hoc, reliquos confessarios non teneri. Tertia est Rebelli de obligationibus lib. 2. quæst. 14. sect. 8. num. 65, dicentis confessarium solum ad restitutionem teneri quando malè iussit restitutionem fieri puta Petro, cum facienda esset Ioanni, non teneri verò, (licet mortaliter peccat) quando, etiam data opera, non iussit eam; ratio est, quia confessarius in ordine ad creditorem nulla obligatione tenetur ratione officij suscepti, nec eius procurator existit. Lessius etiam in fine tenet hanc probabilem etiam in Curato, & Episcopo.

Errans vero bona fide credens benè agere, secundum omnes, nec peccat, nec tenetur ad restitutionem, sicuti, si oblitus est, ac etiam si restitutionem non iussit, cum tamen crederet pœnitentem spontè facturum. Nauarr. cap. 17. num. 22. & omnes.

Quæ-

Quæritur. Quid aget Curatus, quando erravit in absolutione absoluendo, quem non posset? Resp. Nau. cap. 26. num. 14. Si erravit absoluendo ab excommunicatione, aut casibus referuatis, debere, obtenta facultate absoluendi, absoluere eum præsentem, si habere eum potest quantum ad ea, quæ spectant ad absolutionem Sacramentalem; licet, possit absoluere absentem quantum ad censure præcisæ.

64
Errans
absol.

Valere verò pro excommunicato affirmat Suarez tom. 4. disp. 32. sect. 6.

Igitur, si speratur pœnitens acquieturus, obtenta licentia, narra ei errorem, & secundum eius voluntatem absolue, vel dimitte, in absolutum. Si nequis scire de profectu, rem Deo commenda siue pœnitens sit præsens, siue sit absens. Magis autem correctionem erroris procura, cum resultat in damnum tertij.

Quæritur. Quid aget Curatus, si quis, velit eum confessionem vxoris vel alterius reuelare? Resp. Nullatenus reuelet, etiam si certò esset ei moriendum. Lenibus eum primo deterrat a mala voluntate, deinde etiam asperis, si prudenter iudicauerit expedire.

65
Quid aget si cogatur reuelare conf.

Quæritur. Quomodo Curatus aget, si debuerit confessionem reuelare de pœnitentis licentia? Resp. Angel. confessio vltim. quæst. quinta, & alij citati a Sor. distin. 18. quæst. 4.

66
Quomodo reuelanda conf.

articul. 6. dicunt confessarium, etiam cum tali licentia non posse confessionem reuelare. Silu. verò confessio 3. quæst. 3. Armil. confessio. §. 10. Sot. ibi Nauar. cap. 8. num. 15. dicunt posse reuelare cum tali licentia.

* Citantur doctores vtriusq; sententiæ, & examinantur a Suarez tom. 4. disp. 34. sect. 4. par. per totum.

PRAXIS. Curatus faciat sibi dari talem licentiam per scripturam, vel testes, ne accusetur tanquam confessionis reuelator. Vel absoluta confessione, pœnitens roget confessarium, vt talia, & talia dicat, licet iam ea dixerit in confessione, quia tunc Curatus habet se vt merus nuncius.

Si tamen pœnitens extra confessionem loquatur cum Curato de confess. non dicitur Curatus reuelare confessionem. Henricus de pœnitent. libro tertio, capitulo 21. num. secundo.

Sed si confessarius defectum commisit in confessione ex quo obligatur monere pœnitentem Suarez tom. 4. disp. 33. sect. 5. num. 3. docet petendam facultatem a pœnitente colloquendi cum eo de confessione, quam si dare renuat dummodo commodo possit id est, citra scandalum, nihilominus de errore doceat, quia vere hoc est non loqui extra confessionem, sed perficere eam.

Quæritur. Quam pœnitentiam dabit Cura-

67
An Cur.
vniquam
petat licen-
tiam reue-
landi con-
fessionem.

ratus sanis? Resp. Omnes affirmare debere dare congruentem; & peccatis correspondentem. Alij dandam conformem canonibus penitentialibus. Sed prima sententia nihil docet. Secunda verò est falsa. ita Nau. citatus a Can delab. de satisfact. num. 24. nam veritas est, penitencias Sacramentales esse arbitrarias. Ideò Curatus dabit eas secundum regulas prudentiæ; præseruatiuas, & punitiuas. Et quidem quo ad punitiuas, credo melius esse dare breues, sed asperas, maximè inter idiotas, quia vt experientia docet, graues nunquam fiunt. Quæ verò sint hæ, prudentes Curat. vel suo Marte effinget, vel a vicinis discet. Aliquo maximo vicio illaqueato persua deat, vt interdum voueat se illam, aut illam penitentiam subiturum, si in illud peccatum reinciderit; numquam autem, vt iuret, vel voueat se id non admissurum. Nau. cap. 26. num. 25. in fi. Curatus isto remedio vtatur, cum probabiliter sperat profectum, maximè in peccatis magnis, in præiudicium tertij, vt beneficijs, & similibus. Optimum remedium est, mittere ad lucrandas indulgentias. Caueat tamen Curatus ne omnib. omnes det, quia ministerium posset irrideri. Recta horum absolutio prudentiæ relicta.

* Inter fructuosa suum locum obtinet ea, quæ voluntariè fuerit assumpta à pœnitente cum approbatione confessarij: putà confes-

farius hortatur pœnitentem consuetudinarium : quia de his maximè sermo ad eligendam sibi, certam pœnitentiam, quoties reincidenterit, quia ista valide operantur, ad euitandum peccatum.

69
Pœnit.
pub. an
possit im-
poni.

Quæritur. An publica pœnitentia possit imponi. Resp. Nau. cap. 8. num. 10. negare, eo quod hoc sit confessionem reuelare. Suarez vero tom. 4. disp. 38. sect. 6. num. 3. cum citatis ibi distinguit, pro peccatis occultis non posse dari, sed bene pro publicis, ad ecclesiæ satisfactionem, & exemplum. Sed S. Tho. citatus ibi a Suarez concedit posse dari, nec confessionem reuelari, eo quod sit per acceptationem & consensum pœnitentis.

At Suarez non probat nisi cum limitatione dicta. Sed non placet opinio Suarez ob eius fundamentum, quod pœnitens sit coactus ad talem pœnitentiam; quia pœnitentes sciunt non cogi, & cum pœnitentia est ardua, bene norunt remissionem petere. Ideo stabit sententia S. Tho. Sed si volueris tenere opinionem Suarez, nota pro peccato occulto male dari ieiunium ei, qui non solet ieiunare, cum ex ieiunio domestici possint intelligere gravitatem peccati.

70
Potest dari
gravis
pœnit. sine
obligatione
implendi eam.

Quæritur. An confessarius possit gravem pœnitentiam imponere absque obligatione eam implendi sub mortali? Resp. quosdam negare. Suarez vero cum Med. citato, 4. disp.

38. sect. 7. concl. 2. num. 5. affirmat posse. Sed & credo confessarium illum prudenter acturum, qui sub hoc modo pœnitentias imponeret, quando dubitaret de illarum adimplentione.

Quæritur, An peccet Curatus, qui omisis omnibus solitis addi post formam necessariam absolutionis sola forma substantia-

li absoluit? Resp. Candelab. de absolut. numero 47. & 48. Contra contemptum nec esse veniale. Idem

Sot. dist. 14.

quæst. 1.

art.

3. ante versum. Tandem quod

est per col. ante finem. li-

cet posset practica-

ri in magnis re-

côciliationi

bus.



71

An peccatum omis-
tere quod
sequitur
formam
substantia-
lialem.

POENITENTIA

INFIRMORVM.

72
*A quibus
 absoluen-
 dum in
 morte.*

QVAERITVR . A quibus absoluat Curatus in articulo mortis ? Resp. Ab omnibus peccatis, & censuris, etiam Palibus. Conc. Trident. sess. 14. cap. 7. de poenit. vide cap. 5. num. 24. & 26.

Absolutus autem in articulo mortis a casibus Episcopalibus, non tenetur se presentare ei, cui absolutio extra dictum casum competeat. Omnes. Absolutus verò ab excommunicatione, tenetur se presentare, alioquin reincident in excommunicationem. Omnes.

73
*An absol.
 in morte
 a cens. sepeliendus
 in Sacro.*

Quæritur . An absolutus in articulo mortis a censura possit sepeliri in Sacro? Resp. Dic quod sic. vide cap. 3. num. 5.

74
An inferior in morte præsetat sup.

Quæritur . An Curatus, qui absoluit in articulo mortis, hoc possit etiam non requisito superiore ad quem alias absolutio de iure spectabat? Resp. Tres in hac re me reperire sententias. Prima est sacerdotem excommunicatum vitandum, suspensum, aut præcisum non posse absolvere. Suarez vt inira disp. 26.

ratio

ratio est, quia hij omnes per Ecclesiam sunt
priuati hoc ministerio.

Secunda est posse omnem sacerdotem, etiã
hæreticum, aut quomodocumq; excommu-
nicatum, vel præcisum. Ratio est, quia Trid.
sess. 14. c. 7. de pœnit. concedit hoc posse om-
nem sacerdotem, pro omni censura, & casu.
Candel. de absol. nu. 14. Comitol. resp. moral.
lib. 5. q. 14. Azor p. p. lib. 8. c. 10. q. 14. Suarez
tom. 4. disp. 30. sect. 3. num. 5.

Tertia est citatorum a Candelab. ibi. Sua-
rez to. 4. disp. 26. sect. 4. Tol. lib. 1. c. 15. Di-
centium nullum sacerdotem posse absoluere
præsente eo, qui citra dictum articulum ab-
soluere debebat. Ratio est, quia cum Conc. in
tali articulo, talem facultatem facit, ponde-
randum est eam facere sub hac forma verbo-
rum, **NE ALIQUIS MISERE PEREAT**,
cum vero in casu proposito habens, qui pos-
sit eum ordinariè absoluere, non sit dicendus
perire, videtur dicendum, non posse absolui
nisi ab habente facultatem ordinariam. Pri-
ma sententia communiter non admittitur. Se-
cunda est communior. Tertia est iuri con-
gruentior. Si tamen iste poenitens excusetur
confiteri proprio sacerdoti, vel alteri ibi ad-
misso per casus a Nau. recensitos, cap. 7. num.
4. qui reducuntur ad hos, cum est periculum
morale grauis periculi proprii, vel alterius,
aut infamiae propriæ, tunc potest non pro-

prius absolueret, etiam præfente propfio, quia tunc isti per inde est ac si non haberet confessor. Suarez ibi.

75
Præfentare se
quamprimum quò
intelligendum.

Quæritur. Quomodo intelligendum illud, quod absolutus in articulo mortis ab inferiori, debeat se præfentare quamprimum superiori? Resp. Silu. texcom. 8. num. 3. ante dubia, Intelligendum, quamprimum sublatum, fuerit impedimentum, & absolutus sibi prouiderit de necessarijs pro eundo, secundum illos qui dicunt, quod teneatur ire, secundum, verò illos, qui docent, quòd possit mittere, vt est dictum cap. 5. num. 24. cum prouiderit de necessarijs pro mittendo.

76
Quò credendum
ei qui iussa non
perfecit.

Quæritur. Quomodo se gereret confessarius, si is post absolutionem dixerit se non potuisse, nec ire, nec mittere? Resp. Si verè pœnitens crediderit se non potuisse, credendum est illi, Silu. vbi supra excommunicatio.

77
Articulo
mortis.

Quæritur. Quis censeatur esse in articulo mortis? Resp. Primo, & dico vidèdam esse, c. 5. num. 55. Deinde dico aliquos distinguere inter periculum, & inter articulum mortis. Articulum volunt esse, cum mors est iam in fieri per causam naturalem, aut violentam. Sot. distinct. 18. q. 4. art. 4. de Graf p. p. lib. 1. cap. 13. num. 8. Periculum verò esse, cum quis se obijcit periculo mortis, vt ingrediendo prælium, vel mare. At re vera pro absolutione sunt idè. Silu. absol. 1. num. 7. & confessor. p. q. 6. Nau. cap.

Caput Septimum. 233

cap. 27. nu. 271. not. 7 Henriq. de poenit. lib. 3. cap. 11. nu. 3. qui vocat hanc sententiam certam, & in praxi tutam. De Graff. verò vult de periculo fieri articulum, cum mors, quæ in principio non imminebat, postea imminet. Tene cum Silu. & reliquis.

Morti proximus, non ita quod iamiam agat animam, sed cum est in tali termino, in quo communiter moritur. Omnes. Sic qui est in morbo, vel est senio confectus, vel habens vulnus lethale. Angel. mors q. 6. Henriq. lib. dicto cap. 9. num. 1. Silu. mors q. 4. Qui nauigaturus est per loca periculosa. Silu. & alij ibi. Fabricians febre graui, & acuta. Habens inimicum potentem, & eum ad mortem quarentem, vel si non potentem, tamen quarentem ad mortem, habens difficiles partus, quæ prima vice parit. Henriq. ibi nu. 1. Sed omnia ista dicuntur exemplariter, relinquitur enim arbitrio prudentis, quis dicatur esse in articulo mortis. Silu. & Angel. mors.

Quæritur. Quomodo Curatus audiatur confessionem infirmi? Resp. Non cogat eum surgere, sed sinat decumbere. Confessionem viri poterit ostio clauso audire, feminae vero non audirem, nisi ostio aperto, plus minusue, vt prudentia docuerit. Iudico bonum patere omnium oculis. Adiuuet ægrum interrogationibus, quæ vt plurimum in hoc casu sunt de præcepto sub mortali, vt est dictum sup.

78
Quo audienda
confessio
infirmi

79
*Infirmus
 imparatus
 audiat
 tur.*

*Peste in-
 fectus quò
 audien-
 dus.*

num. 23. Et si se non præparauit, vel quia de hoc non cogitauit, vel quia non potuit audiendus est, vt dicitur ibi. Laborantes febre maligna, aut alio morbo, qui contrahi possit, audiat in tali distantia, quod satisfaciatur Sacramento, & Curatus provideat sibi prudenter utili remedio. Et si æger sit ita languidus, vt non possit audiri nisi è vicino, & aure ad illius os admota, admoueat, quia cum quantouis proprio periculo ita gerere debet, etiamsi esset illi certò moriendum, vt quando audien- dus est peste infectus intellige tamen de neces- saria confessione. Vide c. 1. num. 6. Ideò poterit inquirere a medicis, an infirmitas, qua æger laborat, sit contagiosa, vt sibi valeat providere. Bonum remedium est ignem interponere, dicimus nos (di Carboni accessi) vel aliquo odorifero suffitu, vel gestare in manibus globulum odoriferum, vel munire se aqua rosacea, aut aceto, aut alia re odorifera in manibus gestata, maximè in sinistra, vt admonuerunt medici periti. Omnia tamen sapièter ne nimia cautela propria, cauteriet, seu potius confodiat animum miseri languidi. At nec semper, nec vt plurimum his utatur remedijs, sed tunc solum, cum clarum est, vel valdè probabile necessaria esse. Omnium decentior est, habere in manibus chirotechas odoriferas, quibus & se muniet, & videbitur quasi non agere factum suum. Sed & si infir-
 mus

mus validè loquatur, sufficiet eum audire in aliqua distantia, tali tamen, quod non videatur infirmum refugere: & si infirmus vix loquitur, poterit etiam ab eadem distantia audiri, admonito respondere per nutum, & renutum, quia hoc sufficiet, & ne infirmus terreatur, Curatus addat, ita illum admonere, vt sine fatigatione, & facilius confiteatur. Vide etiam cap. 9. num. 20.

Quæ dicta sunt de febre maligna laborante, intellige etiam de phrenetico, & delirante. Quidam curatus, dum vocatus pro confessione phrenetici illi se approximasset, ita per collum est a phrenetico apprehensus, vt non nisi graui curati allisione, & multorum astantium conatu, illius manus effugeret.

Quæritur. Quid agat Curatus cum fuerit vocatus ad audiendam confessionem parturientis, vel vulnerati moribundi, qui moritur, & non posset relinqui ab illis, qui opitantur eis, ita vt necessario confessio sit facienda coram ipsis adstantibus?

80
Parturientis, & vulneratus, quomodo audiendi.

Resp. Expellat plures, & relinquat pauciores, quo potest, & ex relinquendis eligat prudentiores; Feminas, si possibile est, omnes expellat, quod credo possibile, nam & mihi contingit casus de parturiente: expulsæ enim sunt omnes, & tamen parturiens, non periclitata est. Si non possent expelli omnes, relinquat pauciores, & prudentiores, & relictæ

non sint cognatæ, vel affines ne maiori verecundia acta infirma faciat confessionem mancam. Potest etiam confessor vti hoc remedio, interrogare pœnitentem ad aurem, & per nutum, & renum excipere responsum & admonere astantes se auertant, dum infirmus respondet. Admoneat tamen semper Curatus astantes teneri ad sigillum de auditis, vt not. Silu. confessio 3. q. 1. Nau. c. 8. nu. 4. & communis.

An saltem tunc sufficiat audisse vnum, aut alterum peccatum, vel an confessio debeat fieri integra? Dic faciendam integram, si potest, alias non valeret: quia esse integram, est conditio necessaria de iure diuino. Omnes. Porrò in similibus difficultatib. sufficet mortalia audire, venialia verò omnia vnico contextu confiteri.

*Confessio
que fiat
publice.*

Quid de isto casu. Aduocat curatum infirmus, & dum aduenit, præsensibus multis confitetur publice aliquod peccatum, dicens, vocauit te domine, quia sum recordatus me talia, aut talia egisse, quid aget tunc curatus? Resp. confessionem de necessitate non debet esse secretam, ita Conc. Trid. sess. 14. c. 5. & Suarez tom. 3. disp. 21. sect. 2. assertione 6. cum citatis ibi, ideo eo modo quo infirmus publice confitetur, eodem curatus publice Sacramentum perficiat suis interrogationibus necessarijs, & impositione pœnitentia.

ria. Ego tamen vt conformarem me vsui ec-
clesiæ, qui est Secretam facere confessionem,
& ne astantes scandalizarentur, aut malam
de aliquo existimationem exciperent, intelle-
cto pœnitente velle confiteri, excluderem om-
nes, & secreto secretam confessionem absol-
uerem.

Quæritur. Quid aget Curatus cum pœni-
tente moribundo, qui nolit, præ tedio, vel pro-
pter odium, aut aliud simile, confiteri? Resp.
Blandè primum omni possibili artificio con-
tur eum lucrari; si omnia cedant irrita, aspe-
rius eum deterreat de utilitate sua, respectu
maiestatis Dei offensi, etiam si infirmus esset
Imperator, & incussione terroris ob vicinum
Infernum. Benè etiam mihi cessit quadam-
die, cum vocatus fuisset ad excipiendam
confessionem cuiusdã infirmi qui paulò post
obiit; Cum enim non possem eum inducere,
vt rectè confiteretur, interrogavi, scis in-
quo statu maneat, & respondente, scio me
malè habere, adieci, Imo cum iam iam mo-
riaris, & pedes posueris in Inferno, propter
peccata, dormis quasi alienum factum aga-
tur. Multa similia a peritis audiui. At pru-
dentia, & ad ista non nisi periclitante omni
spe, & alio remedio deficiente, non apponen-
da manus. Et diligenter perspicito, in quo

81
*Moriens
nolens cõ-
fiteri.*

*Bona præ-
tica pro
obstinato
in morte.*

nes artes adhibe. Verbi gratia, Iuvenes amore vitæ ægrè se voluntati Dei aptant. Tu hunc amorem discute. Alius amore filiorum, vel vxoris tali malo laborat, cum tamen aliàs de confessione non curaret, tu dissipatorum fundamentum malum, & omnia faciliter benè cedent. Ideo opus est magna charitate, & prudentia, & Deus non deerit. Et si contigerit istum obdurato animo resistere Spiritui Sancto, saltem Curatus videat an possit eum inducere ad actum contritionis maiorem, quam possit. Numquam, tamen absolueudus cum cautela, in quantum possum, & indiges, si, cum possit, nullum peccatum confiteatur, vel non confiteatur integrè, quia hoc priuilegium conceditur solum non potenti confiteri, vt dicitur infra num. 86. Et, si iste animo indurato deueniat ad mortem, nunquam Curatus eum deserat, sed omni artificio conetur illum inducere ad saltem eliciendum dictum actum contritionis, maxime ante collationem Extremæ vnctionis, vt vi Sacramenti de attrito fiat contritus, vt dicitur de Extrema vnctione,

82
Nolens d^{ca}
ve pacem

Quæritur. Quid faciendum, cum recen-
ter vulneratus moritur, & inimicus veniam
petit? Resp. Vulneratum hunc debere ex ani-
mo depellere odium, & Curatus, non nisi eo
depulso debet eum audire in confessione. Si
verò inimicus veniam petit, an vulneratus
tenea-

Caput Septimum. 239

teneatur veniam dare, vulgariter (Dar la pace,) & si noluerit dare, an absoluendus? Resp. Azor Inst. 2. lib. 12. cap. 3. quæst. 7. non teneri dare pacem, dummodo ex animo verè deponat odium, & desiderium vindictæ: quia, ait, est difficile, & ferè violentum statim ista præstare. Sed cum eodem cap. dicat dare pacem, esse signum speciale amoris, ad quod non tenetur aliquis, nisi in præparatione animi, & cum si non ostendatur tale signum amoris causet scandalum; Tu vide, an qui sciuerit pacem peti, & læsum nolle dare, scandalizetur. At credo tunc Curatum posse hunc absoluere, cum nitatur opinioni dicti doctoris, quod sufficere dicitur, vt in cap. de elect. opinionis. Ideò credo Bonum in tali casu, cum non appareat signum probabile infirmum daturum pacem, melius esse non petere, sed dextro modo parochus curabit non peti, ne alicuius offensionem incurrat, ne si fortè petatur, & ille neget, infirmus cogatur carere necessario remedio pænitentia, quæ sine dubio, ratione scandali, illi neganda videretur, nisi maius excusare scādalum, eo quod liceat sequi opinionem Azorij. Imo in animaduersionibus 2. partis Conf. Nau. conf. p. fol. 154. refertur quendam Episcopum argutum, eo quod priuaret communionem nolentes dare pacem iuxta sententiam Azor. si autem iste vulneratus fuit aggressor, & aggressus non
habet

habet testes, & ideo malè tractabitur a curia; si iste vulneratus est in periculo mortis cogatur a cōfessario veritatē rei per scripturam publicam, vel saltem per testes, aperire, vt consulat indemnitati aggressi: tenet enim ad damna inde sequentia. Silu. causa q. 8. Quale sine dubio aggresso imminet. Si autem iste vulneratus est citra periculum vitæ, & fuit aggressor, non cogat, quia induceret eū ad rem valde sibi noxiam, quod natura abhorret.

83
In dubio
de restit.
quid agen-
dum.

Quæritur. Quid aget Curatus, cum vocatur ad infirmum, qui habet casum in quo est dubium super restitutione & interim infirmus moritur, & non datur tempus consulendæ veritatis per libros, vel sapientes? Resp. In dubio non obliget ad restitutionem. Silu. conf. flor 3. q. 10.

Poterit tamen Curatus obtinere ab hoc pœnitente, vt re benè consultata possit hæredibus restitutionem mandare nomine mortui, nec dicetur confessionem reuelare de Grass. p. p. lib. 1. art. 23. num. 14.

84
Solicitatus
a malæ
femina

Quæritur. Quid aget Curatus si sollicitatur a mala femina? Resp. Millies potius teneri mori, quam vel leuiter Deum offendere, & qui ita intractus accesserit non confundetur, nam Deus non derelinquit sperantes in se. Sed & prudentiæ debentur suæ partes. v. de qua dicuntur nu. 88. Et si Curatus aliquid simile

simile sibi obuenturum timeret posset non audire confessionem istius fæminæ, nisi socio in decenti distantia constituto. Credo tamen bonum consilium, nam & scio religionem valdè piam ita practicare, numquam mulieres tangere quamuis causa, etiam quantumuis honesta, etiam super vestes, & loca honesta, vt brachia, vt inter loquendum quidam faciunt: Nec admittere ad deosculationem manus grandiusculas, puta supra octauum annum, licet blandiri paruulis sit res eorum, parentibus grata, & quæ Curato amorem conciliet. Præterea a toto genere melius est esse cum fæminis asperum, quam placidum, nam & hoc præcidit viam ad malam consuetudinem: Sed & bonum abstinere a non necessaria locutione cum fæminis, & necessariã non protrahere ultra sufficientiam.

Pro quo nota Contingit aliquoties personas religiosas, quæ continentur singulis octo diebus, & fortè sæpius, dum accedunt ad confessionem immorari tantum, quantum sufficeret pro facienda confessione vnus perdit latronis, & dant multum, quod loquantur astantibus. Tu vide an benè hoc cedat, & tollatur ista admiratio. Postquam personam noveris, non audias nisi mortalia, si habet, vel venialia grauiora, reliqua omnia facias verbo generalieas confiteri, quia ita benè confitetur, & nullus lassatur expectando, & omnis

Q admi-

85
Quomodo tollenda confessiones prelixæ.

admiratio tollitur, cum ista breuissimè possint præstari. Et si talis pœnitens conquæritur, quasi non planè satisfiat illi, tu doce de veritate, & de, non dicam necessario, sed decenti modo se confitendi.

86

*Infirm. si
ne loque-
la an ab-
soluendus.*

Quæritur. Quid aget Curatus vocatus ad infirmum, qui loquelam amisit. Resp. Si ostendit signum doloris, seu desiderium confitendi, sed non valet omnino loqui, audiat confessionem per nutus.

Si hoc non potest, sed tamen ægrè poterit, (iam iam enim moritur,) aperire oculos, stringere manum, pete an doleat de peccatis, & in signum claudat oculos, vel manum tuam stringat, & altero horum faciente, absolue in quantum potes, & ille indiget. Idem agas, si, cum aduenisti, ostendit signum pœnitentiæ tundendo pectus, vel aliud simile, & postea amisit omnem sensum, quia licet Sot. dist. 18. quæst. 2. artic. 5. colum. 4. circa p. argum. Navar. cap. 26. num. 28. Viet. de confessione concl. 183. & alij negent tali dandam absolutionem, tamen contraria sententia, quæ affirmat est in praxi tutata. Et Suárez tomo 4. disp. 23. sect. 1. num. 5. vocat securam, & exercendam. Certè nulla iniuria fit Sacramento, cum conditio suspendat irreuerentiam, quæ posset fieri, si aliqua esset, Sacramento. Multò magis concedunt omnes posse absolui eum qui dicto aliquo peccato deficit, & confessionem perficere non valet.

de

de Graff. parte prima, libro primo, capitulo vigesimo sexto, numero septimo.

Practica bona. Interroga tunc de communioribus statui pœnitentis, per nutus, & renutus excipe confessionem, numerum verò peccatorum per ostensionem digitorum, si fieri potest: si non potest, meliori modo quo potest. Et si facta diligentia possibili videris pœnitentem non posse explicare omnia requisita, absolue a quibus potes, admonito de reficienda integra confessione, cum conualuerit.

Quæritur. De isto casu. Fui semel vocatus ad excipiendam confessionem infirmi, qui poterat loqui, sed ægrè, & dicto vno peccato per horam integram, non potui aliud ab eo elicere, ipso me audiente, & præ stupore, vel aliud non respondente? Resp. Si iste verè non potest loqui, nec respondere, per nutus, absoluendus cum conditione, In quantum potes, & indiges, Si vero alterutrum potest, & non præstat, non absoluendus: quia non vocatur confessarius, vt diuexetur, sed vt confessionem excipiat. Bonum tamen erit, admonitum de errore inducere ad

87
Casus de
nò respon
dente in
confessione.

confessionem, quò si aliter nolit agere, & tu illum desere. Verum est tamen, quod si tibi contrarium non constat, tutò potes credere, illum non posse aliud præstare, & hoc credens admoneas de confessione rectè facienda cum conualuerit, & interim absolue cum conditione: cum tamen credis, vel dubitas de morte illius; secus, si contrarium scias quod vix possibile videtur.

89
*Quid a
 genti cū
 eo cui non
 possunt
 imponi
 quæ ve-
 niunt im-
 ponenda.*

Queritur. Quid si pœnitens dicto aliquo peccato, amittat loquelam, & modum perficiendi confessionem, & Curatus cognoscat illum multa debere restituere, vel quia de illis confessus est, vel quia est publicus vsurarius, aut est in publica excommunicatione, & non possunt imponi, quæ veniunt imponenda, quid agendum, absoluet absque quod aliud imponat, vel an nullatenus absoluet? Resp. Debere absoluere, cum cautela, in quantum possum, & indiges. Tolet. institut. libro quinto, capitulo trigesimo sexto, numero octauo.

Aduertat tamen Curatus, admoneat eum, quod cum conualuerit teneatur
 de

Caput Septimum. 245

de perficienda confessione, & tunc imponet imponenda. Quòd si postquam conualuerit, nolit vltcrius confiteri, parochus non curet, qui satis est suo munere functus.

Et si attequam confessus iste absoluetur verè expiret, & habeat excommunicationem, & Curatus non possit primo ab excommunicatione absoluerè, & deinde a peccatis, quid? Resp. Sufficere dicat Absoluo te, intelligendo ab excommunicatione, & peccatis. Candel. de absol. numero quadragesimo septimo. Sed si supersit tempus ob maiorem certitudinem addat, Ab omnibus censuris, consulit Suarez. tom. quinto, disp. decima, sect. secunda, in fine, num. septimo.

Quæritur. Quid de isto casu. Infirmus vocauit Curatum, & dictis multis peccatis, dicit se non posse vltra loqui, an Curatus tunc debeat eum absoluerè? Resp. Medina videtur affirmare. Sed videtur dicendum, tunc confessionem per nutus perficiendam; si hoc non potest, & sit probabile superuicturum, non absoluerem, quia de substantia confessionis est, vt con-

Q 3 fessio

90
Quomodo absoluetur qui tunc moritur.

91
Quomodo absoluetur confessione non integra.

fessio sit integra.

Dubium potest esse, An infirmo dicente se non posse vltius loqui, nec valere per nutus confiteri, melius sit absolutionem dare cum conditione, quam negare? Resp. Et in vniuersum melius credo dare, quia conditio suspendit irreuerentiam, si qua possit adesse, nisi Curatus certas rationes habeat infirmitatem non esse periculosam. Quod an sit admittendum in alio a medico valde perito, non facile crediderim.

92
Quid agendi cū eo, qui nō meminit speciei peccati.

Quid de eo qui dubitat fecerit necne pecc. mor.

Quæritur. Quomodo audienda confessio eius, qui dicit se peccasse mortaliter, sed non meminit speciei? Respon. Sufficere dicat peccatum mortaliter toties, licet non recorder qua peccati specie. Nau. cap. 10. numero septimo, notab. octauo.

* Aduertendum tamen cum Suarez tomo quarto, disp. vigesima secunda, sect. 9. dub. 3. quod si veniat pro absolutione, qui habet peccatum dubium putat quod dubitat, fecerit nec ne, tunc non esse absoluendum, nisi addita materia certa; idest confessis alijs peccatis certis, quia ista absolutio sub

con-

conditione sine certa materia debet vitari quantum fieri potest si tamen detur non erit peccatum conditione excufante. Suarez ibi.

Quid aget. Curatus si fuerit vocatus ad audiendam confessionem eius, qui est in statu peccati mortalis, an absoluat promittentem exiturum a peccato, vel antequam absoluat debeat ille exijſſe è dicto ſtatu mortifero? 93
Quomodo absoluat. qui est in ſtatu mortali.
Reſp. Et diſtinguo. Aut eſt in ſtatu peccati mortalis publico, aut occulto. Et in vtroque prius debet exijſſe è peccato ſi poteſt, quia alias male Sacramenta ſuſciperet. Communis. Dic tamen exemplariter.

Qui eſt in excommunicatione publica vide cap. 5. num. 24.

Qui eſt in concubinato non absolvatur niſi prius concubina abijciatur, ſive concubinitus ſit publicus, ſive illum ſciat vnicus teſtis. Silu. concubinitus quaſt. 2. Si verò concubinitus ſit occultus, Silueſt. ibi ait non eſſe abſoluendum. Nau. etiam idem ait regulariter faciendum, concedit tamen concurrentibus quatuor cauſis a ſe allatis poſſe abſolui. cap. 3. num. 5. Ponuntur autem iſtæ cauſæ infra. Et ſi vrgeat mors, & deſit tempus eiſciendi concubinam publicam, poteſt abſolui, ſi habet propoſitum eiſciendi. Tol. Inſt. lib. 5. cap. 10. num. 13. concordat etiam cum Nau. in hoc ibi. Practica. In concubinato publico, & occulto eiſciat prius concubinam, ſi poteſt, ſin pro

94
*Circa concubina-
rios quid
agendū.*

ponat quamprimum eijcere, interim procurret non practicare cum infirmo, si possibile est: Si non est possibile (quod vix credo dari, cum non videatur probabile, alios defuturos, qui seruiant) ad nihil aliud obligandus: quod tamen non admitterem nisi verè in articulo mortis, & graui morbo. Et si dicti cubinarij moriantur, sunt sepeliendi in Sacro. vide c. 14. Si est Meretrix, si sit periculum re-
 cidini, puta quia est in prostibulo, & eam possunt inuisere, qui voluerint, etiam ij, qui cum ea peccauerunt, si est in articulo mortis, & ita infirma, vt non possit peccare, poterit absolui stante proposito nõ peccandi de cætero: Si est periculum peccandi, non absoluitur, iuxta dicta superius.

95
 Pœnitentia meretricis.

PRACTICA. Ponas eam in tuto in hospitali vel in domo aliqua honesta, & tunc absolute: si hoc non potest fieri, non sinas visitari nisi a personis non suspectis, & absoluas. Et si nec hoc permittitur, quia iam iam spirat, absoluas, quia cum hæc nihil plus præstare possit, non est vltèrius vrgenda.

Vsurarius publicus non absoluitur, nisi prius restituat, si potest, vel saltem det cautionem, vt dicit. cap. 5. num. 24.

Practica. Si instet mors, & vsurarius habet propositum restituendi, sed tunc non potest Curatus faciat sibi promittere, quòd restituet, & faciat sibi dare licentiam reuelandi factum

Etum Episcopo, & hoc coram duobus testi-
bus, ne accusetur tanquam fractor sigilli pœ-
nitentiæ. Deinde Episcopi partes erunt coge-
re cogendum. Si verò vsurarius nihil horum
potest præstare, & instet mors, sed solum ostē-
dit signa contritionis, absoluaturs cum condi-
tione, si possum, & indiges. Tol. inst. lib. 5. cap.
36. num. 8. Et tunc potest sepeliri in sacro.

Vsurarius verò occultus non absolvendus,
nisi prius restituat.

Practica. Induc ad restitutionem, si non po-
test, confiteatur debitum coram tabellione,
& testibus, & det cautionem & tunc absolue.
Siluest. vsura 9. qua st. 4. num. 5. Si verò nihil
horum potest, & mors yrgeat, absoluaturs, vt
est dictum de vsurario publico.

Quando verò vsurarius siue publicus, siue
occultus aliàs restituere promisit, & non præ-
stitit promissum, & nunc habet causam ratio-
nabilem, vel non restituendi: vel non resti-
tuendi statim, absolvendus est cum propo-
sito hoc præstandi cum poterit. Nauar. cap. 17.
num. 59. not. 4.

Si verò peccator est in occasione peccati
mortalis, non absoluaturs, nisi prius occasio-
nem relinquat. Communis. Nauar. tamen ca-
pit. 3. num. 5. Concedit etiam posse absolui oc-
casione non præcisa in quatuor casibus.

Primus est, Quando pœnitens verè est con-
tritus. Secundus, Quando habet verum propo-
situm

96

Vsurari⁹
quomodo
absolua⁹
tur.

97

Quando
absoluen-
dus qui
est in oc-
casione
peccati.

fitum non redeundi ad peccatum. Tertius, Quando habet propositum semper cauendi. Quartus, Quando adest aliqua causa rationalis non abstinendi ab ea occasione, vt habet, qui peccauit cum cognata, quæ manet in eadem domo, & non potest ab ea separari. Et similes causa.

98

*Qui se
mel elusit
Cur. an
possit ire-
rum ab-
solui.*

Quæritur. An qui semel promisit restituere, vel relinquere occasionem, & postea non stat promissis, sit denuo absoluentus? Resp. Concurrentibus dictis quatuor cõditionibus, semper, etiam si millies, posse absolui. Nau. c. & nu. dicto.

99

*Vbi infir-
mi audiē-
di.*

Quæritur. An Curatus omnium infirmorũ confessiones domi excipiat?

Resp. Si verè infirmus non possit adire Ecclesiam, domi excipiendus; si potest, quia idẽ infirmus discedit a domo longius, quam sit Ecclesia, liberam esse audire, & non audire. Contigit mihi aliquoties vocatum fuisse ab eo, qui rota die vagabatur, credo vt citius expediretur, & ne cogeretur diutius in Ecclesia expectare. Expediit aliquoties non audire, vt discant Sacramenta honorare, maximè rudiores, & magni peccatores, sed & est bonum hos vltimos, & credo melius, quandocunque veniunt, amplecti.

100

*In quo ha-
bitu domi
confess.
audiat.*

Quæritur. In quo habitu Curatus confessiones infirmorum domi excipiat? Resp. Conformet se consuetudini loci scitæ, & probatæ,

& si

Caput Septimum. 251

& si sit corruptela, saltem habeat talares vestes, vel decentiores, quas poterit.

Quæritur. Quomodo Curatus curabit ne sui infirmi inconfessi moriantur? Resp. Moneat Episcopum, & iussa exequatur. Vigilet semper vt medici, iuxta canones, & bullam Pij V. infirmis confessionem præcipiant, & si defecerint, Episcopum moneat. Vt autem ab illorum imaginatione euellat, si residet, conceptum illum, quo sibi parum conuenire, & multum infirmis nocere asserunt, si de confessione admoneant, hortetur eos, vt tamquam quid certum statuunt, omnes in tertia visitatione, de confessione admonere, & sic fungentur officio suo, & ab infirmis omnis suspicio euelletur, cum viderint tanquam rem ordinariam cum ipsis agi.

Quæritur. Qualem, & quantam pœnitentiam det Curatus moribundo? Resp. Paruam, quam possit perficere, si iam moritur. Imo etiam nullam, quando videt defuturum tempus ad eam perficiendam. Nauar. c. 26. num. 21. vide sup. num. 55.

Expedit globulo benedicto, qui largitur indulgentiam inuocanti nomen IESV accomodato infirmo eum ad talem indulgentiam lucrandam, quæ sæpè est plenaria, animare, & instruere. Potest etiam monere infirmum, vt petat a domesticis, pro illo talia, vel talia agat, & per ipsos faciat adimplere pœnitentiã:

Sed

101
Paroch.
quomodo
curabit
suos conf
terb.

102
Qua pœ
nit. impo.
moribun
do.

Sed moneat, ne dicant esse pœnitentiam. Potest etiam, si infirmus sit diues, pœnitentiam in eleemosynam commutare. Potest etiam nullam omnino dare, vt est dictum num. 59.

Si verò infirmus creditur superstes futurus, det pœnitentiam, secundum regulas generales doctorum.

103
*Cur. im-
 pleat pœ-
 nit. pro in-
 firmo.* Sed numquid, si Curatus in tali casu daret pœnitentiam congruentem, & ipse postea eã impleret pro infirmo, malè ageret? Tu esto ar-
 bitrer.

104
*Cur. an
 recipiat pe-
 cuniam
 pœnit.* Quæritur. An Curatus possit recipere pecuniam pro Missis dicendis, & eleemosyna facienda pro pœnitentia imposta?
 Resp. Non omnia quæ licent expedire, licet enim ei recipere, si hoc sit citra scandalũ, & si pecunia spontè a pœnitente offeratur. At si tibi cura de bono nomine, & melius ageres remittere ad alium, etiam si tu alteri largiendam assumeres. Concordat de Graf. par. pri. lib. 1. cap. 31. num. 39.

105
Pœnitentia an possit mutari ab altero confess. * Quæritur. An pœnitentia imposta a primo confessario possit mutari a secundo, stante iusta causa. Resp. In tota hac quæstione sermonem esse de pœnitentia punitiua, quia præseruatiua dummodo rationabilis, & possibilis numquam mutatur. Igitur in hac re quatuor reperio sententias. Prima est Nauar. cap. 26. num. 12. citatorum ibi. Tol. inst. lib. 3. c. 11. num. 11. posse non reiterata confessione eo-

rundem

rundem peccatorum . Sed Suarez vt infra num.8. vult hunc modum esse impossibile, & illicitum .

Secunda est Silu. confess. p. q. 27. & citorum à Candelab. de satisfatione num. 36. & seqq. Sot. dist. 20. q. 2. art. 3. qui vult superiorem posse mutare pœnitentiam datam ab inferiori, sed non æqualem datam ab æquali; & hoc vult faciendum, iterata confessione eorundem peccatorum .

Tertia est Henriq. de pœn. lib. 2. cap. 22. num. 1. qui concedit commutationem prædictam absque reiteratione confessionis eorundem peccatorum, vt Nau. & Tol. Sed tamen in confessione aliorum peccatorum, & num. 4. addit virum pium, & doctum de confessarij consilio posse sibi mutare .

Quarta est Suarez to. 4. disp. 38. sect. 10. qui concordat Soto; sed addit hoc agendum in pœnitentia data tam ab æquali, quàm ab inferiore, & superiore. super peccata non reseruata, & etiam commutationem pœnitentiæ peccatorum reseruatorum: dummodo superior non reseruauerit sibi talem commutationem: & dummodo necessitas vel vtilitas ita exoptulent; puta quia recursus ad superiorem difficilis; & vrget moralis necessitas, quæ quanta debeat esse, vt excuset, relictum prudēti. Talem Suarez ibi existimat eam, per quam Episcopus vel superior potest in ordinarijs

narijs præceptis Ecclesiæ dispensare.

PRACTICA. Si eueniat pœnitentia commutanda, quæ sit data clauæ errante, vel quæ fuit iusta, cum data fuit; sed postea pœnitens factus est impotens ad eam implendam; vel superuenit causa eum excusans implere, Curatus declaret talem pœnitentiam non obligare, ex Suarez ibi. Et vt pœnitens consolatus recedat, aliqua vel ex impositis, vel alia, proponat exequenda, quæ tamen non obligabunt, nisi ad modum consilij; idest citra mortale: cum aliàs pœnitentia secundum communem ex suo genere obliget ad mortale, licet Caiet. Satisf. neget. Si autem veniat habens pœnitentiam quam potest implere, sed cum difficultate, si difficultas est superabilis non mutet, si est dubium de superabilitate, commutet dispensando in eo, quod deest illi de iustitia; iuxta dicta cap. 12. num. 25. & hoc iuxta opinionem Tolet. & Nauar. & inter causas excusantes erit periculum malè implendi primam pœnitentiam; fragilitas pœnitentis; occupatio primi confessarij, absentia, censura, vel similes. Henriq. vbi supra.

106

Quomodo sit commutanda pœnit.

Quæritur. Quomodo commutanda pœnitentia, cum per iustam causam commutatur. Resp. Possè commutari iuxta aliquam ex supradictis quatuor sententijs; e quibus quartam credo rationabiliorem, & tunc potest augeri, minui, vel etiam ad libitum tolli; si

pœ-

Caput Septimum. 253

poenitentis dispositio ita exigat, vel lucratus fuerit indulgentiam. Suarez ibi, adde vel lucranda sit indulgentia.

Quæritur. Intra quantum tempus a confessione poenitentia mutanda absque confessionis reiteratione. Resp. Sot. d. 20. q. 2. ar. 3. velle intra tres dies recurrente poenitente: alij docent intra octo dies. Cand. de satisf. nu. 36. extendit ad plures. Suarez ibi. nu. 4. ait, si intra tempus adeo breue fiet, vt moraliter possit existimari idem iudicium præfens: præsertim si confessarius causam memoriæ retinet, & subest causa rationabilis prædictæ commutationi. Duo possumus in hac re considerare. Primum est conueniens impositio pænitiæ, & ad hoc requiritur memoria peccatorum auditorum. secundum est absolutio pænitiæ, seu perficere Sacramentum sua absoluteione; ita vt quoad hoc dicatur perfectum, cum accesserit absolutio, & ad hoc non requiritur certum tempus. Nam in confessione generali, quæ potest durare per multos dies rite datur absolutio in vltimo, & omnes conueniunt. Ideo ad quæstionem dicitur, durante memoria peccatorum auditorum, semper posse commutari pænitentiam.

107
*Distantia
 commut.
 pœnit. a
 confessio-
 ne facta.*

COMMVNIONE

CAP. OCTAVVM.

De Communione in genere.

1
Nō recon-
ciliat ad
altare.

Curatus communicandum non recō-
ciliat ad altare, quia sub prætextu
brevis reconciliationis, potest se
præsentare pœnitens excommuni-
catus, vel irretitus magnis peccatis, a quib.
fortè nequit absolui, vel qui indigeat magna
discussione, vel qui debeat. repetere multas,
& magnas confessiones, a quibus Curatus
aut vix, aut malè se explicabit. Et quid tunc
agendum cum nequit absolui, & si non com-
municet, generetur scandalum, vel saltem ad-
miratio. vide cap. 7. nu. 43.

2
Nō finat
da. e. ma-
num ori.

Non patiaturs statim a communione, nec
mares, nec feminas admouere manum, vel
sudariolum ori, ne fortè extrahant commu-
nionem ad superstitiones, aut incantationes,
maximè si in loco sint strigæ, vel superstitio-
nes regnent. Ideò de hoc prius admoneat
populum. Et si aliquos in hoc peccantes vi-
derit, bellè, & appositè redactos in parte,
quasi

quasi secretum aliquod communicaturus, videat quare manum ori admouerint. Publicè tamen numquam hoc agat, ne infamet; sed & vt sui decenti habitu, & gestu, & situ corporis communicent, eos omnia exactè doceat. Benè eueniet, si cum primò communicantibus hoc egerit, maxime pueris.

Instruat suos de modo comunicandi.

Si particula ceciderit in terra, locus radatur, quantum satis est. Intellige quanta est superficies terræ tactæ, & rasum deiciatur in Sacrarium. Si ceciderit in tabula, eodem modo fiat; Si in panno profano lauetur ter, & ablutio reponatur in Sacrarium: aliqui dicunt, locus scindatur, & comburatur. At hoc fit si ceciderit de sanguine: Si ceciderit in panno Sacro, puta super manicas camisi, sufficet lauetur, & fiat vt supra, absq; scissione rubr. Miss. de defectibus in ministerio occurrentibus. Si laicus præueniens Sacerdotem, particula m sustulerit è terra, credo lauare debere manus ablutione demissa in sacrarium propter eandem rationem. Sacerdos tamen quantum potest prohibeat ab illo eam tangi.

4
Si part. cõcid.

Communio non benè datur cum sola Pyxide, quia semper fragmenta cadunt, quæ si non excipiantur a patena retenta inter indicem, & medium digitum sinistræ manus, cadunt insensibiliter in terram, etiam si particulas diligenter a minutissimis fragmentis purgaue-
ris antè consecrationem. Applica patenam &

Modus comm.

R expe-

experientia veritatem docebit. Saltem in magnis communionibus.

Nec tutum est custodiam esse multum repletam, propter periculum, ne particulae, in eis tractandis, cadant. Item nec tutum communicare particulis positis super patenam, quia potest fieri, ut eas tantum appropinques communicando ut ille sola respiratione possit eas è patena deijcere. Nec bonum est, dum communicas particulas digitis tenere in maiori parte illius, quia cum communicaueris necesse erit tangere os communicandi, & per consequens vix euades, quin digitos mades facias, ex quo postea magnum incommodum senties, alijs particulis hærentibus digitis, & agrè se auellentibus. Igitur particula tantum digitis acciperem, quantum sufficeret ad eam tractandam, ne caderent. Et sic tota Sacramenti administratio euadet munda. Caue inter communicandum, ne porrecta particula, digitos, quasi sic mundaturus, tergas dentibus, vel ori communicati, quia scrupulus est, & indecentia, & in fæminis habet nec scio quid mali.

6

*Partic.
quomodo
confer. in
pyxide.*

Quæritur. Quomodo particulae sint in Pyxide conseruandæ? Resp. Conforma te iusta consuetudini loci. Vidi conseruari in parte corporalis posita in pyxide, & vidi in nuda pyxide, & hoc communius, & tutius, quia cum particulae renouantur, imminet magnum peri-

periculum in purgando dicto corporali, ne fragmenta longè extra altare resiliant, propter qualitatem corporalis, quam ab amicto contrahit.

Quæritur. Quanta debeat esse particula? ⁷ *Partic.*
 Resp. Decens, non nimis parua, aut magna, *quanta*
 iuxta aliorum consuetudinem, vel secundum *debeat esse.*
 Episcopi præscriptum.

DE COMMVNIONE Sanorum.

Quæritur. Quibus sit communio deneganda? Vide c. 5. nu. 13.

Quæritur. An Curatus omni hora ⁸ *Hora cõs-*
 diei possit sanum communicare? Resp. Possè *candè.*
 nullo enim iure, aut consuetudine, ait Azor,
 prohibetur communicare ieiunum omni
 hora.

Congruentior tamen est hora, qua celebra-
 tur, quæ est vsque ad meridiem. Angel. Euch.
 3. quæst. 5. Silue. Euch. 3. q. 15. num. 5. Azor.
 Inst. 1. par. lib. 10. cap. 25. quæst. 8. Candelab.
 de Euch. num. 49. Obserua constitutiones tui
 Episcopi, & consuetudinem probatam loci,
 meretrices vero quæ sint, vide num. 28.

An Curatus teneatur dare communionem
 toties quoties petitur. Vide cap. 5. nu. 7.

Quæritur. Quis sit communicandus, vel

non? Resp. Amens a natiuitate non communi-
Quis coi- catur. Omnes.
candus.

Amens habens lucida interualla communi-
 catur, si dum esset sanæ mentis eam petijt, &
 non sit periculum irreuerentiæ. Communi-
 ter sufficiet dare in Paschate, citra dictum pe-
 riculum.

Semifatuus, idest, qui habet debilem vsum
 rationis, citra irreuerentiam, communicetur
 in Paschate, & non frequentius.

Demoniacus citra irreuerentiam commu-
 nicetur.

Puer habens vsum rationis, sed maiorem,
 quam requirat confessio, communicetur.

Quando adsit dictus vsus rationis vide c. 7. n.

36. Puerum tamen qui numquam communi-
 cavit, non vrgeat Curatus, vt statim commu-
 nicet, sed si idoneum iudicauerit, iubeat in se-
 quenti Pascha communicare. Silu. Euch. 3. q.
 5. Sot. dist. 2. q. 1. art. 9.

10
Puer qm
commun.
etiã si du-
bitesur de
vsu ra-
tion.
 In dubio tamen de sufficienti discretionem
 in morte expedit communicare, vt etiam in
 iubileo. Quod etiam placet Nauarr. c. 21. nu.
 57. Licet etiam concedat posse differre com-
 munionem vsque ad tempus, in quo, si benè
 valeret communicaret.

* Suarez verò tom. 3. q. 80. disp. 70. sect. 1.
 in fine, vult cum puer est capax confessionis
 sub præcepto, hunc puerum Curatum debere
 cõdicare: non verò esse cõsilium, vt vult Nau.

Et

Et si puer absque examine Curati presentet se linteo altaris? Ego non communicarem, quia, cum Curatus sit administrator Sacramenti tenetur bene administrare, & hoc prestare non potest, nisi suscipientem cognoscat per examen. Verum est tamen, quod si puer dixerit se mitti a confessario idoneo, poterit Curatus credere digne admissum. Remedium erit.

Si Curatus, quando paracios suos describit dixerit pueris, qui de proximo videntur communicandi, non accedant ad altare, antequam de illorum idoneitate viderit. Prima vice, qua admittit puerum, doceat eum diligenter de tota re ut bene assuescat bonae communioni, & in hoc sit valde diligens, quia magnam rem prestat.

De adultis vero nullo impedimento detentis dic, quod Curatus a nimia communione poterit arcere eum, qui diebus singulis, vel ternis eam petit, nisi constet de illius bonitate.

In dubio tamen, melius est dare, quam negare.

Porro quoad istam frequentiam multi multa dicunt; In hoc omnes conueniunt rem totam relictam esse prudentiae admittentis. Ut autem innoxie accipiatur, sufficit conscientia a mortali purgata. Ut vero cum vbere fruatur, magna preparatio per orationem

& exercitium virtutum.

*Communi-
nicandi
singulo o-
ctavo die.*

Communiter singulo octavo die decenter, & sufficienter sumitur. Ita prudentes, & experti in hac materia, & communis usus Ecclesiæ declarat; propter venialia verò, vel quia homo non sentiat feruorem deuotionis, & charitatis, non est omittenda; quia non est exiguus fructus; quod homini in magnis peccatis impediatur consensum, & in minimis sensum minuat. Ex Suárez tom. 3. quæst. 80. disp. 69. sect. 4. concl. 3. Ideo Curatus sanctè aget, si in sua cura sensim introduxerit frequentiam Communionis. Videbitur enim quodammodo habere populum iuxta faciem Ecclesiarum melius sentientium vt per totum orbem terrarum in multis locis est videre. Vt autem hoc agat honesto aliquo colore, propter ista irridentes, introducat in sua cura aliquam societatem puta Rosarij, vel aliam; & occasione lucrandarum indulgentiarum; (quæ cū confessione, & communionem vt plurimum consequuntur) hortetur ad illas consequendas, & verè in magnum decus Curati redundat; videre suum Curatum in festis occupatum administratione pœnitentiæ, & communionis.

Eodem die verò numquam eundem bis communicet.

*Vili non
arcendi a
comm.*

Omni alio adulto, quantumuis vile exercitium tractanti, vt carnifici, trirremium casti-
gatori,

gatori, & similibus, dummodo sint extra statum peccati non est neganda commun. Candel. de commun. nu. 60.

Quæritur. An Curatus, qui manè sacrificauit, possit postea, quando aliter non saluatur honor Eucharistiæ, puta quia hæreticus, vel alius infidelis urbem inuadit, & timet conculcandam hostiam, an possit eadem die, eam sumere, & ita bis communicare? Resp. Et credo posse, etiam si nō sit ieiunus, quia præceptum de honorando Deo est iuris diuini, & de non communicando bis eadem die, est iuris humani, & ita præualet dignius, quod est diuinum; deducitur etiam ex rub. Missal. de defectu intentionis in casu simili. Azor inst. 1. p. lib. 10. c. 33. q. 7.

Quæritur. Si veniat quis communicandus siue sanus, siue infirmus, & non adsit particula, quid agat Curatus? Resp. Consecret si est ieiunus celebrando, & communicet; si hoc illi eueniat dum celebrat, & non est in tempore in quo possit particulam consecrare, det partem hostiæ consecratæ, Silu. Euch. 2. q. 10. not. 7. Dum tamen possit consecrare particulam, nunquam det partem hostiæ, sed particulam, consecret, quia ita vsus vniuersalis ecclesiæ.

Quæritur. An Curatus possit consecrare, stante aliqua necessitate, vt communicandi infirmum, vel alia simili, absq; quod celebret?

R 4 In

12
Curat. qd
bis com-
municet.

13
Cui des
partic.

14
An Cur.
consecr.
absq. cele-
brat.

In hoc duas esse sententias : Prima affirmat, & est Maior. citati a Candelab. de Sacramen. Euch. num. 55. & Sot. dist. 12. q. 1. art. 4. casu primo. Alia negat & est canonis cap. Comperimus de consecrat. dist. 5. Nau. c. 21. n. 53. Candelab. ibi. & est communis, & vera.

15
An communicandum, ad tollendum scandalū.

16
An excusetur communicare ob timorem.

17
An communicandus accedens cum vanitatibus.

18
Ignorantiam communicandi.

Quæritur, An Curatus teneatur communicare eum, qui, si non communicat, credibile est scandalum euenturum, vel dandam admirationem. vide cap. 7. num. 43.

Quæritur. An Curatus excusetur a communicando illo, qui de iure non potest communicari, puta publicus excommunicatus, aut peccator, si minetur atrociam, ni communicet? Resp. Non excusari, sed potius debere milles mori vide c. 7. n. 41.

Quæritur. An Curatus communicet accedentem cum vanitatibus, puta cum cincinnis, ciuffi, & similibus? Resp. Si secreto potest hortari ad eos deponendos, hortetur, si non potest, communicet, quia ista è suo genere non sunt plusquam venialis culpæ signa, & communicatio negatur, soli peccatori publico; sed si signa mortalis culpæ clara, & per nullam tergiversationem possibile celari, est neganda communicatio. Communis. vide c. 7. num. 3.

Quæritur. An Curatus admittat ignotum ad communionem? Resp. Curatum non posse alienum communicare, nec in Paschate, nec extra, nisi sub spe legitime rati habitionis, de qua

qua dictum est capit. 7. num. 10. Tol. Inst. lib. 2. cap. 28. num. 2. Caiet. communionis minister. Aliter agens mortaliter peccat. Suarez tomo 33. disp. 72. Sect. 2. Poterit tamen communicare in casibus, in quibus etiam potest alienum absoluere, per dicta cap. 7. num. 5. & sequentibus. In Paschate verò omnino non communicet eos, qui possunt adire vicinam suam parochiam; quia omnes tunc tenentur in ea communionem recipere Communis. Si tamen Curatus nesciens esse suum, sed credens suum communicet, non peccat: sicuti non peccaret, si communicaret sub ratihabitione Nau. c. 21. nu. 52. quam tamen non admitterem in Paschate, nisi valde urgentem, & probabilè. Sciens verò esse non suum, & comunicans absque ratihabitione valida, credo mortaliter peccare quia in re seria, & graui delinquit. Credo tamè quod posset excusari à mortali, si rationabiliter crederet, illū tūc ex deuotione communicare, deinde in propria parochia satisfacturum præcepto ecclesiæ infra tempus legitimum. iuxta dicta c. 7. nu. 8. & sequentibus.

Quæritur. An Curatus post administrationem communionis teneatur lauare digitos, ita vt ea lotio seruiat pro ablutione comunicati.

Respond. Ita esse vniuersalem consuetudinem, à qua non est facile recedendum. Si ta-

men

19
An comunicas
digitos lauet
ita, vt lotio
seruiat p. 3
ablutione
comunicati.

men communicet aliquis, qui nolit ablutionem, sufficiet digitos mūdare abstergēdo eos purificatorio, sicut etiam sufficiet, dum Curatus aliqua rationabili causā tetigerit corpus Christi quia illa ablutio non est necessaria. Si tamen vinum, vel aqua in qua fuerint digiti abluti supererunt in communionem, deijcienda sunt in Sacrarium. Et quia sapē abstemij cōmunicant, bonum erit præbere vinum, & aquam, vt pro libito vtantur. Sed & si Curatus pro maiori mundicia habuerit vas pro purificatione digitorum, quem nemini porrigat, & aliud vas pro communicatis optimè ager, maximè si communicandi sunt nobiliores, vel ciuiliores. Et si communicauerit personam, quæ alijs fit horrore, quales sunt carnifex, & habens lepram, vel cancrum, vas quo isti sunt vsi, non porrigat alijs, ne turbentur, sed frangat, vel pro vsu eorundem alia vice reponat. Præterea in ablutione digitorum benè aduertat antequam abluat, ne fragmenta parua hæreant, quia si ea in ablutione deiecerit, magnum sacrilegium committet, vel dum deijcientur in Sacrarium, si superfuerint, vel dum assumentur, à iam communicato, quia esset eundem bis communicare.

DE COMMVNIONE

Infirmorum.

Quæritur. An Curatus communicabit infirmum, per modum Viatici omni hora? Resp. Communicabit, etiam non ieiunum. Omnes. Adde sit hora, siue diei, siue noctis, dummodo non communicauerit per octo dies antè, tunc enim communio illa sufficeret. *Sot. d. 12. q. 1. art. 11. col. & media ante finem.* Si tamen de nouo voluerit communicare non erit peccatum. Et tunc Curatus rectè communicabit si infirmitas fuerit periculosa in qua non est dandus locus scrupuli. Peritus autem, siue medicus iudicabit, & in absentia Medici Curatus.

20
Qua hora communicandus infirmus

Practica. Si medicus iudicauerit morbum periculosum vel Curatus bonis rationibus in absentia medici, & infirmus non credatur futurus viuus mane sequenti, vel si fuerit viuus, non futurus sanæ mentis, sed phreneticus, comunicet etiam non ieiunum, & etiam de nocte; nam nec scrupulis cedendum, nec præcipitandum. Fuge tamen nouitates pro prosequendo quomodo verò de nocte sit ferenda communio vide cap. 5. num. 39. An vero curatus teneatur dare viaticum infirmo vide cap. 5. num. 2.

Quæritur. An in eadem infirmitate possit

21

An communicandum sepius in eadem infirmitate.

possit sepius communicatio dari. Resp. Posse semel per modum viatici, alia vice communionem ordinariam, non tamen hoc faciendum quotidie.

Sed si saltem transferint ab ultima communionem sex dies. Tab. Communicare nu. 54. Spirituales verò, & Ecclesiastici, quare non poterunt etiam sepius, cum si sani essent, etiam sepius communicarent.

22

An infirmus semper possit communicari non ieiunus.

Quæritur. An quando pluries in eadem infirmitate communicatio porrigitur, possit dari non ieiunus? Resp. Aliquos distinguere, inter communionem per modum viatici, & communionem ordinariam. Primam videntur vel le dandam semel solum infirmo etiam non ieiunus, Aliam eidem infirmo non dandam nisi ieiunus, ita potest deduci, licet à grè, ex Armil. communicatio. §. 18. in fine. Alij indistinctè dicunt, utramque posse dari infirmo etiam non ieiunus, quod tamen intelligendum crediderim, cum commodè non possit eidem ieiunus dari: ita tenet Armil. ibi. Tab. communicare §. 48. Tol. Inst. lib. 6. cap. 15. nu. 4. Rituale Pauli V. vult dandam semel non ieiunus, & si sepius detur, dandam semper ieiunus. hoc tenet.

23

Cur. an seipsum communicare.

Quæritur. An Curatus in loco ubi est solus, possit in articulo mortis, in peste, & alia necessitate seipsum communicare? Resp. Posse, etiã si nō sit dum sit ieiunus, dūmodo sit contrit⁹ etiã si sit excommunicatus, sed debet uti sto

la, & superpelliceo, quia ita necessarium de præcepto Ecclesiæ, in tractante Eucharistiã, vt iste, & etiam ad hoc poterit celebrare. Caiet. communionis minister.

* Queritur, An Curatus sanus possit etiam seipsum communicare? Resp. Suarez Tom. 3. quæst. 82. sect. 3. disp. 72. posse citra scandalũ: tamen quia non est res vsitata de facili fieri non debet. Sed quod dixerat Suarez de sacerdote, concedit etiam laico in necessitate extrema mortis, & in absentia Sacerdotis, & affert exemplum Reginae Scotiae, quæ se ita comunicauit, dum statim esset occidenda: quod tamen factum ait forsitan de summi Pontificis licentia processisse. Certe contrarius est canon peruenit. de consec. dist. 2. & Conc. Remensi. Sed supra canonem, & Conc. est Papa.

Queritur. An Curatus pro communicando infirmo possit non ieiunus celebrare? Resp. Non posse. Siluest. Euch. 3. quæst. 6. Sot. distin. 12 quæst. 1. artic. 8. 7. argu. Azor. pri. p. lib. 10. cap. 30. quæst. 2. vlt. quæres.

Quis modus comunicandi infirmus? Resp. Et dico videndum Rituale. Obserua consuetudinem probatam loci, In locis montuosis, quando communicatio est ferenda valde longè, & per loca cænosa, in quibusdam locis detertur in vase decenti in bursa serica honesta collo appensa, ne si contingat Sacerdotem cadere particulæ effundantur in terram.

24

An sacerdos possit seipsum communicare et etiam laicus.

25

An Curatus non ieiunus celeb.

26

Quomodo comunic.

Ablutionem totam sumat infirmus, si superfit aliquid deijciatur in Sacrarium, vel in ignem, ne asseruatum superstitioni deseruiat. Poterit autem ablutio sumi in vase profano, vt communiter fit, & in vase per Ecclesiam, deputato. Obserua consuetudinem legitimam loci.

27 *Communicatus, qui statim moritur.* Quæritur. Quid aget Curatus, si infirmus statim a communionem moriatur, & vix particulam deglutierit? Resp. Si deglutijt, nihil agendum, etiam si infirmus statim moriatur, & Sot. distin. 12. quæst. 1. art. 11. col. & media antè finem, refert de quodam, qui statim a communionem mortuus est, & nihil aliud de communionem meminit. At si communio post mortem appareret in ore mortui, debet extrahi, & reponi in tabernaculo, quoad species Sacramentales consumuntur. Si nescitur an deglutierit, & non appareat, credendum est deglutuisse.

Porrò ante communionem Curatus consideret, an infirmus saltem sit superuicturus ad horam, quod est facillè factu, & quod medicus arbitrabitur, vel poterit iudicari ex signis viuacitatis infirmi, & non communicet, nisi saltem speretur species Sacramentales digerendas fore: quod tamen non intelligas de necessitate Sacramenti; cum sufficiat eas deglutisse, nam tunc confertur gratia; sed intelligas de decencia, & honore tanti Sacramenti, a simili

mili concordat de Graff. p. p. lib. 1. cap. 13. nu. 83. propter eandem rationem. Nau. tom. 2. conc. tit. de pœn. & remiss. conf. 40. q. 2. num. 12. idem habet. Sed & in dubio de ista superuientia, credo melius communicare: ratio est, quia nihil repugnat, ut ex dictis apparet.

Quæritur, Si communicandus sit infirmus, & particulae desint, qua hora poterunt consecrari, & per consequens celebrari Missa?

28
Qua hora possint consecrari partic. pro infirmo.

Resp. Duplicem esse terminum pro celebratione. Primum a parte antè, & secundum à parte post, & utrumq; includi ab aurora, quod est, quando apparent signa orientis solis, vsq; ad meridiem inclusiuè. S. Th. 3. p. q. 83. art. 2. ad 4. Angel. Missa q. 41. Sil. Missæ p. q. 6. Rosel. Missa num. 2. Sot. dist. 13. quæst. 2. art. 2. Nau. cap. 25. num. 85. Azor. pri. par. lib. 10. cap. 25. quæst. 1. Tol. Inst. l. 2. c. 1. nu. 8. Pro meridie vero intellige horam, in qua rite pulsatur Aue Maria, sic interpretate vniuersali cōsuetudine, imo & post meridiem posse celebrari per totum tempus vsque ad nonam, quæ secundum horologia erit vsq; ad tertiam horam ante noctem, affirmat Nauarr. cap. 25. num. 85. tract. de orat. 21. num. 31. & Miscell. de orat. 76. Sed confutatur a Francolino citato ab Azor cap. dicto quæst. 2. & Tol. loco dicto, eò quòd contra. Nauar sit vsus vniuersalis Ecclesiæ, qui habet vim legis. Igitur iuxta communem, à parte ante, sine dicta



ta causa, omnes poterūt celebrare, ab auro-
 ra, quod est iuxta Suarez tom. 3. disp. 80. sect.
 4. per horam, & mediam antè solis ortum,
 id est antequam appareat substantia Solis:
 imo Azor ibi. quaest. 6. addit, posse etiam ante
 uerti dictum tempus per tantam partem, quæ
 sit minor tertia parte horæ: At Suarez ibi cō-
 cedit posse anteverti tantum, vt Missa finia-
 tur in principio auroræ. Pro communicando
 verò infirmo quantū poterit præueniri? Azor
 cap. dicto quaest. 7. concedit quidem posse, non
 multum ante dictum tempus, de consensu su-
 perioris si adsit, sin, de proprio consilio: Sed
 non declarat per quantum tempus. Salua su-
 periorum censura, videtur dicendum, id lice-
 re per horam, quia, & multi habent priuile-
 gium à Papa celebrandi tali tempore, maxi-
 mè si mors urgeat, & deuotio infirmi, vel sal-
 tem, quod videtur tutius, licere per mediam
 horam, eò quod tale tempus sit modicum.
 An etiam post meridiem pro eadem causa,
 possit post horam celebrari, credo, propter
 eandem rationem, salua semper licentia Supe-
 rioris, si possit obtineri, qui in hoc citra du-
 bium poterit declarare, & dispensare, si di-
 spensatione, sit opus.

* Igitur pro communicando infirmo, vt ex
 dictis constat poterit dici Missa per tres ho-
 ras excepto medio quadrante ante solis or-
 tum.

Si autem pergas quarere qua hora Sol oriatur? Resp. Ex tabulis Astronomicis quæ inter se sunt variæ, non posse aliquid certi statui. Itaque communiori peritorum sententiæ standum.

* Tutè verò poteris sequi regulam Missalis Pij. V. positam ad calcem singulorum mensium, in qua declaratur ortus solis, pro singulis diebus vniuscuiusque mensis.

Quæritur. An anticipatio, & postpositio de quib. est dictum supra, sint faciendæ pro omnibus infirmitatibus, vel pro quibus? Resp. Non pro omnibus, sed pro illis, in quibus commodè æger non potest expectare horam solitam, necessitate concedente anticipationem vel postpositionem dictam.

29
Pro quibus infirmitatibus anticip. seu postpositio licita.

Quæritur. In quibus infirmitatibus Curatus communionem negabit? Resp. In omnibus impediens, vel sumptionem Sacramenti, vel eius reuerentiam quæ erunt illæ, in quibus est periculum vomitus, seu expuitionis, & quod particula non possit deglutiri, tales sunt. Angina vulgariter dicta; schirantia, tussis vehemens, phrenesis cum furore, & similia. At ne credas dicenti tussim alia via venire, puta à pulmone, & alia, particulam descendere ad stomachum, quasi concludere volens, nullam tussim posse impedire communionem; quia, & si assumptum sit verum, tamen experientia clarè constat, vehementiam tussis nõ

30
Quibus infirmitatibus communionem neganda.

posse cohiberi, & causare vomitum.

At si dubium sit Curato infirmum aliquam irreuerentiam commissurum, ponat se in tuto, & non communicet, ne exponat se periculo irreuerentiæ. In tussi verò, quæ raro aggreditur, & quam infirmus ad libitum potest reprimere, communica, quia cessat ratio periculi, & irreuerentiæ; In omni tamen casu, quo infirmus impediatur communicare, inducendus est ad spiritualem communionem, vt Sacramenti sine non frustretur. Ideo nota bonâ Practicam. Cum communicandus est infirmus, antequam afferas communionem, vide an sit sanæ mentis, vt dicitur num. sequenti.

Vide præterea an habeat tussim, & age, vt proxime est dictum: Idem agas si patiatur vomitum. Præterea numquam communices in die, quo infirmus medicinam accepit, propter periculum vomitus. Vix enim ab eo tales immunes euadunt. Si autem infirmus communionem euomat, vide Rubr. Missal. & Summas, præcipuè Sil. Euch. 2. quæst. 9. not. 4.

Quæritur. Si phreneticus ante infirmitatē christianè vixit, & ostendit deuotionem ad Eucharistiã, sed in infirmitate factus est phreneticus, & non potuit confiteri, an saltem cõmunicandus in morte, etiamsi non confessus? Resp. Sor. dist. 12. quæst. 1. art. 9. conclus. 3. affirmare, licet ostenderit dictam deuotionem, etiam

31
An phreneticus non confessus cõmunicandus.

etiam multo antè, etiam ad annum, modò nò sit periculum irreuerentiæ.

Quid autem, infirmus erat quidem phreneticus, sed per interstitia habebat etiam lucida interualla, & sæpè postulatus à Curato ad confitenda peccata, numquam potuit induci, ita vt remaneret dubium, an dictus infirmus esset phreneticus, an nollet respondere, quid agendum? Resp. Si infirmus erat aliàs bonæ existimationis, non potest credi nisi phreneticus, cum nemo sit censendus suæ salutis immemor, & ideo si non est periculum irreuerentiæ, est communicandus: Si verò erat malæ famæ, non est communicandus, quia non est Sacramenti capax.

Sed si phreneticus iste non confessus, dubius autem an etiam habeat lucida interualla, maneat vt stupidus, an tunc sit communicandus? Resp. Si probabiliter timetur periculum irreuerentiæ, non est communicandus. Credo autem probabiliter iudicari, posse cõmunicare, si sumit quæ porriguntur, sine expuicione, vel difficultate. Porrò in dubio melius est sequi partem tutiorem, vt est dictum num. 30. Contigit mihi hic casus. Communicaui infirmum petentem communionem in phrenesi absque furore, & habentem lucida interualla, benè particulam accepit, deinde eï dum porrigetur ablutio dentibus fregit vitreum poculum, & capit fragmenta mande-

32

*De dubio
an sit
phreneticus.*

re, quid agendum erat? Si mittebas digitum in os, vt videres an particulam deglutiuisset, periculum erat, ne morderet: si hoc non agebas, periculum erat expueret eam cum vitro. Ita actum. Vi apertum os, & viso particulam descendisse, interpositum est dentibus tantum ligni, quod saluaret digitum ne morderetur, & illo immisso fragmenta sunt extracta. Ideo in phrenesi, licet omnes dicant, quando cessat periculum irreuerentiae posse communionem dari. Silu. communico 3. quæst. 3. not. 9. & omnes, tamen cum non possit determinari, an tale periculum cesset, tutius, est numquam communicare.

Quid si euenerit dictus casus, & stante adhuc particula in ore, vitrum manderetur, & periculum esset, ne vna cum particula deglutendum foret, & infirmus inde laderetur? Ego facerem vt est dictum, extracta prius particula, deinde extracto vitro, eadem eundem communicarem, at fortè esset melius non communicare propter periculum alicuius irreuerentiae.

Stante verò quantaui paupertate infirmi, immundicia loci, fætoris, & alia quantaui indecentia, non est neganda communicatio, est tamen hortandus ad decentiorem præparationem, propter Sacramenti reuerentiam.

Quæritur. Quid agendum cum communicandus sit infirmus in magna incommoditate,

An decentia, vel in mundicia, communicatione non impediat.

te, puta quia est tam pauper, vt non habeat mensam, scabellum, aut aliud simile in quo reponendum sit Sacramentum dum reliqua peraguntur; Vel si quid habet, sit illud tam inutile puta quia fractum, vel tam debile, quod periculum sit, vt cadat Sacramentum, si in eo reponatur? Resp. Me numquam in tali casu deponere Sacramentum, sed tenere, eum collo appensum in sua bursa serica decenti, & interim lego legenda, & peragenda, perficio. Cæterum in reponendo Sacramentum, dum aguntur agenda, obserua consuetudinem legitimam loci.

33
Quid agendum in magna incommod.

Sed nota, quod si possis antè quàm afferas Sacramentum, reconciliare infirmum, reconcilies propter dicta, num. 1. Si non vales aliter agere, puta quia infirmus multum ab Ecclesia distat, obserua consuetudinem loci die melius, Rituali Pauli V.

Quæritur. An peste infecti sint communicandi, & quomodo? Resp. Possè communicari, quia nullibi prohibitum, & si non communicantur propter periculum, ne inficiant, non credo rationabile, rationabilius est enim mori pro functione Sacramenti: Suarez subscribit tom. 4. disp. 44. sect. 3. num. 17. & vult obligari, tuto tamen sequeris, quæ habentur in additionibus supra c. 7. num. 79.

34
An possè infecti communicari.

Cum verò dicti communicantur an danda communicatio manu, vel instrumento, puta in-

frumento argenteo, aut alio opposito? Resp.
 In peste (vt audio) tempore S. CAROLI Car-
 dinalis Borromæi vetitum fuisse ministrari in
 frumentis istis. Certè videtur dandam ma-
 nu, est enim proprium instrumentum pro ad-
 ministracione Sacramenti, nam & ad hoc ma-
 nus consecrantur in collatione Sacerdotij.
 Cæterum, si quis administrare patena, puta,
 posita particula super eam, & ita infirmo por-
 recta, dum propter chiram non valet ali-
 ter fieri, credo non peccaret, dummodo cessa-
 ret scandalum, & periculum ne particula ca-
 deret in terram, quod est facilè factu. Sed &
 si quis vellet contendere posse etiam ministra-
 ri instrumento affabrè factu per quod cauere-
 tur deiectioni Sacramenti, & fragmentorum,
 quod non est impossibile, fortè posset sustine-
 ri; Primo quia, & extremam vnctionem tali
 modo posse dari affirmat, Andreas Victorel-
 lus, vt cap. 9. num. 21. Præterea, quia si potest
 ministrari patena, vt est dictum, sic etiam po-
 terit ministrari tali instrumento. Si dixeris pa-
 tenam esse consecratam, instrumentum verò
 nec benedictum; posset responderi, pyxidem,
 qua continuo seruatur Sacramentum, nec be-
 neditam debere de necessitate esse, ita Azor
 Inst. p. p. lib. 10. cap. 27. q. 7. ita nec erit neces-
 se tale instrumentum debere esse benedictu.
 Ego tamen consulo non recedendum a com-
 muni vsu Ecclesiæ, qui est ministrare imme-
 diatè

diatè manu, & qui aliter ageret, præter peccatum, posset etiam ab Episcopo puniri. An autem talis mortaliter peccaret, dubito, quia contraueniret graui ceremoniæ Ecclesiæ vniuersalis.

Rabido verò siue per morsum canis rabidi, siue per morsum alterius hominis à rabido morfi, non est danda communicatio, quia Aeginetas, & schola medicorum docet, istos nihil posse deglutire.

Rabido an communicandus.

Quæritur. An tempore pestis Curatus teneatur sub peccato communicare infectum? 36
 Resp. Secundum Maior. & alios, qui dicunt communionem in morte esse de iure diuino, teneri sub mortali, secundum Sot. verò, & alios docentes esse de iure diuino semel in vita, non teneri sub mortali. Sed, quid si peste infectus velit communicare in Paschate, ad quod tenetur ratione præcepti Ecclesiastici?

An possit infectus sub mortali communicandus.

Resp. Credo Curatum tunc non teneri, quia Ecclesia non obligat cum tanto periculo ad obseruantiam suorum præceptorum. Omnes. Suarez tamen to. 4. disp. 44. sect. 3. num. 5. & seq. videtur velle teneri sub mortali.

Quæritur. An communicatio sit danda infirmo habenti cancerum, vel vlcus maximè fetens? 37
 Resp. danda. Idem dicitur de leproso. In quibus casibus, factor non potest excusare, vt excusat pestis secundum opinionem Soti, & aliorum: ratio est quia factor non inficit, & bene

De cancro leproso vlcere fetente.

depellitur odoribus, vel saltem magno igne interiecto, dicimus nos, Carboni accesi, & sufficit accedere ad infirmum in ipso actu communicandi, reliqua enim possunt perfici a longè. si vero mali odoris tanta sit vis, vt communicatio ministrari non possit, sufficit agat quæ dicuntur cap. 7. num. 79. in additionibus, communiter tamen malus odor sustinetur, maxime si festinanter agenda agantur. Certè semel excipi confessionem pauperis faminae repertæ in via, & vix eam potui perficere, etiã si infirma distaret ad is pedes, & locus esset apertus, & vento depositus, similia tamen raro contingunt, & si contingant patienter sustinendum.

38

Communionio quibus iam mor- de negat.

Quæritur. An communicatio in morte negatur aliquibus, & qui nam sint? Resp. Iuxta dicta capit. 7. num. 93. & sequen. quia quæ dicuntur ibi de penitentia intelliguntur etiam de communione. Adde. Non negari communionem omni, qui si non est confessus, per eum non stetit, sed id fuit, vel quia Sacerdos erat furdus, & non aderat alius. Sor. dist. 12. quæst. 1. attic. 4. in fine casu pri. Vel infirmus amisit loquelam, aut habuit aliquod aliud impedimentum simile non voluntarium. Omnes. Curatus tamen in omni casu, quo communionem negat, inducat ad bonam contritionem.

Vsurarium verò publicum, etiam post bonam confessionem, non communicet nisi restitutio-

tutione facta, aut data cautione, vt est dictum cap. 5. num. 24. Omnes alios quantumuis magnos, vel publicos peccatores, postquam confessi, & absoluti fuerint communicet. communicantur etiam interdictus, suspensus, excommunicatus, & hæreticus, cum cautione, & iuramento, vt est dictum c. 5. per multos numeros, & precipuè à num. 18. vide addit. ad c. 7. num. 74. & iuxta illas practica.

Quæritur. An communio sit danda omni infirmo eam petenti? Resp. Contigisse me aliquoties vocatum ab infirmo, & hunc communicasse hodie, & cras ipsum domo exiisse. Igitur facilis sit Curatus, sed & prudens, ne nimia facilitas vertatur in paruum honorem Sacramenti.

Quæritur. Quid aget Curatus ruralis si vadens ad communicandum aliquem longè a parochia positum, puta per aliqua milliaria, ibi in aliquo sacello consecret, & post communionem infirmi, & post ablutionem ab ipso celebrante acceptam, reperiat fragmenta, quæ casu remanserunt, quæ nec decenter potest conseruare, nec deferre ad propriam Ecclesiam? Resp. Vide rubr. Missal. de defectu intentionis. Potest eas sumere etiam si non sit ieiunus, licet Nau. videatur negare.

At quid de reliquijs repertis in altari post communionem, & post sumptam purificationem, ita vt minister nō sit ieiunus? Resp.

Sua-

39

An omnis infirmus communicandus.

40

Quomodo curatus non ieiunus sumet reliquias.

Suarez tomo 3. quæst. 80. sect. 6. disp. 66. posse eas sumere. Practica ex Suarez. Si sunt pars illius sacrificij, si possunt reponi, reponendæ: si hoc non potest fieri siue sint parvæ, vt quidam a Suarez citati volunt, siue magnæ, possunt assumi. Idem credo si sint particula integræ, quia nec paruitas, nec magnitudo accidentium addunt ad Sacramentum.

Si vero sint alterius sacrificij pars, debent reponi in loco solito; nam, & est facile, quia, eo modo quo hætenus conseruata sunt, poterunt etiam in posterum conseruari. Et si nescitur, an sint eiusdem, vel alterius sacrificij, credendum est esse illius, quia rationale est prius celebrantem non dimisisse eas.

Possunt autem dictæ reliquæ sumi toto eo tempore, quo celebrans est in altari, licet sit per horam post absolutum sacrificium, puta quia interim communicauit. Ex Suarez ibi. Commodius est, communicare post sumptionem sanguinis antè ablutionem, quia cessat omnis disputatio de ieiuno sacrificio; Postquam verò discessum est ab altari, non possunt sumi, nisi rationabilis causa excuset, eò quod aliter conseruari non possint, vt est dictum sup.

41
An ferens
da com-
munionem e-
quo, vel
pedes.

Quæritur. An Curatus ruralis ferens communionem infirmo longè distanti, possit ire equo, an debeat ire pedes? Resp. Se conformet consuetudini loci, & si nulla sit consuetudo,

do, nullum est peccatum equo ferre, nisi equus esset indomitus, & præceps, ratione periculi. Cõcordat Rituali Pauli V. qui hoc admittit.

Quæritur. An si Curatus sit multum fatigatus, dum longè fert communionem, possit pro modico tempore, dum quiescit, facere eam, ferre per laicum, vel aliũ Sacerdotem? Resp. Per Sacerdotem posse; si non habet stolam, nec superpelliceum, citra scandalum est nullum peccatum, quia necessitas illius indigentia excusat: Per laicum verò non. Remedium erit, duos hinc inde sustentare brachia Curati, qui vix fatigabitur, si Sacramentum tulerit in bursa collo appensa, vt est dictum supra.

42
*An possit
facere ferre com-
munionẽ
per aliũ.*

Sed si casu interportandam communionẽ Curatus cadat insincopem, aut aliud simile? Tunc etiam omnis laicus poterit Eucharistiã ferre, quia necessitas non habet legem. Numquam tamen laicus, stante quauis necessitate, poterit infirmum communicare; benè posset diaconus de licentia Curati, quam tamen non det, nisi pro vltimo remedio, nam canones, qui hoc concedunt, vix aliter sunt in vsu; sicuti etiam diaconus poterit sub ratihabitatione. *Sot. dist. 13. q. 1. artic. 3.*

43
*Diaconus
quando
communi-
cet.*

EXTREMA

VNCTIONE.

Caput Nonum.

1
An Cur.
peccet si
utatur o-
leo ne te-
ri.

Quaritur. An Curatus possit uti o-
leo extremæ vnctionis illo anno nõ
benedicto? Resp. Non posse: ita de
consec. dist. 3. cap. literis. Si ta-
men antequam à cathedrali possit asserri (ci-
tra negligentiam) poterit sine peccato vetus
vsui esse.

2
Quid a-
gendum
deficit o-
leum be-
nedict.

Quaritur. An deficiente oleo extremæ vn-
ctionis, possit per Curatum aliud non benedi-
ctum addi? Resp. Posse, dum modo quod addi-
tur sit in minori quantitate consecrato: Ideo
guttatim potest infundi. Omnes.

Si tamen posset haberi consecratum, me-
lius esset addere consecratum. Porrò oleum,
quod additur sit ex oliuis. Andreas Victor. de
extrema vnctione.

Quaritur. An extrema vnctio necessario
sub peccato sit danda? Resp. Victorellus, An-
vitæ periculum excuset parochum, & prius
de obligatione parochi? Curatum de iusti-

tia teneri, & affirmat esse dandam si t. mortali, eò quòd ad hoc Curat. teneatur per locum Conc. sess. 23. cap. de refor. p. quod specificat Suarez, cum commodè Curatus potest. Et maximè tunc sub peccato teneri, cum infirmus non valuit recipere alia Sacramenta, addit enim ibi Victorel. posse fieri, Vt infirmus sit attritus, & vi huius Sacramenti euadat contritus. quod est benè notandum.

3
An dan-
da extre-
ma vn-
ctio. sub
mort.

Probabilius est sola Sacramenta mortuorum, vide licet, Baptismum, & penitentiam facere ex attrito contritum, reliqua non item, quia illa dant primam gratiam, hæc non, sed eam præsupponunt. Suarez tom. 3. quæst. 62. disp. 7. sect. 4.

PRACTICA. Dispone tunc, pro virili, ad contritionem, quia tutius & canones citati a Nau. in Manuali c. 22. num. 3. not. 2. in confirmationem suæ sententiæ, videlicet, quod attritio adiuncto calore Sacramenti euadat cōtritio, forte à legente nō probabuntur. certe in meo nullum verborum faciunt de attritione. Potest dici mendum esse typi. Sed & Sot. d. 17. q. 2. a. 4. quod quis per sacramētum & attrito fiat contritus docet non esse de fide, sed doctorum opinionem. Tute practica- bis vt est dictum.

Quæritur. Cui danda est extrema vnctio?
Resp. Illi, qui est in periculo mortis prouenientis, a natura, siue ex se, siue a natura,

4
Cui dan-
da.

debi-

debilitata veneno, vulnere, aut alio simili
 ladente. Silu. vnct. q. 5. Omnes. Et Sotus dist.
 23. quæst. 2. ar. 2. concl. 2. exemplificat esse
 tunc, quando tentata naturalia remedia non
 consentur sufficere pro salute infirmi. Datur
 etiam si infirmus esset in gratia, vel per recen-
 tem baptismum, vel indulgentiam plenariã.
 ijdem ibi. & Victorel. ibi.

*Andan-
 da infir-
 mo autè
 occidèdo.*

Si vero quis statim esset occidendus suspen-
 dio, vel alio simili modo, & esset infirmus, etiã
 latabitur, an esset danda? Resp. communi-
 ter teneri talibus non dandam. Candel. de
 extre. vnct. de iterat. num. 7. tenet dandam.
 videtur dicendum non dandam, quia non de-
 betur nisi posito in periculo mortis natura-
 lis, in quo non est iste occidendus: credo ta-
 men quod posset dari, si iste vere iam iam spi-
 raret, & esset verisimile moriturum antequã
 occideretur. & hoc per rationem dictam.

Pueris habentibus vsum rationis est dan-
 da, cum iam communicarunt. Sot. artic. dicto
 concl. 4. & etiam ante, cum sine pœnitentia
 decedunt, puta quia ex improviso loquelam
 amittunt, vt si forte sint attriti vi Sacramen-
 ti euadant contriti, vt est dictum nu. 3.

Sed an etiam antè communionem, cum
 aliàs haberent vsum rationis?

Credo, & bonum iudico non admittendos
 scrupulos in hoc, nisi aliud declaret Episco-
 pus.

Habentibus lucida interualla datur, si dum sanæ mentis essent petierunt illam: vel si christianè vixerint. Silu. vñtio. q. 5.

Furioso datur, etiamsi resistat, qui potest ligari. Decentius tamen est teneri.

Rabido potest dari, sed cauendum ne tangatur eius sputum, seu saliuæ, quia habet vim inficiendi rabie tangentem. ideo vngatur loco oris pars vicina.

Peccatori publico. vide cap. 5. nu. 32.

Amentibus perpetuis non datur. Omnes.

Phrenetico qui cecidit in phrenesim in mortali notorio non datur. Silu. ibi.

Quæritur. Quando stante dicto periculo est danda? Resp. Non bene dari, quando infirmus iam amisit sensum, nec quando salus est deplorata. Sot. vbi supra.

Sed quamuis tunc daretur, non esset peccatum, quia sufficit ita dare; licet fructuosius datur infirmo integros sensus habenti. At & in infirmitate letali, licet longa, & in vulnere violento, vel cum potauit venenum potest dari in principio morbi. Sed neque est necesse dare ante communionem, vel post eam, sed potest dari secundum vrgentiam casus pro Curati prudentia. Congruentibus tamen datur post, quia vt sonat ipsum nomen extrema vñtio, est tamquam vltimum Sacramento- rum, & remediorum infirmi.

Quæritur. An Curatus peccet, si det extremam

6 *Dans ex-
tra pericu-
lum mor-
tis.* mam vnctionem ei, qui videtur mori, & ve-
rè non habet infirmitatem mortalem? Resp.
Negatiuè, si quidem det de consilio medici,
vel dum prudenter sic arbitratur, faciendum
ipse, vel alius prudens. Alias in Villis op-
porteret Curatum esse medicum.

7 *Quis dat
eam.* Quæritur. Quis dat eam? Resp. Curatus,
vel alius de eius licentia, si non prohibeatur
ab Episcopo. Omnes. Addit Victorellus. Pos-
se alium sacerdotem sub rati habitatione, imo &
sine ea in extremo, vitæ periculo, & hoc etiã
tunc vult licere regulari, licet alij negent. vi-
de cap. 5. num. 51. At si fortè Curatus, sit ex-
communicatus, poterit facultatem facere,
alio Sacerdoti extremam vnctionem admini-
strandi. Victorell. ibi: sed Suarez tenet con-
trarium.

8 *An plu-
res Sacer-
dot. ritè
eam dent
simul.
Quando
vn gens
deficeret.* Quæritur. An plures Sacerdotes simul cū
Curato eodem tempore possint extremam
vnctionem dare? Resp. Posse, dummodo vnus-
quisque suam formam proferat, & vngat lo-
cum distinctum a socio. Communis. Sed hoc
non faciendum sine necessitate. Et si primus
Sacerdos deficeret morte, vel alio casu, vngat
alius. Sil. Vnctio.

9 *An dan-
da petenti
solum.* Quæritur. An Curatus teneatur solum
eam dare petenti, An verò etiam eam offer-
re non petenti? Resp. Teneri eam dare peten-
ti, siue ipse infirmus eam petat, siue domesti-
ci eius, dummodo infirmus non prohibea-
tur

cur eam recipere vt est dictum num. 4.

Et Victorell. de obligatione parochi vult Curatum de iustitia teneri dare eam saltem petenti. Item credo teneri offerre, cum infirmus nullo alio Sacramento fuit adiutus, vt est dictum num. 3. & tunc habet valde de probabili teneri sub mortali, cum deficiat in re, quam commode prestare potest, ad quam tenetur de iustitia iuxta dicta num. dicto, in magnum præiudicium subditi. In alio verò casu non credo teneri offerre cum commode non possit, & non vrgeat periculum infirmi, iuxta dicta num. dicto. Et dato quod teneatur eam dare (nam multi volunt, cum non sit Sacramentum necessarium, non teneri Curatum ad eam dandam) tamen sufficiet eam dare, etiam non aduertente infirmo. Practica bona est: Cum Curatus audit confessionem infirmi, disponat eum ad volendum hoc Sacramentum quando allatum fuerit, vt ita peccatens habeat fructum suę deuotionis ad hoc Sacramentum, quo carebit, si non consentit explicitè, in illius receptionem. Et vt animetur ad Sacramentum deuotè suscipiendū, narret illius commoditates, puta sanitatem corporis, & discussionem metus, & maroris propter peccata admissa. Sor. dist. dicta artic. 2. conc. 2. Nunquam tamen Curatus dicat infirmo intelligenti, cum fuerit tempus eam dabo; Nunc est tempus eam dandi, aut aliud

T simi-

simile, quia quis est, qui non timeat mortem, quam similia verba vicinam indicant?

10

*An contritio necessaria in sci-
piente.*

Quæritur. An eam accipiens debeant saltem esse contritus? **Resp.** Debere esse contritum, vel saltem attritum reputatum contritum. *Suarez tom. 4. disp. 41. sect. p. num. 19. & omnes.* Curatus tamen excusabitur si det peccatori in contrito, dummodo vel ille petierit, vel christianè vixerit. **Practica.** Reconciliet prius infirmum, si ille valet loqui; si non valet, inducat ad actum contritionis maiorem, quem potest.

11

An Cur. habeat ministrum.

Quæritur. An Curatus teneatur habere ministrum respondentem? **Resp.** Non esse necesse. Si tamen in tuo episcopatu aliter provisum fuerit, observa constitutionem. **Communitè sine ministro datur.**

12

An ferenda cum lumine.

Quæritur. An Curatus peccet, si deferat extremam unctionem sine lumine aut ceteris sollempnitatibus? **Resp.** Dicitum esse cap. 5. num. 39. Adde observandas constitutiones proprii Episcopi. Qui ferret sine causa, venialiter credo peccaret; qui vero cum causa nullatenus. Item si Curatus, quando de nocte timet se vocandum pro infirmo periculoso, vespere ferat oleum extremæ unctionis in cubiculo, ut vocatus expeditius vadat, non bene agit: sufficit, relinquat in Ecclesia in loco solito, & Curatus inde eam sumat.

Sicut

Sicut nec bene agit, si de nocte reuersus ab vnctione infirmi, vt se citius expediat, oleum non referat ad solitum locum, sed retineat domi vsque mane: Nullum tamen credo peccatum mortale, citra scandalum, vel periculum alicuius irreuerentia, & in his obseruet constitutiones sui Episcopi.

13

An bene retineat domi.

Quæritur. An Curatus peccet, si vngendo non obseruet ordinem præscriptum à rituali? Resp. Agat sicut præscribit Rituale: obediendum est enim Ecclesie. Quod si cum causa, puta, cum accedit ad infirmum videt illū spirare, & ne hoc Sacramento careat, vngat partes, quæ sunt illi magis ad manus, tunc non puto eum agere contra piam Ecclesie sensum.

14

An vngendus per ordinem Ritualis.

Ceterum Rituale Pauli V. non videtur obligare sub mortali, cum proponat illud sub voce. HORTAMVR. tamen boni filij parentis voluntatem, etiam iniussi, amanter exequantur.

Quæritur. Quomodo vngendum? Resp. Obseruet ordinem, & modum Ritualis. Communiter in singulis locis fit cum vnctione crux, licet crux nõ sit necessaria. Nota tamen quoad loca necessariò vngenda, esse duplicem sententiam, quandam affirmantem, quinque sensum vnctiones esse necessarias. ita Victorell. de extrema vñct. An ad singulas vnctiones. &c. & citat auctores istius sententia. Altera,

15

Quomodo vngendum.

292 De Extrēma Vnct.

non esse necessariam vnctionem singulorum, sed aliquorum. Secundum primam sententiā, quæ est communis, & vsu Ecclesiæ approbata, inungenda sunt loca determinata sensuū: secundum alteram, poterunt aliqua vngi, aliqua non, stante necessitate, vt in peste grassante, in qua tunc secundum quosdam poterit vngi sensus magis expositus sub vnica forma, vt, Per istam sanctam vnctionem, & suā pijsimam misericordiam, parcat tibi Dominus quicquid per visum, auditum, odoratum, gustatum, & tactum deliquisti, & in hac necessitate organum tactus, poterit esse frons, vel genæ in peste vngat vt dicitur num. 19. Communiter verò in singulis locis sensuum, fit vnctio sub crucis forma. Partes, quæ sunt binæ, vt oculus, aures, & aliæ extra necessitatē singulæ vnguntur. Ad nares, & auriculæ, & vterq; pes, extra necessitatem, singuli vnguntur; sed & si quis alteram non vngeret, non tolleretur Sacramenti essentiam. Renes, etiam si sint duplices vnica vnctione vnguntur. In necessitate vero, alterutram sufficit ad libitum vngere. In Sacerdotibus non vngitur palma, sed pars exterior manū; Sacerdotale Romanū de extrema vnctione: licet aliqui negent, citantur à Victorell. ibi. Ego non recederem à Sacerdotali. In fœminâ loco renum, non vngitur vmbilicus, nec partes proximiores renibus. Sot. loco dicto videtur nol

le hanc renum vnctionem. Carentibus parti-
 bus vngendis vnguntur proximiores. Ritua-
 le Pauli V. de extrema vnctione docet in fa-
 minis renum vnctionem semper dimittendā,
 & in viris quando commodè moueri nō pos-
 unt, ne tunc alia corporis pars, vice renum,
 vngi debet hoc obseruandum. Omnes. In cœ-
 co à natiuitate bene vnguntur oculi, quia ha-
 buit potentiam, licet non actum peccandi. I-
 dem dicitur in muto, & surdo, organa illorū
 sensum. Sot. ibi. Tol. tamen Inst. de extrema
 vnct. cap. 3. num. 8. vult prætermittendam
 vnctionem pedum, & renum, etiam in mare,
 sed certè Ritualia omnia, & praxis vniuersa-
 lis est in contrarium; Vbi tamen fuerit con-
 traria consuetudo, seruanda est. Victorel. lo-
 co dicto, & hoc fortè voluit Tol. dicere, eodē
 modo intelligendus Victorel. cap. quæ corpo-
 ris partes iniungendæ, &c. Vbi habet in mo-
 nachis renes non vngendos. In aliquibus lo-
 cis, post absterfionem locorum vnctorum
 panno, vel bombice sicco, denuo abstergun-
 tur alio panno, vel bombice madefacto, aqua
 prius expressa, Bonum, sed non necessarium.
 Obserua consuetudinem legitimam loci.

In partibus binis fit bina crux, sed forma
 solum profertur semel. Vide an ista Practica
 tibi placeat. Collata vnctione, ego facio in-
 firmum, ore si potest, siue mente recitare me-

16

Practica
 bona.

cum symbolum Apostolorum: Postea protestari, se in ea fide velle manere, ac mori, Vt sicut in ingressu vitæ, in baptismo symbolum recitauit, sic in egressu ex hac vita idem repetat. Hortor deinde ad concipiendam spem vitæ æternæ. Præterea moneo ad agendas Deo gratias de omnibus beneficijs acceptis, & præcipuè quòd moriatur in suo lectulo Sacramentis munitus. Moneo item, vt se totum Diuinæ voluntati adaptet, eliciendo etiam actum amoris erga, D. Maiestatem. In fine instruo quomodo se armet contra desperationem, yel præsumptionem proprij meriti. Doceo præterea aliquas breues orationes iaculatorias, quibus toto tempore agonis vti possit. Præterea curet Curatus semper, vt dum infirmum vngit, & ei commendat animam, assistens genuflexi actionem, & orationes suas, oratione, & deuotione iuuent.

17
Voluens infirmum pro vnctione, si moriatur.
 Quæritur. Si in vnctione, & propter vnctionem moriatur infirmus, an vngens fiat irregularis, puta si decumbentem supinum, vt vngat renes faciat voluere in latus, & ille ex illa volutatione moriatur? Resp. Benè vngere, qui partes viciniore locis ad vnctionem deputatis vngit. Sed licet casus dictus contingeret, nulla tamen contraheretur irregularitas, quia Curatus dat operam rei licitæ. Sor. de Iust. lib. 5. quæst. 1. art. 9. parum ultra medium, & quia iste casus non est expressus a iu

re. Caueat tamen ab ista volutatione, quia
fit frustra.

Quæritur, Quoties fit danda extrema vn-
ctio? Resp. Semel pro eodem statu morbi, &
quoties pro eodem statu infirmus reciderit,
& conualuerit. Silu. vnctio q. 8. Sot. dist. 23. q.
2. artic. 3. concl. 3. Victorel. declarat posse bis
dari in eadem infirmitate, dummodo, dum se-
cundo datur, licet infirmus non fuerit prius
sanitati restitutus, tamen sit verè in nouo vi-
tæ discrimine, quòd cõcordare videtur dictis.

Quæritur. Quid aget Curatus, si dubitaue-
rit, an infirmus sit viuus, vel mortuus? Resp. Si
nondum incepit, incipiat cum conditione si
viuit, si incepit, videat an viuat. Sed & in v-
troque casu poterit prius videre an viuat, &
postea inungere. Et, si in graui necessitate,
quæ moram non patitur, poterit Curatus ve-
locissimè sine Cruce vngere vnum locum,
vnam aurem, narem, manum, & os vnica
sententia, partiales formales sententias cõ-
plectens prolata, puta, Per istam sanctam vn-
ctionem, & suam pijsimam misericordiam,
(obserua formã rituali Pauli V.) parcat tibi
Dominus, quidquid per visum, auditum, gu-
statum, odoratum, & tactum deliquisti. Sua-
rez to. 4. disp. 41. sect. 2. Victorell. ibi c. ad sin-
gulas vnctiones habet cû Suarez ibi citato, vi-
deri sibi probabile rectè agere. vide etiam su-
pra. num. 15.

18
Quoties
danda.

19
Dubius
an viuat

296 De Extrema Vnct.

20 *Observan-
as rituum.* Quæritur. An, & quando Curatus peccet non observando ritus, seu non dicendo orationes, quæ sunt in Rituali? loquimur dum per tempus vacat, puta quia infirmus non expirat actu? Respond. formam solam esse necessariam absolutè. Introeat vero, & aliz orationes sunt necessariae de præcepto Ecclesie, & ista omittere sine causa non expedit. Reliqua, puta septem psalmos, non credo necessarios de præcepto Ecclesie, & ista omittere sine causa non expedit. Reliqua, puta septem psalmos, non credo necessarios; quia in aliquibus Ritualibus habetur, Astantes dicant septem psalmos, in alijs verò habetur, Sacerdos dicat septem psalmos, postea vngat, quia si essent necessarii de præcepto Ecclesie, ubique eodem modo præscriberentur. Sed & si essent de præcepto, possunt, & debent omitti in vñctione illius, qui iã iã expirat. Ita praxis vniuersalis. observa Rituale Pauli V.

21 *Quomodo
properet
cum vn-
ctione.* Expedit curatum habere parvam crucem dantem indulgentiam plenariam inuocanti nomen Iesu, & hanc semper cum extrema vñctione afferre & conari, vt infirmus dictam indulgentiã consequatur: Vel saltè hoc idè curare per globulum benedictũ, vulgariter, grano benedetto, quem secum pro hacre habeat. Quæritur. Quanta diligetia Curatus properet pro vñctione afferenda infirmo? Vide cap. 5. num. 38.

Quæri-

Quæritur . An extrema vnctio detur peste infecto? Resp. Et credo communiter non dari, cum non sit, secundum aliquos, Sacramentum absolutè necessarium, sed regales te iuxta dicta cap. 8. num. 34. In alijs verò morbis etiam inficientibus datur . Et si volueris dare in peste, non video prohibitum, poteris tamen vtì remedio dicto c. 7. n. 75. & supra n. 15. vngendo vnicū locū vice omniū aliorū. Possè autem tunc dari instrumento ligneo, aut argenteo concedit Victorell. de extrema vnct. Non discendum credo a constitutionibus tui Episcopi. Vide supra aliam practicam pro peste infectis. num. 31. cap. 8. Idem dicitur de leproso, de habente cancrum, vel vlcus fætes, & de rabido, quia omnium est eadem ratio. Porrò, quia potest contingere Curatum vocari ad infirmum, qui potenter fæteat, Curatus vtatur remedijs cap. 7. num. 79. Quæ nisi pro sint sufficiet fecere necessaria, & reliqua omnia omittete.

Præterea in agendo, cum istis laborantibus morbo inficiente nota bonam Practicā . Curet parochus habere vestes breues, & ita ad se eas colligat, vt quam maximè potest, fugiat contractum infirmi . licet enim sibi hoc modo providere vtili hæc circumspectione . Et hæc nota pro omni administratione Sacramentorum in morbis inficientibus . Præterea agrum faciat constituere in loco puro .

22
Andam
da estep
infecto.

23
Practica
bona pro
morbis in
ficientibus .

& libero sine vestibus, quoad fieri potest, & vtatur meris essentialibus, vt est dictū nu.19. & muiat se antidotis, & præseruatiuis iudicio medici. Suarez. tom.4. disput. 44. sect. 3. num.vlt.

D E

M A T R I M O N I O .

Caput Decimum.

I
*Requisita
 à Concil.
 Trid. pro
 matrimo-
 nio
 Denūcia-
 tione quor
 es quales.*

Quæritur. Quot requirat Conc. Trid. sess. 24. cap. 1. de refor. matrim. pro matrimonio? Resp. Inter cetera requirere Denunciations, quas vult esse tres faciendas diebus tribus festiuis continuis, in vno quoque vnam: & Curatus in altero istorum deficiens, videtur peccare mortaliter, quia non obseruat graue præceptum Concilij, licet in aliquo illorum excusetur a doctoribus, vt dicetur infra, de omittente vnam denunciationē. Hæc tamen omnia solum habent locum vbi dictum Conc. est receptum.

In denunciationibus Episcopus potest dispen-

spensare. Vicarius gener. sine speciali facultate, non item. Silu. matrim. 6. quæst. 5. not. 2. in fine, elicitur etiam ex dicto loco Concilij, nam ibi Conc. videtur requirere industriam personæ Episcopi.

2
Quis dispensat in denunciationibus.

Quæritur. Si Vicarius generalis iubeat Curatum denunciare vna, aut altera vice, solum, an Curatus tutò possit credere Vicario ad hoc facultatem factam esse ab Episcopo? Resp. Posse, etiam si Episcopus absit, vel Vicarius ipse patris dieb. antè interrogatus à Curato, an posset in numero denunciationum dispensare, respondisset non posse: quia rationabiliter Curatus potest credere, factam ab Episcopo postea facultatem Vicario dispensandi per epistolam.

3
Quando credentur Vic. iuberi denunciations.

Quæritur. Quale peccatum sit interpollare denunciations? Resp. Esse, qui putent esse mortale sine causa, quia sit præceptum in re grati. Omittere verò vnam esse solum veniale vult Rebell. de obligat. lib. 2. quæst. 7. sect. 2. num. 10. Omittere verò eas sine causa erit mortale, cum sit mortale interpellare, quod est minus.

4
Interpellatio denunciationum.

5
Remissio denunciationis quale peccatum.

Quæritur. An si Curatus ex causa, puta facta vna denunciatione, & detecto impedimento, interpollet denunciations, postea superata difficultate, num sufficiat, vt faciat duas omissas, an debeat facere omnes tres? Resp. Et credo sufficere, si facit duas omissas, quia

6
Denunciatio interrupta quæ reassumitur.

quod

quod denunciations sint continuæ Conc. ibi præcipit, ne fraus in eis faciendis adhibeatur: at in casu nostro videtur cessare omnis ratio fraudis. rituale Pauli V. de matrim. habet, si quid obstat Parochus ultra non procedat.

*Quomodo
fiant de-
nunciat.
quãdo im-
pedimen-
tũ ad est.*

Porro quando impedimentum inter contrahentes est clarum, possunt fieri antè, & post obtentam dispensationem, sed congruentius fiunt post.

Quid de isto casu. Quidam Episcopus iusserat, ut matrimonium celebraretur statim, post contractum, & denunciations: Petrus qui Bertam filiam nuptui tradit Caio, inter quos est impedimentum cognationis, cogitur Episcopi legem seruare, sed ea seruata est ei impossibile filiam nuptui tradere ob temporis breuitatem. Episcopus in lege nullatenus vult dispensare, Vic. generalis, qui cum Petro necessitudinem habet, ut Petrus intentum obtineat, & Episcopus nonat, & interim sus, conuenit cum Petro facta n videatur elutione, ut impedimentum propovna denuncia- dum dispensatio a Sanctissimo obtinetur, Petrus pro voto satis temporis obtineat. nunc quæritur num Vicarius iste possit tuta conscientia hoc subterfugio vti? Resp. Et credo posse, cum Episcopi lex irrationabilis sit, obligat enim hunc ad tam difficile, ut impossibili possit equari, nam & spatium quatuor mensium

sum ad contrahendū dari sponsis vid. nu. 13.

Quæritur. An Curat. qui scit cōtrahentem esse alterius Curæ, teneatur ipse ab isto contrahente fidem quærere, vel sufficiat per alios notificetur hoc impedimetum? Resp. Per se teneri, & ita practicari.

7
Curatus
quærat fi-
dem à nō
subditio.

Bona practica est non facere denunciations, nisi habito consensu sponsi, & sponsæ, vel parentum illorum, aut saltem illorum, qui eorum curam gerunt, quia ita multa inconuenientia euitantur. Si tamen in tua Cura fuerit consuetudo diuersa, quæ ab Episcopo non fuerit improbata, illam obserua.

In quibusdam locis, cum sunt denunciations faciendæ alicuius, qui antea matrimonio fuerit copulatus, prius probatur esse solutū, deinde denunciations fiunt. Forte est superfluum, cum per denunciations omnia saluentur. Sed nec superfluum, cum secundum legitimam consuetudinem loci, femina est vidua, sed non contrahens, cui debetur benedictio ratione consuetudinis in illo loco vigentis. Sed vide num. 48.

Quæritur. Vbi denunciations sint faciendæ? Resp. Conc. ibi velle faciendas esse in Ecclesia in Missa. Consuetudo interpretatur in parochia sponsi, & sponsæ, si sint diuersarum parochiarum.

8
Denun-
ciationes
ibi fiant.

Si verò alter contrahentium, sit quidem alterius Curæ, sed de nouo sit factus habita-

tor illius Cura, empta domo, & eam inhabitante, in qua Cura denunciations fiât. Resp. Obseruandas constitutiones Episcopi, quæ si non adsint, ita posset agi. Faciendas quidem denunciations ibi, sed & faciendas in priori parochia habitationis istius.

Si autem faciendæ sint denunciations illius, qui nunc est vir, & habitat in tua cura, sed cum illuc venit, erat septennio minor? Credo tutò posse te facere eas, quia si non contraxit post aduentum in tuam parochiam, ne potuit contraxisse ante non solum matrimonium, sed nec sponsalia de futuro, per impotentiam ætatis, & ita potest tutò contrahere, & tuto possunt ibi denunciations fieri.

9 *An fiant in alia Ecclesia a curata.* Quaritur: An si in oppido sit nisi vnica parochia, & in die festo populus confluat ad aliam Ecclesiam, quia ibi de consuetudine talis festi dicitur Missa Parochialis, an ibi denunciations fieri possint? Resp. Posse, quia saluatur mens Concilij de denunciationibus faciendis, quæ est, vt parochiani eas audiant.

10 *In qua Missa fiunt denunciations.* Quaritur. An si in parochiali, maximè oppidi, sint duæ missæ debeant denunciations in vtrâq; fieri, vel an sufficiant fieri in alterutra? Resp. Et videtur dicendum obseruandam consuetudinem; Communiter faciendæ sunt in ea quæ habet rationem parochialis, puta quia in ea solent fieri, siue sit prima, siue secunda: Certum præterea est, non esse faciendas

das extra Ecclesiam: Nec in Ecclesia, priuatè, nec in Ecclesia, extra Missam, nec etiam in vesperis, aut publica coeione, quia Conc. explicat in Missa faciendas.

Quæritur. An Curatus auctoritate propria possit celebrare matrimonium siue denunciationibus?

II
Denun-
ciat. quan-
do dimittit
Curatus.

Resp. Dicitur esse supra num. 1. & 2. regulariter non posse. Poterit tamen, cum aliqua vrgens, & grauis causa adfuerit. Sot. dist. 28. q. 2. artic. 2. concl. 3. talis erit, Cum quis est in articulo mortis, & vt relinquat malum statum peccati, contrahit cum concubina. tunc facto matrimonio denunciationes faciendæ. vide infra num. 31. Item quando si in deprauidatione ciuitatis, qui essent coniuges, saluarentur. Item si concubinarij iter faciètes deprehenderentur esse tales, & periclitarentur. Item si alter volens contrahere, impediatur à cognato, vt interim magna hæreditate fruatur. Item si esset vtile multum, ex tempore duos coniungi, qui elapso tempore impediarentur. Hæc tamen omnia sunt intelligenda, quando nec Episcopus, nec Vicarius, potest adiri. Nauar. c. 16. num. 3. Cand. in 4. p. cap. 1. num. 17. Et si non datur tempus recurrenti ad Episcopum, aut Vicarium, celebrato matrimonio, eos de facto admoneas.

Quæritur. Quid intelligendum nomine diei festi, in quo denunciationes sunt faciendæ?

12
Dies festus quis.

dæ? Resp. Intelligendos festos ex præcepto, & consuetudine, & etiam ex deuotione, etiã si non feruetur festus; nisi vsque ad meridiem: quia dum Concilium non distinguat, nec nos distinguere debemus; & in omnib. saluatur mens Concilij, quæ est, vt denunciations fiant tempore, quo audiantur à populo, & his diebus populus potest audire, quia ad Ecclesiam confluit. Sic doctissimi Romæ consulti.

13 *An matr. Statim post denunciations faciedum.* Quæritur. An matrimonium statim post denunciations faciendum, seu celebrandum? Resp. Ferdinandus Rebel. de obligationibus 2. p. lib. 4. in additionibus. num. 8. ex decreto Conc. celebrandum infra quatuor menses post denunciations, aliàs denunciations, iterum faciendas. Tu tamen vide an in tuo Episcopatu sit alia consuetudo scita, & tolerata ab Episcopo, & eam tuò potes obseruare. At rituale Pauli V. habet matrimonium contrahendum infra duos menses post denunciations, & si vltra deferatur repetendas denunciations, nisi aliter Episcopo visum fuerit. Sed, & prudenter in aliquibus Episcopatibus cauetur, non celebrari matrimonium, eadem die, qua vltima denunciatio finitur, vt reuelans non eludatur angustia temporis.

14 *Curat. pro prius necessarius minister.* Quæritur. An Curatus proprius sit necessarius pro matrimonio? Resp. Necessarium ex Concil. ibi Rati habitio alterius parochi non valet. bene valeret, si facta fuisset facultas gene-

generalis exercendi omnia spectantia ad officium parochi. Nau. conf. rom. 2. l. 4. conf. 13. Rebell. in addit. ibi lib. 4. p. 2. num. 62. Facultas hæc debet esse in scriptis, ad probationem: Idem 2. p. lib. 2. quæst. 8. num. 1.

Non est necesse Curatum esse Sacerdotem, licet benè pro danda nuptiali benedictione. ideo si Curatus adhuc non sit Sacerdos, poterit ipse matrimonio assistere, dummodo, adde, non utatur stola, & benedictionem Sacerdoti delegare. Idem ibi. num. 2.

Curatus est aptus, etiam si ab Episcopo, vel eius Vicario interdictum fuerit illi non assistere certo generi personarum, si iisdem assisterit Rebell. 2. p. de obliga. in addit. 4. lib. Curatus suspensus ab officio vel excommunicatus non tolleratus. est aptus. Idem. 2. p. lib. 2. quæst. 8. num. 9. licet peccet. Idemmet Curatus potest alteri Sacerdoti dare licentiam assistendi tenet Rebell. ibi, licet etiam afferat contrariam opinionem. ibi. nu. 9. Hanc eam facultatem potest dare Vicarius perpetuus, & amouibilis Curati. Idem ibi. num. 8. & in addit. lib. 4. num. 67.

Quæritur. Vbi celebrandum matrimoniū?
Resp. Concilium ibi præcipere ut fiat in facie Ecclesiæ. Consuetudo est in parochia sponsæ, potest etiã fieri in parochia sponsi, si sponsa ad eius domum descendit Rebell. in addit. 4. lib. 2. p. num. 34. Nau. in noua editione cap.

15
Vbi fiat
matr.

25. num. 144. Potest etiam celebrari domi, idem ibi. num. 14. Et ordinarium non posse prohibere, idem ibi. num. 16. Hortandum tamen ad celebrandum in Ecclesia. Tu dic celebrandum iuxta consuetudinem loci scitam & approbatam ab Ordinario, à qua ipso in consulto non discedas, quia posse s puniri.

16

*An Cur.
peccet
mortal.
coniun-
gens do-
mi.*

An verò, qui contra communem consuetudinem legitimam iungendi in Ecclesia, hoc ageret domi sine causa, peccaret mortaliter? Resp. Rebell. de obligat. 7. pri. lect. 2. quæst. 7. sect. 2. num. & distinguit esse mortale vbi per Episcopum ita est præceptum, aliàs mortale non esse & præceptum admissum.

17

*An Cura
tus in alie
na paroc.
iungat.
suos.*

Quæritur. An Curatus in aliena parochia possit iungere suos matrimonio, etiam sine licentia parochi loci? Resp. Rebell. 2. p. lib. 2. quæst. 8. num. 5. posse, contra Nau. tom. 2. con. fil. lib. 4. conf. 14. Ideo potest per Sacerdotè subrogatæ, licet ab Episcopo non approbatum: non autem hoc potest diaconus, aut illo inferior, cum Concilium requirat Sacerdotè. Obserua leges tui Episcopi.

18

*Quid in
alieno E-
piscopatu
possit.*

Quæritur. An Curat. hoc possit etiam in alieno Episcopatu? Resp. Videri dicendum, posse, cum per hanc actionem nullius iurisdictionis violetur, & nulli fiat iniuria. Prudenter tamen aget Curatus, si isto priuilegio non vtatur, nisi urgente causa, quia posset incidere in vexationem. Obserua semper leges tui

Epi-

Episcopi, & consuetudinem legitimam.

Quæritur. Si a liquo contrahere volentes, & timentes impedimentum abeant in alium locum, an Curatus illius loci possit, de licentia tamen Curati istorum contrahere volentium, eos coniungere? Resp. Rebel. 2. p. lib. 2. quæst. 8. num. 5. posse, & probat ibi contra Nauar. citatum ibi. Tu tamen nõ assistas, nisi ad Episcopum re prius delata.

19
An Cur. alienus de sententia proprü possit coniungere.

Quæritur. Qualis debeat esse assistentia parochi, vel alterius de illius licentia assistentis? Resp. Rebel. in addit. 4. lib. num. 51. Debere esse talem, vt appareat a contrahentibus hac de causa adhibitus fuisse, nimirum, vt audiat, vel videat, & aduertat quid fiat.

20
Assistentia parochi qualis.

* Et si adsit inuitus, vel compulsus valet Matrimonium ibi num. 52. & si adfuit, sed affecta vit non intelligere, valet pariter matrim. idem ibi num. 53.

Quæritur. Quo habitu assistat Curatus? Resp. Habitu ab Episcopo præscripto; si nullus præscribitur, ordinario in loco, iuxta laudabilem consuetudinem. Sine talari veste saltem non assistere laudabile non videtur.

21
Curatus quo habitu assistat.

De modo bono practicandi matrimonium vide cap. 12. num. 41.

Quæritur. An, & quot testes requirantur pro matrimonio? Resp. Requiritur duos, aut tres per Conc. Trident. sess. 24. cap. 1. de refor. mat. Communiter sunt duo. Obserua consuetudi-

22
Testes pro matri.

nem loci, salvo tamen numero duorum. Ap-
 tus est pater, mater, & quilibet cognatus, etiã
 infamis testificari prohibitus. Rebel. 2. p. lib.
 2. quæst. num. 8. Item femina. Siluest. testis, q.
 1. not. 2. Ineptus, & mente captus, Ebrius, Fu-
 riosus dum non habet lucida interualla, & in-
 fans. Rebel. ibi. Praxis Adhiberi si potes maxi-
 mè matrimonio litigioso, testes, omni exce-
 ptione maiores: nam licet omnis testis sit ap-
 tus, vt est dictum, tamen si adhibiti fuerint pa-
 tientes exceptionem, poterunt excipi. De-
 bent autem testes adhiberi simul, dum con-
 sensus exprimitur per contrahentes, non suc-
 cessiuè. Idem ibi, & debent adesse taliter, vt
 aduertant sensu & intellectu, quid agatur. i-
 dem ibi.

*An testes
 vocandi
 vel suffi-
 ciat ad-
 sint.*

Quæres an testes ad hoc debeant vocari,
 vel sufficiat inter sint vt est dictum num. supe-
 riori? Resp. Requiritur & sufficere præsentiam il-
 lorum moralem, ideo non est necesse eos vo-
 care. Ideo si contracto matrimonio coram
 multis, curatus a duobus ex his, qui interfue-
 runt intelligat omnia, quæ sunt acta, cogno-
 uisse, illos duos poterit vt testes talis matri-
 monij in libro notare. Nau. conf. to. 2. l. 4. con-
 sil. 11. Verum est tamen, quod sola præsentia
 non arguit attentionem, nam sæpe præsen-
 tes non attendimus his, quæ aguntur; ideo vt
 curatus omnem molestiam, quam posset in-
 currere, euitet, tutius est ante celebrationem

ma-

matrimonij duos exstantibus vocet vt testes. Et ista practicatur.

Quæritur. An aliqua ætas requiratur in teste? Resp. Rebel. ibi. Ad sufficientiam pro validitate matrimonij requiri talem ætatem, quæ habeat vsum rationis, Ideo ad cautelam pro matrimonio litigioso, quære maiorem, 14. anno, quia talis non potest excipi. Silu. im. pubes, & testis, loco dicto.

23
Ætas 10
stis.

Quæritur. Ex dictis conditionibus Concilij, quæ sint necessariae absolutè, ita vt si deficient, matrimonium sit nullum? Resp. Testes, & presentia Curati, semper, & in omni euentu. Si quis tamen inualidè contraxisset, ob defectum consensus, vel cum impedimento dirimente, obtenta dispensatione sat erit iterum consentire sine Curato, & testib. Rebel. lib. 2. de matr. q. 9. num. 5.

24
Matr.
quando
nullum

25
Tempus
matr.

Paulus Comit. resp. moral. lib. p. q. 120 Refert Clementem VIII. consultum, pro reualidatione matrimonij nulli, respondisse, Ad monendum iannocentem de nullitate, & coram parcho, & testibus iterum contrahendum: si vero dictum matrimonium non possit reualidari sub dicta forma sine scandalo, petendam dispensationem a Sanctissimo, & reualidandum sine curato, & testibus, vt est dictum. Hoc tutum, & iuri conformius. Sed Nau. c. 22. num. 70. citat decretum Pij V. & vsum penitentiarie contrarium responso Clem. &

310 De Matrimonio

quod sine curato, & testibus sufficiat renouare consensum. Quidquid sit de respōso Clem. VIII. salua debita censura, certum est non obligare, quia non fuit sufficienter promulgatū, quod est de substantia legis. Vide Azor p. p. l. 5. c. 3. q. 1. Possent tamen ista concordari posse reualidari iuxta sententiam Nau. quando vero periculo scandali vacat, reualidandū iuxta dictum Clementis. Et si dictam Clementis tibi vim faciat, vide an sit admissum, quia, si non est admissum, non obligabit.

Quæritur. Quo tempore sit celebrandum matrimonium? Resp. Omnes. omni tempore posse celebrari; benedictio tamen nuptialis, & sollempnitates nuptiarum prohibentur a Conc. Trid. sess. 24. cap. 10. de refor. matr. ab Aduentu Domini vsq; in diem Epiphaniæ, & à feria quarta Cinerum, vsq; ad octauam Paschatis inclusiue. Prohibetur vero hoc tempore benedictio nuptialis, quæ datur cum sua Missa, & traductio sponsæ in domum sponsi cū conuiuijs, & signis lætitiæ. Silu. matr. 7. quæst. 2. not. 5. Nan. cap. 22. num. 71. Caiet. matrim. cap. 2. & verbo nuptiæ. Absq; vero sollempnitatibus licita est traductio; quidam tamen citati à Silu. ibi negant. Igitur considerandū est, vt bene notat. Silu. ibi; si in loco prohibeatur sola traductio sine sollempnitatibus, quia tunc sponsa non poterit traduci, etiam absq; sollempnitatibus. Rebel. lib. 3. de matr. quæst.

Caput Decimum. 311

num. 2. vult requirendam licentiam Episcopi: Quod credo intelligendum, vbi sine licentia non traducitur sponsa, quia vbi traducitur absque licentia, sciente, & tollerante Episcopo, non erit necessaria licentia, tali consuetudine vim obtinente contra canonem prohibentem talem traductionem. rituale Pauli V. in rubrica ante ritum matrim. in fine prohibet benedictionem nuptiarum, sponsam traducere, nuptialia conuiuia celebrare. & ita practicandum. Aduerte tamen, quod quando quaerenda est licentia Episcopi, pro volentibus contrahere tempore prohibito, vt est dictum, intelligendum esse, exceptis in casibus dictis supra num. 11. necessitate excusante.

Quaritur. Quando incipiat dictum tempus? Resp. Silu. vbi supra, Incipere a principio noctis praecedentis, quo est pulsata Auemaria: Vel a media nocte, Vel a mane diei, in quo incipit tale tempus, Probabilius iudicat incipere, vel in sero, vel in media nocte praecedenti; tandem concludit standum consuetudini. Hoc tene, & qua hora incipit, ea desinit.

Quaritur. An qui sollemniter traduxit sponsam, verbi gratia, dominica quinquagesima, possit dominica sequenti, qua erit prima quadragesima, vbi est talis mos facere multa leuitia signa pertinentia ad traductionem sollemnem sponsae, & tanquam illius finem? Resp. Si consuetudo sit scita, & tolerata ab Episcopo.

82
vbi dicitur
in fine
licentia

83
vbi dicitur
in fine
licentia

26
Quando
incipiat
tempus.

27
An tempore
vetito
licita
sine
reli-
quia in-
ductionis
sponsae.

312 De Matrimonio.

po, posse, si contrarium, non posse. Curatus ta-
men euellat corruptelas istas, sed utatur dex-
teritate.

28

*Hora ma-
trimonij
faciendi.*

Quaritur. Qua hora sint facienda matri-
monia? Resp. Obserua consuetudinem legiti-
mam loci. Vbi nihil est determinatum, ho-
ra conueniens est matutina, quia tunc potest
dari benedictio, quæ datur cū Missa: Et etiã si
non daretur benedictio, est hora conueniens
honor Sacramenti.

29

*Dubium
emergens
in celebr.
matri.*

Quid si spirante termino, in quo potest
fieri matrimonium, instet celebratio matri-
monij, & emergat casus dubius, & non detur
tempus consulendi peritum, nec studendi, quid
agendum? Resp. Si dubietas est de gradu pro-
hibito, vel de re, quæ sit contra substantiam
matrimonij, non celebrandum matrimoniũ:
Si est de re, quæ non sit de substantia confide-
ra, & age, quod prudenter in Domino facien-
dum iudicaueris: Si immineat periculum pro-
priũ, vel alterius differendo celebrationẽ, vide
an tenearis iure defensionis, vel correctionis,
vt dicitur n. 31. Et iuxta ibi dicta agas. Si nul-
lo iure teneris, implora brachiũ coactiuum
Episcopi, vel seculare. Sæpẽ etiam iuuat in si-
milibus repentinis ineuitabilibus, aliquo in-
genioso modo declinare. Prudentia docet.

Quaritur. Quot testes requiruntur ad im-
pediendum matrimonium? Resp. Sufficere
vnum, affirmat Nauarr. cap. 22. num. 83. De-

bet

bet tamen esse fide dignus, & iuratus. Ideo si eueniat casus, Curatus, vt omnem vexationē fugiat quam posset incurrere, si vno allato impedimento, postea negaret se attulisse, & Curatus probare non posset, & interim pars fluctuare ira: agat, Mittat, reuelantem ad notarium, qui reuelationē excipiat, & iuramentum exigat: Si hoc non potest, quia non adsit ibi notarius, faciat reuelationem tradi scripto. Si nec hoc potest, adhibeat in reuelationes duos testes.

30
Testes
quos pro
impedien-
do matriq

Quando tamen aliquis ex sua denunciatio-
ne timet scandalum secuturum, etiamsi pro-
bare possit, non tenetur reuelare. Nauar. ibi.
At si Episcopi excommunicatio de facto incu-
tiatur contra non reuelantes, qui legitimè im-
peditur non incurrit eam. Omnes.

Quæres forte, qui testes sint sufficientes ad
impediendum matrimonium? Resp. rem dese-
rendam Episcopo, & iusta exequenda, Nau. ta-
men cons. tom. 2. l. 4. cons. 2. de consang. & affi-
nit. probat testem vnicum de auditu, nisi au-
dierit a pluribus maioribus, non probare. te-
stes autem debent probare, & qui probent vi-
de Sil. testis. q. 6.

Vnicus te-
stis matre
confidit

Dubium est. An si iste reuelet, & Curatus
(quippe qui prudentior) videat, si velit ipse
factum deregere, secuturum graue scādalum,
An ipse teneatur reuelare? Resp. Non teneri
reuelare, quia periculum scādali excusat iux-

31
Curatus
sciens im-
pedimen-
tum an
reuelet cū
scādalo.

ra Navarr. vt num. superiori. Si verò non con-
 stat de futuro scandalo, sed adsit aliqua suspi-
 cio? Resp. Videri dicendum reuelationem hanc
 posse ad tria capita reduci. Vel primo ad ca-
 put Defensionis proximi, Vel secundo ad ca-
 put, & regulas correctionis fraternæ, Vel ter-
 tio ad caput præcepti Ecclesiastici, siue cano-
 num iubentium reuelationem. Si reducatur
 ad primum, clarum est Curatum teneri de-
 fendere proximum lege naturali. Nau. com-
 ment. de defensione proximi num. 23. & lege
 charitatis, & diuina, tamquam Christianum.
 Omnes enim ad hoc tenemur, cum hac tamè
 limitatione; quando sua reuelatio alteri pro-
 ddeset; & non noceret ipsi reuelanti, vel noc-
 ret alteri tantum, quantum, si non defenden-
 do noceret ipsi reuelanti. Nau. ibi num. 25. Et
 non esset alius reuelaturus, Curato non reue-
 lante. Idem ibi num. 39. deducitur etiam ex
 num. 47. Si vero reducatur ad 2. caput corre-
 ctionis fraternæ, tenetur Curatus, & omnis
 christianus agere secundum regulas corre-
 ctionis fraternæ, quæ notantur à Silu. corre-
 ctio per totum. Nau. c. 24. num. 12. & sequen-
 tibus, cum citatis ibi. quæ sunt 4. Prima est,
 quod sit certum partem corrigendam morta-
 liter peccare. Secunda. Quod speretur emen-
 datio, vel saltem non timeatur deterriora-
 tio. Tertia. Quod sit opportunitas. Quarta.
 Quod commode fieri possit. Ideo consideran-
 dum

dum scandalum; quòd si timeatur maius scandalum non reuelandum. Si autem reducatur ad 3. caput, puta quòd non detur locus nec defensionì, nec correctionì, (quòd tamen vix est possibile,) nam delata re ad Episcopum, & implorato brachio coactiuo Episcopi, vel seculari si Episcopus non adsit, fideiussionibus omni periculo occurratur, Curatus non teneatur vi præcepti Ecclesiastici, reuelare cum scandalo, vt proponitur, quia Ecclesia non ligat suis legibus, cum tanto periculo.

Quæritur. Cum quanto periculo teneatur reuelare in casu necessariæ reuelationis? Resp. Si agatur de peccato euitando, me tene-ri cum periculo vitæ meæ, & rerum mearum, dummodo iste non peccet ex malitia. Si agitur de solo damno, quòd communiter videtur posse adesse, puta quòd vir cogatur sustinere onera matrimonij, cum hoc sit magnum damnum bonorum, & corporis, non tenebitur cum damno bonorum meorum impedire damnum bonorum alterius, nec cum damno corporis mei, damnum corporis alterius, ita omnes.

Quæritur. Si pater minetur graua Curato assistenti matrimonio filij, qui contrahit illo inuito, & filius instet de illius celebratione? Resp. Nullum peccatum esse matrimonium, rationabiliter impedire, nam Conc. Trid. sess. 24. cap. 1. de refor. matr. decernit ne denunciations fiant, cum probabilis est suspicio,

3 -
Cū qua...
to pericu-
lo reuelan-
dum.

33
Minan-
te graua
Curato.

matrimonium malitiosè impeditum iri: Et cum prohibeat malitiosè, videtur Conciliū concedere posse impediri rationabiliter. Propterea cum nullum sit peccatum rationabiliter impedire, licitum erit patri impedire matrimonium filij positi sub patria potestate cū contrahit cū dedecore, vel ignominia patris. Idem poterit mater. Rebel. lib. 2. de matrim. q. 14. num. 8. & 9. Idem credo de tutoribus, & curatoribus, cum & hi curam gerant filiorum. Idem videtur rationabiliter de consanguineis, saltem in viciniorib. gradibus, & cum sint nobiles, & contrahatur cum persona notabiliter eos ignominia afficiēte; quia & hæc iniuria iustè ab istis propellitur, impediendo matrimonium. Et cum isti possint impedire tenetur etiam Curatus à celebrando matrimonio supersedere. Porrò, quia ista, & similia non sunt adeo repentina, vt omnis prouiso desit, prudens Curatus moneat Episcopum, & iussa exequatur. Quod si patre opponente impedimentum rationabile, filius opponat rationabiliorem causam excusantem, puta quòd velit contrahere cum ea, cum qua contractis sponsalitijs rem habuit, vel opponat aliam similem causam rationabiliorem? Curatus Episcopum moneat, & iussi exequatur; si hoc, penur ia temporis, non potest, assistat, quia sicuti iste filius tenetur hanc ducere, ita Curat. tenetur horum matrimonio, adesse.

At si dubium sit, an ratio patris sit rationalior filij ratione? Assistat, quia in dubio declarandum est in fauorem matrimonij. Rebelli.

Quid aget Curatus, cui certò constat sponsum, vel sponsam non habere consensum liberum? Resp. Non debere assistere tali matrimonio. Sed si antè celebrationem constitit ei de hoc, & tamen dum interrogat de consensu, respondet consentire, rectè poterit credere, prima opinione relicta vero matrimonio consentire. Practica. Statim atq; audierit à fide digno (quia non est credendum omnibus) non adesse consensum liberum, rem deferat ad Episcopum, qui prouidebit. Si instet celebratio matrimonij, & non datur recursus ad Episcopum, Curatus per fidelem hominem curet intelligere, an consensus sit liber; si caret isto fidei, sufficet vt interroget ipse, (si non potest secretò) dum celebrat matrimonium, solita interrogatione. At si dixerint consentire; credat quod dicunt.

An saltem quando dubitat consentiat necne, debeat interrogationi ordinariæ aliquid efficacius addere, puta, sciatis matrimonium debere esse liberum; igitur, si verè consenseritis, liberè referre; aut dicere aliud simile? Resp. Si non est periculum scandali possit aliquid addere, maximè si verba artificiosè con texeret: Sed etsi non adderet, non malè ageret,

34
Consensus
non liber

ret, quia benè iudicat, qui iudicat ex allegatis, & probatis, & benè credit, qui credit vt verba sonant, licet de contrario timeat; quia potest credere mutatum prima opinione, & tunc vere consentire, quia in moralib. vt ait Sot. distin. 27. quæst. 1. art. 3. dub. 1. non requiritur euidencia, sed sufficit ratio.

De matrimonio eius, qui antè amentiam dedit consensum, an sit sollempnizandum post amentiam. vide cap. 5. num. 6.

35
Cōsensus
quomodo
exprim.

Quæritur. Quomodo consensus exprimitur? Resp. Per verba, per nutus, & signa, & aliquoties etiam per taciturnitatem puellæ. Sil. matr. 2. q. 7. satis etiam exprimitur per parentes, vel quasi parentes, vt tutores, & similes, si tamen exprimat ab extraneo, non valebit. Rebel. lib. 2. de matr. q. 10. num. 9. Vide c. tuz fraternitati de spons. & matr. Idem habet.
* Ideo scrupulus, cum Curatus ad suam interrogationem vult contrahentes respondeant sub hac forma Volo, vel nolo: sufficit enim declarent confusum, vt est dictum.

Practica. Ego non assisterem matrimonio, nisi aliquo signo ostenderetur consensus: quia quomodo possem probare consensum, nisi ostenderetur signum consensus? Et testes cui nam rei testes essent? Taciturnitatis ne, an consensus? Si consensus, quomodo probarent? Si taciturnitatis, non sunt vocati pro taciturnitate.

Quæ-

Quæritur. Si in actu interrogatori an consentiat, alter omnino nullū signum consensus exprimat? Resp. Quod non assisterem vt est dictum. Sed si clarè dicat non consentire? Clarum est, non esse assistendum. Quid aget tunc Curatus? Non disponat reuertentem ad consentiendum, sed sinat prouinciam cognatis vel amicis, interim dum disponitur, habeat se merè passiuè nihil dicendo, sit tamen præsens, ne qui dissentit, cogatur minis assentiri, quia metu consentiens non debet matrimonio coniungi, cum desit consensus, qui debet esse liber. Silu. metus q. 8. An verò Curatus te neatur ad istam assistentiam, vt impediatur consensus illum meticolosum? Resp. Cum non videatur ibi futurus alias qui tam benè impediatur, tenebitur lege charitatis, qua liberet pauperem illum ab illa miseria, quæ est magna, videlicet accipere vxorem, & eam coacte alere, si tamen non timetur ista metus incussio, poterit abscedere.

36
Quando
dissentit
quid a-
gendum.

Quid agendum cum omnino surdo & mutuo, qui velit contrahere matrimonium. Resp. Si de consensu constat, assistendum pro c. tuæ fraternitati, de sponsal. & matr. Si clarè non constat, Episcopum consule. Distinguerem. Si surdus, & mutus a natiuitate vel ab ætate in qua nequibat obligationem matrimonij percipere, ego non assisterem, quia cui rei consentit cum qualitatē rei ignoret? Si vero
post

post vsum rationis sit effectus surdus, & mutus admitterem, si de consensu constaret, vt est dictum supra.

Quis prior interrogatur sponsus an sponsa? Resp. nihil referre quem prætuleris. communiter sponsus prior interrogatur. Candel. de matr. num. 22. vult sponsam prius interrogandam, citat c. pæn. de sponsalibus; & c. liceat de spons. duorum, sed sicut dicti canones de hoc nihil habent, sic credo esse errorem typi, de præmittenda sponsæ interrogatione, dicta enim cap. loquuntur de interrogatione prius facienda sponso.

37
Vagabundi
di quomodo
coniungendi
matrimonii.

Quæritur. Quomodo practicandum matrimonium vagi? Resp. Non assistendum, nisi prius veritate, (id est eum esse solutum,) cognita, probationibus receptis per testes idoneos iuridicè examinatos, & ad Episcopum transmissis, & habita ab ipso facultate assistendi. Ita Conc. Trid. sess. 24. cap. 7. de reformatione matr. si tamen in tuo Episcopatu aliter prouisum fuerit, constitutiones obserua. Vagi nomine Concil. ibi accipit eum, qui vagatur, & incertas sedes habet. Alij verò vagabundum, vt qui habent domicilium in vno loco, sed etiam habitant alibi, & qui habent domiciliū, sed nullam habitationem, vt peregrini, & viatores, quomodo tractandi? Consule Episcopū. Communiter fiant denunciationes antè istorum matrimonium in parochia originis &

do.

domicilij, & fides transmittitur ad Episcopū, & iussa exequentur. Obserua placita tui Episcopi diligenter, nam sepè contingit istos aliam, & forte plures vxores (si vxores dicendæ sint) alibi habere.

Quæritur. Si Curatus sit Vicarius Episcopi, & assistat matrimonio, cui est concessa dispensatio Papalis, & per eum debet expediri, & testes examinati probarunt veritatem nar-

38
An litterę dispensationis necessaria.

ratiuæ, sed ipse oblitus ponere decretum dispensationis, matrimonio illi assistit? Resp. Et credo esse validum cum matrimonium, si non habuit animum contrarium, quia illud assistere in isto, qui potest dispensare, est dispensare, & decretum nihil aliud operatur, nisi quòd probationem dispensationis præbet.

Quæritur. Quid aget Curatus, qui scit in confessione secretum impedimentum matrimonij, an tali matrimonio assistat? Resp. Si iã præcesserunt denunciationes, & habuit licentiam Ordinarij assistat: Si nihil horum præcessit, occultè petenti occultè neget, & publicè petenti annuat. Sed si scit aliunde quam ex confessione & potest probare, debet eis reuelare, & subministrare probationes, tacendo rem habitam in confessione. Si non potest probare, non tenetur reuelare, nisi credat probabiliter se profuturum. Silu. confessio 3. quæst. 12.

39
Curatus qui scit impedimentum secretum.

Quæritur. Quid aget Curatus cum habens

40
Quo re. spondendum habenti vo-

votum continentiae vel castitatis interrogat, utrum matrimonium contractum valeat, si tunc tali voto, cum si Curatus respondeat valere, ille arripiat occasionem peccandi contrahendo, & si dixerit non valere, monetur, quod non licet. Resp. Nauarr. cap. 2. num. 73. Esse peccatum respondere affirmatiue, cum est persona talis, & adest talis circumstantia, quod credatur interrogantem occasionem arrepturum contrahendi voto. Silu. vero matr. 7. q. 5. not. 9. ait non esse peccatum, eo quod iste peccans ex malitia peccet, & per consequens non curandum de scandalo illo; sed tamen monet prudenter eludendum. Nota tamen, ut in respondendo, solum respondeas quantum sufficiat ad interrogacionem, & non plura.

41.
Quia dicitur
quod in
matrim.
q. prius
fuit claudere
finem.

Quaeritur: Quid aget Curatus, cum factis denuntiacionibus, & nullo impedimento detecto, contrahentes asserant, se prius clandestine, id est sine praesentia Curati, vel alterius de eius licentia contraxisse; an tunc Curatus possit assistere isti matrimonio, cum primum fuerit nullum, & Conc. Trid. sess. 24. c. 1. de refor. matr. nihil aliud velit, quam huiusmodi contrahentes, esse omnino inhabiles ad sic, & non aliter, contrahendum? Resp. Rem deferat ad Episcopum, & iussa exequatur, nec aliter assistat. Rebel. enim de sponsalibus in additione lib. 4. num. 70. videtur require placitum Episcopi. Nota tamen matrimonium clandestinum

Caput Decimum. 323

finum inter puberem, & impuberem etiam si sit nullum per Concilium loco dicto, resolui tamen in sponsalia de futuro: Matrimonium verò puberis cum testibus, sed sine parocho, vel alio de eius licentia, esse nullum per Concilium ibi, & non resolui in sponsalia, etiam copula sequuta Rebel. de matr. lib. 2. quæst. 9. num. 7.

Matrimonium clandest. quæ transit spōsalia.

42
Contrahentes cōditione

Queritur. Quid aget Curatus, si contrahentes, contrahant cōditionibus appositis? Resp. Si sunt cōditiones turpes, vel impossibiles (de quibus abundè Doct.) non assistat. Si non sunt vitiantes, etiam non admittat, sed faciat eos absolutè contrahere. Et si parochus admittat matrimonium vno apponente cōditionem, altero verò absolutè contrahente, tenet matrimonium. Rebel. de matr. lib. 2. q. 10. num. 15.

Queritur. An formula Ritualis, videlicet ego vos coniungo in nomine Patris, & Filij, &c. & benedictio adhibendæ sint? Resp. adhibendas, siue illis siue alijs verbis iuxta receptum vniuscuiusque prouinciæ ritum. Conc. Trid.

43
Forma matrimon. quænam.

Queritur. An Curatus ante celebrationē matrimonij celebrati per procuratorem, teneatur videre mandatum mandantis? Resp. Non teneri. Rebell. de matr. lib. 2. q. 4. nu. 2. in fine. Tu non assistas nisi Episcopo monito, & annuente.

44
Matrim. per procuratorem celebrat.

45
*Forma
 matrim.
 contracti
 per procura
 ratorem
 ex parte
 curati.*

Quæritur. Qua forma utatur Curatus, cū assistit matrimonio contracto per Procuratorem? Resp. Utatur forma solita in loco; si de nulla constat, utatur ordinaria, ego vos coniungo, &c. Et nullus est error, quia eo modo, quo contrahit, eo coniungit; cum autem alieno nomine contrahat, etiam alieno nomine, coniungat. Et posito quòd erraret, non esset curandum, quia ista non sunt matrimonio essentialia.

46
*Forma
 procurato
 ris cõtra
 bentis.*

Quæritur. Qua forma curabit parochus tales Procuratores contrahere? Resp. Non dari certam formam verborum. Candelab. de matrimonij ministro c. 27. præscribit in hunc sensum. Placet ne Domino. N. accipere Bertā in coniugem, prout tibi procuratori mandavit cum legitimo mandato. Et deinde vxori. Et tibi Domina Berta placet accipere in coniugem Dominum N. prout tibi N. procuratori legitimo mandavit: & utroq; annuente, addat Curatus, Ego vos coniungo in matrimonium &c.

47
*Prohiben
 da in ma
 trim.*

Curatus omnes nugas aliquando fieri solitas in matrimonio exterminet sensim, sed libere: sicuti & eas quæ in traductione sponsæ sapiunt peccatum, de illis verò, quæ possunt in bonam partem accipi, non sit sollicitus.

48
*Benedi
 ctionupta
 cui dàda.*

Quæritur. Benedictio nuptialis cui sit danda? Resp. Fœminæ tunc solum, quando primò nubit, & non, cum post viduitatem transit ad secundas

Caput Decimum. 323

secundas nuptias. Siluest. nuptialis benedict.
quæst. 2. Nauar. cap. 22. num. 83. not. 35. Alij
aliter habent, citantur a Siluest. ibi. Si in loco
adfit alia consuetudo legitima est seruanda,
etiamsi sit contra dicta, nam vt notat Rebell.
de matr. lib. 3. q. 10. n. 3. de bigamia, seruanda
est legitima consuetudo diocæseos. Danda
autem cum sua missa, vt in Missali.

Si quæris an hoc habeat locum solum, si 49
fæmina sit virgo, an etiam quando sit corru- *An non*
pta, & constat? Resp. In ordine ad benedictio- *virgo be-*
nem non attendi virginitatem, nec corruptio- *nedicen-*
nem, sed solum si nuptiæ, ex parte primæ be- *da.*
nedicendæ sint, vt ex Silu. & Nau. & alijs eli-
citur.

Quæritur. An benedictio sponsæ fieri possit 50
eodem tempore vnico contextu super plures *An bene-*
sponsas? Resp. Posse, quia nullibi contrarium *dict. posse*
cauetur. Datur autem hæc benedictio per Cu- *fieri simub*
raturum seu eius Vicarium in Missa propria, & *super plu-*
dat eam Curatus sponsæ vel sponsi, si sponsa *res spon-*
transierit ad domum sponsi. Rebel. de oblig. *sat.*
in addit. 4. lib. de matr. nu. 78.

Quæritur. Quomodo reualidandum sit ma- 51
trimonium nullum, sed contractum coram *Benedi-*
parrocho, & testibus? Resp. Si est periculum *tionem*
scandali in muliere, si viro minaci impedimē- *quis dat.*
tum inualidans reuelet, tunc mulier dissimu- 52
lanter persuadeat viro, dum beneuolus appa- *Matrim.*
ret, vt velit ex tunc habere eam in vxorem, *quò reua-*
lidatur.

sicut & tunc ipsa acceptat eum in maritum.
 Vel consule, vt dicat marito, se angi scrupu-
 lis, quare roget, vt vterque consensum reno-
 uet, & ita renouent. Si non adsit periculum,
 scandali. Nau. infra ait, faciendum esse, vt est
 dictum. Qui enim scit impedimentum curet,
 vt innocens sciat se esse a matrimonio libe-
 rum, & prius contractum fuisse inualidum,
 deinde nouum consensum quærat Nau. c. 22.
 num. 47.

Si verò reualidandum sit matrimonium
 nullum, & factum sine testibus, & præsentia
 Curati, non dicitur propriè reualidari, sed
 oportet denuo contrahere cum solemnitate,
 Conc. Trid. videlicet denunciationibus testi-
 bus, & Curato. In casu verò reualidandi ma-
 trimonij minacis prudenter aget Curatus, si
 illum pro consilio ad alium miserit, vt se exo-
 neret a periculo molestiæ.

Quæres, si infidelis cum coniuge baptize-
 tur, an eorum matrimonium sit reualidandū?
 Resp. Negatiuè, vt tamen euadat Sacramen-
 tum, erit necessarius nouus consensus: cætera
 omittentur. Rebel. de matr. lib. 2. q. 6. nu. 5. Et
 credo bonum hos ad hoc hortari, vt fructu Sa-
 cramenti fruantur.

Quæritur. Si dominus, qui per procura-
 torem contraxit, adducta sponsa quærat a Cu-
 rato ab ipso coniungi, quid agendum? Resp.
 Obseruandas constitutiones Episcopi. Si de-
 sunt,

non ab-
 -ad ogio
 -notatio

o?
 -aug. n.
 -ffiq. m.
 -can. l.
 -oig. v.

53
 Infideles
 conuer-
 si an reua-
 lidant ma-
 trim.

54
 An reno-
 uare con-
 sensum
 bonum.

sunt, annuat Curatus, & præstet omnia, quæ in matrimonio solent præstari, excepta benedictione sponsæ, cum aliàs est data. Nec hoc erit Sacramentum reiterare, sed ratificare Sacramentum iam validum Rebell. de matr. lib. 2. q. 5. nu. 10. Decentius est admonitum de validitate primi contractus admittere ad ratificationem, omnibus alijs amputatis.

De libro matrimonij vide c. 12. nu. 41.

Quæritur. An puerpera statim a partu introducenda sit in Ecclesiam? Resp. Siluest. purificationis mulierum, & affirmat. Et nullum est peccatum, etiam antequam solitæ orationes super eam perficiantur, eandem introducere, quia, & canes puerpera impuriore non expelluntur ab Ecclesia tanto rigore. Vidi observari eum summo rigore non introduci, nisi absolutis orationibus, sed cogi expectare, præforibus, etiamsi esset pluvia, & cælum valde inclemens. Rituale Pauli V. vult ad limina ecclesiæ debere genuflectere, & inde introducendas in ecclesiam. Credo per epicheiam, posse ita interpretari. Iuxta rituale agendum cum inclementia cæli non vrgeat, ea vero urgente posse introduci intra ostium ecclesiæ, & ibi solitis orationibus lectis, eas dimittere.

55
*Quæritur
 puerpera intro
 ducenda
 in Eccl.*

Quæritur. An dictæ orationes possint legi domi super puerperam? Resp. Posse, sed Curatus desuescat suos, assuescat verò ad honorandum Ecclesiam, & ad accedendum ad eam.

56
*An officium
 puerperæ
 fieri domi*

Queritur. An Curatus, qui statim a partu
 eius, quæ erat maleficiata, vocatus est ad re-
 citandas dictas orationes super puerperam,
 eo quod nescio qua ratione moti, domestici
 existimarent maleficium non processurum,
 ulterius, si statim a partu dictæ orationes re-
 citarentur, teneatur, vel bene faciat annuere
 votis petentium? Resp. Et dico primò, dictas
 orationes institutas ob actionem præscriptã
 quæ cum habeat adnexum locum, videlicet
 Ecclesiam, eo ipso, quo extra fiunt, non habet
 totam suam rationem institutionis; quod ta-
 men cum possit rationabiliter iustificari, pu-
 ta ad agendas gratias Deo pro beneficio par-
 tus, poterunt etiam extra Ecclesiam ex hoc
 capite non reprobari. Dico secundò, dictas
 orationes non esse institutas ad maleficia dis-
 soluenda, ideo cum effectus speratus sit ora-
 tioni inconueniens, dictæ orationes loco, &
 tempore dicto non videntur conuenire, & per
 consequens talis earum vsus videtur potius
 abusus. Dico tertio. Si velimus tenere senten-
 tiam Leonardi Lessij de iust. lib. 2. c. 45. n. 45.
 qua affirmat licere nos ponere aliqua quibus
 positus expirat, vel destruitur pactum prius
 diaboli, & diabolus desinit nocere, vel certè
 priora signa vim suam amittunt, dummodo
 tamen credetur in actione, seu positione non
 concurrere actionem dæmonis, vel non sit du-
 bium hanc actionem esse dæmonis, quia tunc
 non

non liceret ea vti, nisi cum expressa protectione, se nolle concurrere cum actione demonis; igitur si secundum ista velimus tenere, licitum erit in hoc sensu prædictas orationes prædicto modo ad instantiam patientis facere. Sed cum illa observatio statim a partu sapiat manifestam superstitionem, nullo modo ego annuerem petitioni, cum hoc esset cooperari superstitioni. Credo tamen bonum, Curatum adire hanc puerperam, & orationibus convenientibus pro dissolutione maleficij, & præcepto prohibitivo, vt in flagello demonum, Exorcismo septimo, facto demoni curare liberationem istius miseræ patientis.

* Quæritur. An peccet, qui vxore accepta ritè secundum Tridentin. Concil. Sed nondum illi tradita: putà quia in annum plus, minusue secundum morem loci traditio deijcitur, consumat matrimonium, antequam statum tempus adueniat? Resp. abusum hunc dignum extirpatione, tamquam multorum malorum causam vt clarè experientia docet. Ad quæstionem dico Matrimonium præstito consensu cum legitimis solemnitatibus habere totam suam perfectionem; ideo vsum eius tunc licitum, etiam ante sponse traditionem; nec fieri

57
Tradu-
ctio vxo-
ris post
multum
tempus.

fieri malum, aut peccatum etiam si, malè accipiatur a cognatis sponse, si dicta eueniant ante traditionem. Ratio est quia istud illorum motiuum est irrationabile.

58

*De coniu-
gatis ab-
que prae-
sentia pa-
rochi.*

Quæritur. Quid aget Curatus, si in sua cura adueniant coniugati non obseruata forma Concil. Tridentin. maxime de assententia Curati, ac testium coniuncti tamen matrimonio, vbi dictum Conc. non

est receptum? Resp. Obseruet

constitutiones sui Epi-

scopi, si adsint: si

non adsunt

sinat

cohabitare, & vt le-

gitimè coniu-

gatos ha-

beat.



DE
PRVDENTIA
CVRATI.

CAPVT VNDECIMVM.

CVM officium Curati sit vt actiones omnes ad finem optimè dirigat, quod etiam requirit ab alijs Arist. 6. Etich. cap. 12. & 13. consequens erit, curato summè necessariam esse prudentiam. Quippe hæc verè lucerna virtutum vocatur, & est. In hoc ergo Curatus incumbat, & semper credat, etiamsi multum profecerit, multum sibi ad perfectionem deesse. licet autem prudentia omnibus virtutibus necessaria sit, tamen prætermiſſis alijs, dicendum breuiter de aliquibus, quæ vt ita dicam, continuò sint Curato ad manus.

Inuigilet ergo in habenda & retinenda conscientia bona apud Deum, quia, cum sit in perpetua administratione Sacramentorum, & Sacramenta non possint sine peccato tractari a conscientia maculata, prudenter aget, si conscientiam semper bonam, & omnis peccati

^I
Prudentia necessaria Curato.

²
Conscientia bona sit prædictus.

cati

cati mortalis nesciam habuerit. Ac quamuis in administratione Sacramentorum possit actum contritionis elicere, quo purgetur conscientia, si fortè mortalis noxæ fuerit scditate maculata, tamen, quia talis actus, vt plurimum, non transcendit naturam attritionis, quæ licet à noua culpa excuset eum, qui credit esse contritionem, tamen tunc Sacramenta administrans priuatur eo fructu, quò stante vera contritione frueretur. Igitur vt rem suam prudenter agat, sol non occidat super eum non confessum, nec (si fieri potest) inconfessus Sacramenta administret, quia accedente absolutione de attrito euadet contritus, & plenam, sui laboris mercedem assequetur.

Sed in hoc sit prudens, ne videlicet intempestiua reconciliatio causet in animo videntium sinistra m de se opinionem; Aut, ne dum nimis anxie quærit reconciliari, alius Sacramento indigens, aut antequam eum suscipiat, moriatur, aut lassatus expectando discedat.

³
Conscientiam bonam beatam apud homines.

Conscientiam etiam bonam habeat apud homines. Ideo prudenter caueat non solum a malo nomine, sed ab omni occasione, & specie mali nominis; Quòd optimè cedit abstinendo ab omni malo euidenter tali, & ab omni re, quæ præferat malum. Sit in exemplum Apostolus, qui cum per Corinthios eligeretur Corinth. p. cap. 16. vt obligationes Hiero

solyman

Caput Vndecimum. 333

solumam perferret, non aliter suscipit onus, quam adhibitis socijs tamquam testibus integritatis suæ, Ideo scriptum est, Providentes bona non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus. Quod si contingat Curatum infamari, expedit, vt patienter ferat, nisi cum in alterius præiudicium vergit infamia: tunc enim tenetur omnino suam famam tueri. Verbi gratia. Curat. qui accipit a pijs distribuenda pauperibus, si ab improbo latrocinijs infametur, pauperes conqueruntur, & pij arcentur a pijs donarijs iterum largiendis, tunc igitur Curat. omnino se iustificet. S. Tho. 2. 2. q. 73. art. 4. ad p. & clarius q. 72. art. 3. Sot. de iust. lib. 5. q. 10. art. 3. & omnes. Nec curet si suam defendendo famam, infamator propriam amittat; nam sibi imputet, quod tali discrimini se obiecerit. Porro hanc iustificationem non faciat maiorem, quam exoptulet necessitas, quia ita & modestiæ, & iustitiæ suus relinquitur locus. Et si prudenter iudicauerit faciendam exaltari, quod vix credo licere, nisi raro, & pro magna causa, non nominet infamatorem; quia est remedium nimis violentum.

Necessaria porro est Curato prudens humilitas animi, corporis, operationis, & locutionis. Ideo bene illi, si de omnibus bene senserit, & locutus fuerit. Quia etiam si forte aliquid contradictionis cum aliquo habuerit, bene de illo loquatur, quia ita simultas extinguitur:

4
Curat. sit
humilis.
De omnibus bene loquatur.

guitur: At si cum veritate benè loqui non potest, excuset factum. Omnem de alio clam finistrè loquentem, de rebus non pertinentibus ad Curam, habeat exploratorem, qui Curati cupiat intentionem detectam alteri, de quo obloquitur, referre, & ita aduertet, quæ proferre voluerit. Præcipuè vero Curatus sit humilis cum suo Episcopo, & alacriter eidem obediat, etiam si iusta non quadrant illius sensui, quantumcumque prudens sibi videatur: nam particulari gratia spiritus sanctus influit in superiora ad inferiorum auxilium. dum enim Curatus Episcopo obtemperat, & populus Curato in bono regimine adaptatur.

⁵
Vestitus
qualis.

In Vestitu conformet se loco. non vilioribus, ne sui male accipiant, tanquam eos dedecorans, nec prætiosioribus ornet se, ne inuidiam parat, maximè si fuerit Curatus ruralis, habens ibi alios clericos: multo magis, si ipse in loco aduena fuerit. Ista enim inuidiam adducunt.

In moribus prudenter studeat, ne sit aggressus, sed placidus, & laudabilis conuersationis. Pro quo nota, quod licet mores incompositi ex suo genere, & ut plurimum, non sit peccata grauiora, tamen reddunt hominem valdè exosum. In sessionibus, accedendo ad alios, vel alios excipiendo, obseruet modum loci.

⁶
Sic bonis
moribus.

Quædam tamen inutilia (non dicam humilitatis

nitatis, sed neugacitatis) puta,) Principe mio,
 schiauo di V.S.) & familia, humilius, & pru-
 dentius commutabit dicendo, verba quidem
 humana, sed Sacerdote digna, & matura, quæ
 sapiant simplicitatem, & decorem. Et hæc om-
 nia intelligo voce, & scripto. Conformer se,
 alijs timentibus Deum in omnibus; & si fue-
 rit in loco, vbi multum sit relaxata disciplina
 Ecclesiastica, ipse ab omni peccato abste-
 neat, et si sit ludibrio alijs: caueat vero ab alijs:
 quæ licet peccata non sint, tamen peccati spe-
 ciem præferunt, in reliquis adaptet se alijs.
 Ad hoc caput reducitur. Necessarium Cura-
 to superare omnes animi perturbationes, &
 malas suas prohitates, nihil enim boni per-
 mittent ista efficere.

Prudens sit etiam Curatus in Societate
 eligenda. Bonos eligat, ita vt non expellat
 malos. Sed & bonis prudenter se exhibeat, ne
 suos defectus agnoscant. Conuersatione lai-
 corum, etiam bonorum parcè vtatur, & sem-
 per circumspicere, quia nimia familiaritas cõ-
 temptum parit. Nullum ad conuersationem
 admittat, nisi bona informatione prius habi-
 ta, de qualitate personæ. Meminerit versari in
 continuo sindicatu, ideo sic viuat, ne condem-
 netur, tamen ne sit tam solitarius, vt videat-
 ur agrestis, nec se tam dedat conuersationi
 vt in dissolutionem defluat. Ideo non fugiat
 honestas recreationes, nec inuitari quærat.

7
 Socios bo-
 nos ha-
 beat.

Si autem Curatus fuerit inuitatus ad prandium amici, & hinc illi propinationes, an ipse possit eas acceptare, & alijs facere? Dic quod non, quotiescumque sunt cum coactione ad bibendum, quia ita canones prohibent; alias sine ista coactione, ut communiter fit in Italia, potest, & quis diceret esse peccatum? nam, quae per canones prohibentur; sunt quae cum coactione fiunt, ita intelligit canones Sil. cleric. q. 5. Curatus tamen melius ageret, si factis propinationibus, beneuolè responderet, gratias ago vel profit, nullas autem ipse alijs faceret: ita enim saluatur decor status; & beneuolentia non irritatur. Si in loco habeat clericos, alios, cum ipsis sit liberior, quam cum laicis. Si ibi sint clerici vel etiam seculares parum beneuoli, expedit iteratis conuiujs modestis eos excipere, quia ita animi conciliantur. Hac eadem via, multa obtinebit, quae alias essent difficilia obtentu. Noni Praelatum, qui concubinarios potentes amanter ad conuiuia excipiebat, & post epulas ab eisdem promissionem eijciendi concubinam requirebat, & hac via multa feliciter illi cedebant.

8
 Querat
 amari a
 suis.

Prudenter quarat beneuolentiam, & amorem subditorum, ut per eum validius possit in bonum illorum operari, quia & Christus Dominus benefaciendo, & sanando pertransibat, & plenus gratia, & sapientia proficiebat apud Deum, & homines. Et experientia teste,

mul-

multum proficit Curatus amatus à populo, habet enim eum beneuolum, & attentum, & vt ita dicam, semper suatum. Iste tamē amor fit iuxta illud. Amice vsque ad aram; fit hac modificatione reformatus, vt malit millies mori, quam vel leuiter Deum semel offendere. Ideo in remedijs adhibendis tentanda omnis via, qua Dei honor, & subditi amor saluetur: & si vtrumq; saluari non potest, saluetur amicitia Dei. Porrò hunc amorem cōciliat. Primo probitas vitæ exemplaris, maximè charitas, & liberalitas etiam in donando, subleuando opere, & verbo indigentes, vt dicitur cap. seq. Et si non potest donādo, saltem commodando, quando tamen cum restituente agendum sit; quia si commodaueris non recepturus commodatum, vel ad id recuperandum sit neesse, vel litibus implicari, vel amicum perde re, satius est non commodare.

9
Quo faci-
ciant. &
mari.

Intellige tamen, quando commodandum sit extra necessitatem, quia ea vigente teneris, etiam si certum sit, commodatum perditum iri. Ideo habeat diligenter instructionem ingeniorum suæ Curæ, vt prudenter agat.

Instru-
tus fide
ingenijs
plebis.

Secundo. Amorem conciliat conuersatio talis cum omnibus, quæ omne odium non admittat. talis est. Non irasci intempestiuè contra accedentes ad se, sed amanter, & vul-

10
Conuersa-
tione fit
amabilia.

tu hilari eos excipiendo. Patienter ferre imprudenter rogantes. Difficilem non se exhiberi inconcedendis rationabiliter petitis; Aspere non respondere: sunt enim qui aspere respondeant, sed facilliter petita concedant, & sunt e contrario, qui leniter respondeant, sed petitis vel non annuant, vel ea non concedant nisi petentibus lassis. vtrumq; malum sed cū istis minor quærela. Non esse importunum in repetenda ratione vitæ, & conscientia. Non vrgendo plusquam par sit admutacionem morum, & vitæ; multò minus ad electionem certi generis vitæ. Fugiendo omnem inutilem, ac odiosam morositatem. Abstinento ab his, quæ animos hominū meritò alienant, vt lites, contentiones, iniuriæ, negotia etiam ea quæ non nisi cum quadam acerbitate, ac seueritate peragi possunt. Negotia onerosa alijs prætermittat peragenda, & ipse mansuetius agat, & ideo talia vel sinat perfici ab Episcopo, vel saltem, nisi de expresso Episcopi mandato, exequatur, quando tamē nulla alia lege cogatur, etiam iniussus ipse exequi quod raro continget.

II
*Dis-
 simu-
 les pecca-
 ta aliq-
 uo.*

Tertio. Amorem conciliat Dissimulando ad tempus aliqua peccata, alia tolerando, alia corrigendo; nonnumquam cum remissione, prout prudentia consulet, ita vt omnia dicetur rectè agere si rationabiliter egerit. Bona regula est. Si corrigendum sit aliquod

pecc

peccatum publicum, si adsit contradictio, & corrigenda sit res venialis, vel Curatus velit introducere rem indifferentem, sed ad bonū finem, cedat contradictioni. Si verò agitur de mortali tollendo, viriliter se exhibeat, nihil de contradictione curando.

Porrò in correctionibus magna opus est prudentia, ita enim corrigas, vt non deicias. Intende correctionem, & benevolentia conseruationem, quod prudentia benè præstare nouit. Replicatio vitij correcti, hoc fecisti, non debuisses facere, est inutile, & odiosum. Nominatio personæ in publica correctione est imprudentiæ. Praxis est semper potius declinare in lenitatem, quam in seueritatem nisi aliter prudentia iudicet, quod est quando pro negotio gerendo asperiora sunt necessaria; Vitia priuata leniter, publica rigidè, & cum vehementia corrigenda, maximè cum sunt inueterata, & cum scandalo. Audita in confessione si sint singularia, rarissimè contingentia, non reprehendas, quia confessionem exosam redderes; si sunt ordinaria, possunt reprehendi.

12
*Lenitate
maximè
studeat.*

Curatus sit prudenter mansuetus nunc tacendo, nunc simulando non audisse, etiam sibi molesta: hac enim virtute verè corda hominum possidentur. At si contigerit ab aliquo durius, vel etiam iniuriòse excipi, cohibeat primo iram, deinde appositis verbis se

13
Sit mansuetus.

340 De Prudentiâ Curati

defendat. v.g. Curatus agit cum concubinario de eijcienda concubina, concubinarius feruet, ait, non eijciam in tui contemptum, quem te esse credis? Curatus rectè respondebit, Domine appello me ad te non iratum, quia scies me tibi, amicum; aut dicat alia similia. Si verò concubinarius fuerit inueteratus, vel plebe ius, poterit Curatus acrioribus verbis respondere. Verbi gratia, nunquã patiar te talem vitam agere, & quousque nõ eiecero istam, non parcam officio meo. Sed quia sumus mortales, & vasa lutea facientia inuicem angustias, & impetus feruentis sanguinis ægrè reprimitur, multum erit è re, Curatum semper habere bonum conceptum eius cum quo agit, credendo eum virum nobilem; & si fuerit de plebe, credendo minacè, & furibundum, aut hominem multorum con sanguineorum, qui in vindictam possint insurgere; aut imaginando aliquid aliud, quòd aliqualem terrorem aspergat, vt tali timore feruor iræ tepescat, & ita Curatum, velit, in officio mansuetudinis contineat. Proderit etiam si Curatus habuerit hunc scopum, se nunquam velle videri iratum, nisi iustè, & tali modo, vt si de ira esset illi reddenda ratio, alacriter posset eam reddere. Quòd si fortè aliquem asperius exceperit, non vereatur blandis verbis eum demulcere, etiam petita venia excessus, quia hoc est præuenire in benedi-

*Regula
pro mansuetudine*

Caput Vndecimum. 34^r

nedictionibus dulcedinis, nec reputet hoc indecorum, etiamsi fuerit valde nobilis quia & hoc valde nobiliorem eum efficiet.

Curatus etiam sit prudenter ingeniosus, idest habeat acutos quosdam modos, quibus sibi, & alijs profit, quales sunt plerumque in reconciliandis inimicis. pro quo vix potest dari certa regula, nisi quod, quod prudentior erit, erit etiam perspicacior, quia hic est effectus prudentiæ.

* Verbi gratia. Aduocat me famina tabescens imaginatione apprehensa, & timore, eo quod inimica, cum qua rixata fuerat, dixerat illi, se velle accendere Candelam S. Antonio, vt liquecente candela, & hostis tabescendo deficeret. Vt causam morbi comperio, addo animum, spondeo me duas candelas pro illius incolumitate accensurum (intelligo pro celebratione dum celebrare contigisset in altari S. Antonij) quid plura? ægra breui conualuit. Imaginatio enim faciebat casum vt ait legista, & qui nouerit benè vti hac regula in similibus absq; mendacio, videbit mira, vt vidi, & a peritis accepi. Debet tamen prius, quantum posset, remouere eandem ab hac opinione, quod sancti præbeant maleficio auxilium, ostendendo hæc eorum sanctitati repugnare.

* Conducit consideratio personæ, loci temporis, & negotij, & dimittere etiam se ad

captum eorum, cum quibus agis, cum aliquid velis, & vi auctoritatis tuæ non possis obtinere, expedit precibus impetrare: errantes ipsos constituere tanquam voluntatis tuæ executores. v. g. sunt aliqui iuvenes in Ecclesia garrientes, potes vno maioris auctoritatis aduocato, constituere cum super garrientes, vt blandè eos compefcant.

Ad hæc reducitur consideratio agendorum in Cura. Pro quo nota, quòd Curatus fructuosè solitariè cogitabit, de modo benè regendi Curam, ne ex abrupto cogatur determinationes facere. Et si consilium meum videtur vtile, vt credo necessarium (nam hoc est, vigilare super gregem) non transeat hebdomada, sine aliqua præmeditatione de iisdem rebus.

36
Multus
in oratione.
ps.

Si alia virtus est Curato necessaria maxime est oratio. Pro quo aduertat Christum Dominum non elegisse Apostolos nisi præuia oratione integræ noctis. Debet ergo Curat. multis impertectionibus circumdatus esse in ea multus, & pro suo, & pro suorum bono. Pro suorum bono quia mediator est populi ad Deum, ideo, & communes, & priuatas necessitates Deo commendat: & si quid insolitum acciderit, etiam insolita oratione emendet. Curet iunari plebis suæ precibus ideo expedit pro necessitate imminente, auertenda hanc vel illam orationem popu-

lo proponere, quia facilius votum consequetur.

Pro bono verò suo, cum, quidquid potuerit, egerit, sciat tunc vix incepisse. Quis enim valeat populum, maximè multum regere, cum se ipsum regere sit rarum? Ideo, si rectè iudico, impossibile est regimen animarū benè dirigere, sine hac particulari arte. Quare Curatus statuatur secum, & ita exequatur, nullum diem pertransire sine imploratione auxilij diuini specificè pro regimine animarum suarum: & quamuis occupationibus destineatur non omittat. Et vt facilius assuescat ad hoc, horam matutinam, vel antequàm surgat, vel statim postquam surrexerit, huic rei tribuat Curatus etiam, vt rectè actiua, contemplatiuis vniat, delectetur oratione, vocali, & mentali. Porrò non angatur de modo orandi, sciat stando, sedendo, ambulando, & quiescendo id rectè peragi posse. Oratio tamen genibus flexis indicat maiore deuotionem, & magis præbet honorem Deo debitum, sicuti & à Christo Domino fiebat: Quæ verò est cum situ corporis non afferente molestiam, potest interdum esse cum maiore attentione. Cum optima tamen oratione compara modum examinandi conscientiam vespere, cum eo nempe, qui iam cõmuniter scitur. Quin etiam Curatus illo vtatur, & curet eum populo reddere familiarem, tū

cum docet, doctrinam Christianam, tum in Missa, dum sermonem habet.

17
Nec festinet nec sit morosus.

Curatus sit prudenter diligens, & solers in obeundis sui officij functionibus in quibus uniat diligentiae decorem, & ideo semper, & ubique eisdem utatur: nam hoc non repugnat quantavis modestae festinationi. Ideo si celebrandum, vel aliud quidpiam agendum actionem non praecipitet, ne morosus habeatur. Morositatem igitur, & praecipitationem fugiat, & saluo decoro festinet quantum expedit, alioquin eum magna inconuenientia vexabunt. Vidi calicem deijci dum in Missa post illius consecrationem fierent cruces mala festinatione: item ob eandem causam multa Sacramenta male collata dum conferens sua festinatione, vel praecipitatione vellet videri peritus. Poterit tamen Curatus, (& credo fore melius) cauere a multis, quae non sunt peccatum, sed ad populi satisfactionem, puta ante ferre aliorum satisfactionem, propriae deuotioni. v. g. ex deuotione cuperet cunctanter celebrare, sed hoc agendo a suis negligitur; melius est decenter festinare, & populum Sacro assistere, & hoc maximè ubi non sit alia Missa, & inter rusticos, qui malunt perdere Sacrum, quam audire longum.

* Et si Curatus velit apposite fugere morositatem, quae potest euenire in utroque; Memento

memento in Missa, dum ibi commemorationē facit eorum, pro quibus orat; ponat ante Missam in animo omnes, pro quibus intelligit orare, deinde in Memento vnico contextu omnium commemorationem faciat. Rub. Missalis a Clem. VIII. recogniti de ritibus obseruandis in Missa c.8.num.3. Aduertat etiam ad prolationem verborum; Accommodet se alijs in prolatione secundum modum loci, nisi impediatur à lingua aliter assueta, cum est aduena. Caueat etiam a prolatione sapiēte singularitatem, puta Paracletus vox est græca, cui E est longum significans aduocatum: si in loco communiter profertur breue, & tu fac breue, licet aliud & forte falsum significet: quia nullus est error, intelligente Deo sensum Ecclesiæ, cui seruis, ita proferendo. Præterquam quòd quare vnus grammaticus habebit tantam auctoritatem, vt vnā litteram possit intendere, vel remittere, & non possit tantundem vna regio? Idem per omnia de similib. dicendum, quia melius est in similib. conuenire cum omnibus, vbi nullum est peccatum, quàm se singularem præbere. Intelligo, dum non speras alios clericos loci non a prandis recte prolationi, quia tunc liceret.

Quoniam in actione sæpè multa eueniūt, quæ non possunt certa deliberatione stabiliri, Curat. ita agat, Studeat si potest, & consu-

18.
Remediū
pro delibe-
ratione in-
arduis.

lat

lat peritos, & consulta exequatur. Si hoc non potest, (intellige tamen in reb. quæ pendent a prudentia,) accipiat cartam, & atramentum, & in vno latere ponat omnes rationes facientes ad casum, in alio verò rationes, contrarias, & omnibus collectis, consideret quæ numero, & ratione sint potiores; & si affirmatiuæ sint tales, opinionem affirmatiuam sequatur: Si negatiuæ negatiuam sequatur, & vix errabit. Sed non vtatur hoc remedio ad alia à dictis, ne faciliè ad superstitionem transeat.

19 Præter ea, quæ toto hoc libro dicuntur pro formando curato in prudentia, multum præderunt sequentia, quæ possunt in magna parte erui ex libro curæ pastoralis S. Gregorij, & maxime lib. 2.

Nunquam consulerem eum qui de transactis potest erubesci, quærere curatam, quia aut parum boni, aut non nisi magno conatu efficiet.

20 Multa vitia, sed ista tria præcipue, aduersantur bonæ gubernationi. Ira, intellige cum filiabus, auaritia, & incontinentia, & vix deponuntur; ideo mala in curato.

21 Qui nouit se paruorum dotium, & pro officio non sufficientium, non bene agit curatam apprehendendo, etiamsi per examen admittatur. Interiora enim sæpe examen effugiunt.

Vitia aduersantia bonæ gubernationi.

Qui habet paruas dotes.

Qui

Caput Vndecimum. 347

Qui curatam quærit ob diuitias, honorē,
& similia noxiæ quærit. Qui ob fortunas e-
uerfas, inimicitias, & similia, certe nec lau-
dabiliter.

22
Qui ob di-
uitias, vel
paupertate-
tem.

Qui est pusillanimis, & agere debet cum
ferocioribus, male agit curam quærendo: fa-
cile est enim vel sub onere ruiturum, vel cer-
te miserabilem vitam ducturum.

23
Qui est
pusillanti-
mus.

Qui scrupulis angitur eius generis, vt al-
teri noceant, (nam scrupuli alij scrupuloso,
alij alijs nocent) & a multo tempore illis di-
uexatur, imprudenter curatam quærit.

24
Qui est
scrupulo-
sus.

Nunquam consulerem obtinere ecclesiã
aliquam antequam de natura loci, qualitate
personarum tam subditarum, quam superio-
rum, diligens disquisitio præcederet: quia
sæpe penituisse nocet, & intempestiuam fe-
stinacionem sequitur sensata vexatio.

25
Quid co-
gnoscen-
dum an-
te adeptio-
nem.

Non credo bonum curatam quærare in
aliena patria, cum ibi sint ciues ad eam,
etiamsi vt cumq; apti, & ad curatam aspi-
rantes. Vix enim iste habebit populum ami-
cum, & forte experietur illum malignum, &
exiguum fructum afferet. Hoc tamen tute
aget, si antecessores fuerint externi, & ciues
omnino non apti, maxime ad illam non a-
spirantes.

26
Externus
non bene
quærit cu-
ratam.

Magnam prouinciam aggreditur, qui in
curata succedit viro magnæ dotis, & estima-
tio-

27
Qui suc-
cedit viro
magnæ do-
tis.

348 De Prudentia Curati

tionis, nam isti multum est laborandum ad superandas, vel saltem æquandas, virtutes sui antecessoris: alioquin vix alijs proderit, & forte nec sibi, nisi patienter ferendo.

28 *Qui curatam quærit in qua antecessores male excep-
vit in qua
antecessores male
excepti.* multi sunt malè excepti, & non constat de illorum malitia, imprudenter quærit: Numquid erit melior, quam antecessores sui? Arguit enim malum populi genium. Magnas dotes requirit curatus, qui recipit curatam in castello, aut villa, litigiosis cum Domino temporali: vix enim bene illi cedit.

29 *Curata in loco litigioso.* Nec probandum curatam accipere in Castello, vbi temporales Domini sint multi, nisi sint valde boni; quia nemo potest duobus Dominis seruire.

30 *Curata pauper.* Qui curatam acceptat pensione grauata, itaut fructus relictæ non sufficiant necessitati, & decetia curati, (nisi charitate cogatur) sic qui quærit litigiosam, forte eger eleboro. Nullas elemosynas vult elargiri? Non moderate superioribus donare? Ista enim quodammodo sunt necessaria bono regimini.

31 *Honestas, & modestia curati cum decore.* Curatus in omnibus vt in gestu, loquutione, vestitu, & domus præparatione studeat honestati, & modestia non excedat consuetudinem aliorum, sui similibum, Deum timentium. Habere vero domum plenam statuunculis, & toreumatibus, (dicimus valganter me-

medaglie) & similibus nugis, non vacat peccato, & magno, si illarum prærium sit magnum, & è redditibus ecclesiasticis. Congregare vero pecuniam vltra decentem statum proprium, & necessitatem suorum, fuit in ecclesia semper damnatum. Sed qui ad hanc iniquitatem descenderit, non elabatur in istam fatuitatem, vt pecuniam ostendet, quia malum exemplum præbebit, & constituet se tamquam signum, in quem multorum inuidia, & malignitas dirigetur, & graua incommoda inde recipiet.

Aduertat præterea curatus, si fuerit pauper patientes ferat, & abstineat a continua vel frequenti quærela vicis suæ, quia est odiosum; & si fuerit diues non magnificet diuitias, quia parabit inuidiam.

Cû episcopo qui forte tibi videatur negligens, non decertes opinione, proponendo quæ ab ipso respuantur: quia possibile est te errare. Præterquam quod zelus debet esse cum scientia, & tu, satis officio tuo functus eris, re proposita. & in dubio melior est obedientia quam victima.

Eodem modo agas, si episcopus tuus cogat te ad quæ de iure non potest, reuerenter, & modeste ius tuum proponas, si stat sententia, & exequenda sint supportabilia, & non implicantia ad peccatum, prudentis est obtemperare, quia durum est contra stimulum cal-

32
Non de-
certandæ
cum Epō

calcitrare. v.g. Episcopus cogit te in visita-
tione ad soluendas expensas equorum ad
quæ non teneris, prudenter agis, si modeste
ius tuum defendas, sed nec tunc hoc agas,
nisi quando sit spes profectus, vel certe non
timeas maius damnum: Si iure tuo proposi-
to nihil proficis, file, quia satius est obedire.
Idem iudicium de similibus; & quæ dicuntur
de Episcopo, intellige etiam de eius Vicario.

33
Moderate agendū.

Omnia tua moderate fiant, cum agendum
est tibi cum viro, qui equo, etiam citissime
concitato, calcaria addit: Sunt enim aliqui,
qui quo plura vident curatum facere, puta
in reparatione ecclesiæ, & suppellectilis sa-
cræ, eo plura facienda imponunt. Porro nun-
quam a benefaciendo pro viribus cesses; nã
ornatus ecclesiæ deuotionem parat, imo mul-
tum in hoc incumbas.

34
*Quo agē-
dum cum
Epo nouo.*

Cum Episcopo nouo non statim multa,
etiam si bona, proponas, dummodo non coga-
ris, ne videaris reformator morosus. Idem
agas, etiam si per Episcopum ad hoc allicia-
ris; quia fieri potest, vt hoc modo Episcopus
genium tuum exploret. Vide semper prius
quid in similibus agant alij. Sed etsi tu illius
genium obseruaueris, & te ei adaptaueris
quid mali? Aliquando tamen gratiæ facilius
obtinentur ab Episcopo nouo, quam ab eo-
dem iam in Episcopatu confirmato. Sed ad-
hæc prudentia. Semper tamen obserua-

ne simul petita sint multa.

Cum proponis non authentices reformatione indigere, etiamsi clare constet egere, sed propone tamquam consilium petendo, & tamquam oblata prudentiæ Episcopi, si forte remedio egeant.

Quæ agenda sunt siue cum inferioribus, siue cum superioribus, rectè aguntur si simpliciter, & sine artificio aguntur. Si difficiliora sunt, & ex artificio speratur profectus, quis prohibet eo vti? Sed vt plurimum simplicitas est omnibus chara. inter artificiosa erit, obseruatio temporis in quo faciliter possint sperata obtineri, consideratio genij vt est dictum num. superiori, & similia.

Si curatus adipiscatur curatam in qua sint multa, quæ correctione indigeant, antequam reformationi manum admoueat, reddat se populo bono exemplo, & comitata amabilem, & tunc, & non antea reformationem incipiat, sed & tunc paulatim; quia multa in breui, & faciliter efficiet, & si aliqua tarditate remoretur, non curet, quia sat cito, qui sat bene. Eodem modo, quæ sunt difficilis eradicationis, num sunt simul tollenda, excitat enim hoc turbas, sed per partes paulatim, & diligenter auferenda. efficacius fiet, si bonorum opera curatus vtatur, & ipse quasi videatur alienus: semper tamen per partes tollendum; quia quod sensim fit in-

scen-

35

Artificiū bonū qd.

36

Curatus nouus qd ager antequam reformet.

37

Difficiliora non tollenda simul pro partes tollenda.

sensibiliter fit. Optime fiet, si quasi aliud agens impellat populum ad faciendum aliquid, quod ex se causet intentum. omnium fit exemplum. Curatus ruralis vult populum desuescere a ducendis choreis tota die infesto. Primo posset ita agere, hoc prohibere quibusdam principalioribus diebus festis, deinde diebus communionis, post aliquod tempus, addere aliquos alios dies, deinde non concedere licentiam nisi suis parecijs, interim curare per societates aliquas, puta doctrinae christianae, & aliqua recitari in aliquibus festis, & praemia recitantibus largiri. Interim in publicis sermonibus, & in confessionibus ista detestari.

Diligenter tamen notet curatus, an, si desuescat eos a choreis, ipsi peioribus sint vacaturi; quia melius tunc erit choreas permittere, ut notat Caiet. chorea.

38
Bona paulatim proponenda.

Non solum non sunt multa mala simul & semel tollenda, sed nec multa bona simul & semel proponenda, quia hoc est non imponere pondus, sed pondere obruere: Ideo tam in corrigendo, quam in proponendo, prius agendum circa ea quae implicant ad peccatum, deinde circa facilia, postea circa difficiliora.

39
Indifferentia non concedenda.

Quae sunt indifferentia semper tuto conceduntur, tutius vero cum populus illis concessis a peioribus reuocatur. Exemplum. facult-

facultas faciendi comedias in festo, post officium diuinum bene negatur, optime tamen conceditur, si populus occasione comediarum cesset a peioribus. Prudentia docebit.

40

*Odius est
munit bene-
ficiu.*

In loco, vbi maiori parti sis exosus, ne moreris si fueris aduena, idē si fueris indigena, quia mirabile fuerit si te malignitates nō præmant, commutatione beneficij periculū arcetur: Multo magis si forte aliquid scandalosum te infamans egeris, v. g. in venereis: quia vix est possibile, te quantauis bonitate vitæ posse malam estimationē diluere: Alioquin populus multum damni sentiet in profectu, quem seculares non addiscunt, nisi facta conueniant verbis. Præterquam quod, mutatione soli sæpe mutantur mores.

Si vero paucis exosus fueris, hoc remedio non eges. satis est non exasperare animos alienos, sed demulcere, & officio lucrari.

41

*Inter malos degens
se defendat illorum
armis.*

Cum curatus inter maleuolos degit defendat seipsum illorum armis, sic cum Apostolus opprimeretur a Phariseis, & Saduceis Actor. 23. se defendit dicens, quia de ipse, & resurrectione iudicor, vt Saducei, qui eā negabāt, nō cōueniētes cū pharisæis, qui eā fatitebantur Apostoli partem susciperent, vt est actū. Sed hic magna prudentia, ne dū se aliorum armis munit, sit ipse causa odij, vel alterius peccati in alio, per quem tutari querit.

42

Curee no

Eodem modo cum curatus inter malos

Z

degit,

*mali con-
ueniant.*

degit, & non valet eos reducere in viam re-
ctam, expedit procurare, ne concordent, quia
vt ait S. Greg. 3. p. past. adm. 24. sicut multū
nocet si vnitas desit bonis, ita valde est no-
xium si non desit malis. Bonum remedium
pro locis in quibus sunt hæretici diuersarum
sectarum vel saltem diuersarum opinionum,
ne conueniant & mala pace, in malum bo-
norum fruantur.

43
*Pertina-
citer rem
petēdi quō
responden-
dum.*

Pertinaciter rem impossibilem petenti,
vel rem, quam salua conscientia præstare nō
potest curatus, roget ipse curatus, an si facta
facultate, velit qui petit, de petitis rationem
reddere, qui sine dubio negante, curatus li-
berabitur illa molestia: Aliquoties expedit
petentem obiurgare; Aliquando blande opi-
nionem mouere. Prudentia similia, & effica-
ciora suggeret.

44
*Quæ non
aggredi-
tur absq;
consensu
populi.*

Quæ sunt perficienda parenciorum lagitio
nibus non aggredienda, nisi prius re priuate
proposita, & acceptata; quia facilius perficiē-
tur, v. g. curatus vult suorum eleemosinis
adiuari pro fabricanda ecclesia. melius est
antequam ad collectam deueniat, priuatē
suos de re certiores faciat, & tunc, ipsis con-
sistentibus, rem tuto aggredietur. Si tamē,
quæ sunt agenda, sint parui momenti, suffi-
ciet publico colloquio in ecclesia rem ape-
rire.

45
Curatus

Curatus vnus, aut alterius ex paræcijs
intuitu

intuitu non agat, quæ sunt contra consuetudinem loci, in re notabili, etiam si licita, in parua vero non referet, quia parum pro nihilo habetur. v. g. curatus ruralis habet in sua cura aliquos, quorum intuitu in festo sacrum notabiliter differt. hoc non agat, cum reliqui e populo rem male accipiunt, cum enim sit pater communis, non debet esse partialis. Frequenter videre est in multis locis, ubi ciues, & nobiles in ætate relicta vrbe ruri degunt, rem similem; cogitur enim curatus expectare nobiles venientes ad sacrum vsque ad horam grandiore, reliquo populo interim obstrepente. Ego ita agerem, statim a Paschate protrahere missam ultra horam solitam, paulatim semper transferendo ad vicinum tempus in quo nobiles veniunt ad ecclesiam, & ita, si aliquantulum illos expectando, esset remorandum, populus vix de excessu aduerteret. Interim tamen nobiles ad festinandum hortarer. Hoc autem non agerem, nisi viderem nullo alio modo me posse nobilibus, & populo satisfacere. In villis, ubi ista eueniunt, aliud remedium esset. Ad missam quidem vocare ultra horam solitam, & tunc ante missam docere doctrinam christianam, & hac occupatione eludere tempus. Vix enim populus ad rem aduerteret. Imo forte in villis a Paschate vsque ad Autumnû, hora ista pro hac functione est congruentior

pro meridiana, in ista enim omnes, in illa pauci conueniunt. Tempus vero omnibus breue videbitur, si exempla sanctorum intermiscantur. Et hoc totum intelligo dum curatus est in loco solus, quia ubi adest cappel lanus, cunctationi per alterutrum fieri potest satis. Porrò si in loco sit consuetudo expectandi nobiles ad sacrum vsque ad horam grandio rem, curatus obseruet consuetudinem, abs que alio remedio, ni forte illud Doctrinæ Christianæ videatur illi aptius: quia eo poterit uti.

46

Confraternitates quando introducat.

In castellis, ni forte sint valde numerosi, tales autem erunt, qui ad duo millia incolarum habuerint, curatus non introducat multas confraternitates, quia vix aliqua erunt suas regulas obseruantas, & inter eas varia rixæ de præcedentia, & similibus possunt enasci: melius est habeat paucas, & iuxta illorum institutum viuentes: & si curatum sequantur in spiritali directione, curatus non desit; si vero curati imperium retractent, curatus libens cedat.

47

In fundatione monasterij monialiū quomodo se gerat.

In fundatione noui monasterij monialiū in castello, quod sub curati moderatione sit futurum, curatus non sit facilis: non annuat nisi præuio magno examine omnium euentuum futurorum possibiliter, cum Episcopo bene discussorum; & si fieri potest, moderationem alteri relinquat: quia tam curata, quam

quam monasterium postulant integrum hominem. Quomodo ergo vtrique satisfaciet?

Curatus in Castellis, & Villis, non finat res Ecclesiæ alio vsui quam proprio seruire. Nō organa, Non campanæ pulsentur nisi ad diuinum officium, non in publica ouatione, nisi aliter fuerit consuetum. Campanas non finat pulsare contra delinquentes, dicimus vulgari-
48
Campang
es organa
non pul-
sentur.

riter (All'arme) Item nec pro conducendis reis capitalibus ad mortem, nec pro aliquo actu iustitiæ, sine placito Episcopi, vel Vicarij, nisi loci vniuersitas tali priuilegio gaudeat, de quo curatus ipse sit bene certus, & in dubio non annuat nisi præuio Episcopi voto.

Ex hac occasione aduertendum, quod si contingat in Castello miserum aliquem captis damnari, curati partes erunt, si desint alij eque sufficientes, eum ad bonam mortem hortari, & disponere. Præterea notet nullam irregularitatem contrahi si casu pede proprio pedem condemnati tetigerit; Vel si asinum, aut aliud eius vehiculum tetigerit, ex quo miser ille acceleret iter, & per consequens mortem. *Sot. de iust. l. 5. q. 1. a. 9.* Sic nec si misero in deliquio posito aquam, qua fiat sui iuris, porrigit, & mors acceleretur.

Curatus grauitati, & Comitatu perpetuo hæreat; Ideo non se misceat alijs quam sua.

49
Quibus
non se im-
isceat.

358 De Prudentia Curati

paræciæ curis, etiam si bonis, quia vix decorem obseruabit, & decore diminuto reuerentia non crescit.

50
*Suspecti
 qui corripi
 gendi.*
 Curatus nunquam correctionem faciat de re, quæ non sit clare lætalis, vel dubia de lætali, quia sub tali regula, & non aliter tenetur. Ideo in suspicionibus, etiam publicis, eam non faciat, nisi sit valde rationabilis spes correctionis, & valde rationabile rem correctione egere, quia alias scandala possent oriri. In confessione tamen erit illi liberum de scandalo admonere, & dum corrigit vtatur semper magna prudentia, iuxta dicta superius sæpe. Extra confessionem sufficit curatum oculum dirigere ad peccatores publicos taliter, quod nulla tergiuersatione valeant celari, vt dicitur c. 5 n. 15. 16. Ad peccatores suspectos suspitione violenta vt dicitur c. d. nu. 13. De alijs non curet extra confessionale, quia hoc modo recte fungitur officio suo.

91
*Prudenter videat
 que scribit.*
 Curatus magna vtatur prudentia in scribendis epistolis pro alijs, vt sæpe euenit in Castellis, ne scribat aliqua, quæ possint ipsi incommodare. puta potest aliqua scribere, quæ possunt delicta causare, ex quibus fiet, vt scriptori damnum eueniat. Idem agat in scribendis singraphis (dicimus polise) debiti, seu crediti; quia etiam si ista nihil damni afferant scriptori, est tamen indecens curatum secularibus negotijs se immiscere, & grauitati

uitati illius derogat.

Si aliquis cupiat curatum recipere quædam in custodiam, seu sub deposito, pro posse curatus renuat, vt euitet magnas molestias possibiles. si cogatur magna instantia, ita agat. omnia recipiat, sub sigillo signata, vel clauē tradentis clausa. Pecunias non sigillatas nec clausas, nec restituendas, nec pro maritanda secreto scæmina, pro posse nō recipiat, & si receperit, attendat diligenter sibi, quia vix potest dici quot, & quam miris modis improbi sæpe simplices sint falsi. Pro omnibus valeat sequens exemplum. Nebulo quidam confessarium adiit, vt cōfessionem faceret, accusauit se stuprum commississe cum deceptione puellæ, illi multo impari. confessarius iubet illam dotare. nebulo annuit, & mille promittit, syngrapham mentito nomine ad campfarium, per confessorem illum mittit conuenit cum confessore, vt acceptam pecuniam puellæ illi, seu eius parentibus nomine secretæ eleemosinæ largiatur. campfor, falsus a syngrapha adulterina, numerat pecuniã, nebulo vt a confessario accipit pecuniã receptã, & adhuc apud cōfessariũ manere, facit sibi pecuniã tradere, fingēs, ne scio quo, alio modo puellæ velle eã tradere, & recepta pecunia fugit. Post paucos dies dominus pecuniæ, cuius scripturam nebulo eumentitus fuerat, dū suam pecuniam a cam-

52
*Depositas
 pecunias
 quomodo
 recipiat.*

psore repetit, detegit falsitatem syngraphæ. Dominus pecuniam a campfore, campfor a confessorio repetit. confessorius fatetur rem per confessionem scire, & ideo non posse nomen nebulonis propalare, res deducitur in iudicium, confessor præensione sigilli iudicium elabitur, & interim campfor, & Dominus pecunię mirabiliter decertant. quem exitum res habuerit nescio. certum est a similibus abstinere esse rem tutam.

Quoniam vero sæpè euenit curatum requiri, vt permittat varias supellectiles reponi in ecclesiam, notet. In hostili incurfu, in incendio repentino, & in omni necessitate vrgente, idest citra alterius præiudicium, poterit annuere, c. relinque. de custodia eccles. rest. In alijs casibus, vt pro saluandis bonis æregrauatorum vel bonis fisco addictis, non annuat, ne alieno peccato inuoluatur, & restitutionis euadat reus. Ideo optimum est in omni casu, exceptis a canone permissis, vt supra est dictum abstinere.

93
Bona nõ
reponat
in Eccle-
sia.

DE OFFICIO CURATI.

Extra Sacramenta.

CAPVT DVODECIMVM.

Quæritur . An Curatus teneatur
quærare peccatores publicos de- 1
gentes in sua parochia? Resp. Si- *Curatus*
ne dubio Curatum teneri, non *quærat*
dare Sacramenta peccatoribus publicis : & *peccatores*
cum non possit illos cognoscere , nisi de eis *publ. de-*
inquirat, tenetur eos inquirere . Et cum Sa- *gentes in*
cramenta possint peti omni tempore , Cura- *sua cura.*
tus omni tempore debet hac notitia esse in-
structus . Ideo statim atque Curatum fuerit
adeptus, hanc inquisitionem faciat. Tol. Inst.
lib. 5. cap. 5. num. 7. not. 7.

Quæritur . Quomodo Curatus quærat
suos peccatores publicos? 2

Resp. Non posse dari certam regulam, sed
prudentiæ esse relictum. Debet sanè inquisi- *Quomo-*
tio esse prudens, & diligens, ac potest eam fa- *do Cura.*
cere *quærat de*
peccatori-
bz publ.

cere per se, & per interpositam personam.

3
*Quandiu
 daret in-
 quisitio fa-
 da.*
 Quæritur. An facta semel inquisitio sufficiat pro vno anno, vel an saltem pro quoto tempore? Resp. Non posse dari certam regulam: hoc vnicum certum esse, quod teneatur non dare Sacramenta peccatoribus publicis, ideo debet semper esse instructus quinam sint tales, vt ritè suo possit officio fungi. Qui singulo mense, vel saltem eo tempore, quo communio solet frequentari inquireret, credo suo muneri in hac re faceret satis. Bona practica cum plebeis erit, admonere eum, qui est peccator publicus, ne accedat ad communionem, nisi prius se Curato ostenderit, vt Curatus habeat tempus deliberandi de re ipsa.

4
*Peccator
 pub. que
 tiam talis
 daret.*
 Quæritur. Quanto tempore quis dicatur durare peccator publicus? Resp. Non posse in hoc dari certam regulam, hoc vnum clarum esse, hunc non communicandum, nisi postquam populus fuerit certificatus de illius emendatione. Nau. cap. 21. num. 55. Silu. verò Euch. 3. qua. st. 5. not. 2. ait non esse communicandum, quoad vsq; fecerit publicam pœnitentiam. Practica. Cum peccator iste ostenderit signa emendationis vel Curatus de illius licentia propalauerit eum esse confessum, & pœnitere, satis dicetur non esse amplius peccator publicus. Nau. ibi.

* Tunc autem satis certificat de emendatione,

ne, si vel publicè confessus sit, vel de confessione facta Curat. certiores faciat adstantes. Suarez tom. 3. quæst. 80. disput. 67. sect. 2. vide de cap. 5. nu. 13.

Et si quis semel desijt esse peccator publicus, potest, & debet semper de illo inquiri, sicuti de cæteris, totius parochiæ, quales nam sint, vt sciatur quid agendum in Sacramentorum administratione, & si facta diligentia, Curatus nihil sciuerit, excusabitur.

Quæres num curatus tute cõmunicet peccatorem publicum, v. g. concubinarium, qui hoc anno per aliquos dies ante Pascha cõcubinam eiecit, cum anno præterito, & forte sæpius, hoc idem egerit, & paucis diebus a Paschate eam reuocauerit.

*An experimenti
sumendū
de peccatore publi-
co ante
communione.*

Quæritur ergo an curatus debeat de penitentia istius ante communionem experimentum capere, an vero absque experimento ad communionem admittere? Resp. curatum in confessione melius agere si experimentum postulet ante communionem: extra confessionem vero teneri dare communionem petenti, iuxta Suarez proxime citatum, nam in penitente nõn requiritur aliud, quam quod statum peccati reliquerit, etiamsi paulo ante hoc egerit, ideo non est necesse per tot dies, vel per tantum tempus ante.

Ista forte sunt vera de rigore. ego tamen in casu proposito non admitterem nisi post

pla-

placitum Episcopi; nam hunc hoc anno facere sicut alias fecit, arguit, sicut alias non vere fuit pœnitens, ita nec nunc esse.

Si quæras. Posito pœnitentem hunc acquiescere experimento de sua pœnitentia sumendo, quale, & quot dierum experimentum iudicabitur communione dignum? Resp. Episcopum posse decernere. Si quæris singularia: dico non posse dari certam regulam. Aptum iudicarem si continuisset pluribus diebus, quam continuerat anno elapso; nam hæc pœnitentia probabilis videtur.

5
Persona
scandalo-
sa.

Quæritur. Quid aget Curatus, cum eo, qui est quidem in peccato, sed celat statum suum; puta, quia habet domi concubinam, quam dicit esse famulam, sicuti etiam de omni alio de quo est magna suspicio, & datur scandalum? Resp. Communionem negandam peccatori ita publico, quod nulla tergiversatione valeat celari. At propter solam suspensionem, etiam probabilem, non est neganda. Silu. Euch. 3. q. 5. not. 3. Practica. In confessione cognita veritate, non absolvas, nec ad communionem admittas, nisi prius dimissa concubina, aut relicto quidquid agit, quod impedimentum facit: tamen si in facto sit magna suspicio extra confessionem, & cum scandalo; puta, quia fœmina, quæ retinetur est iuuenis, & valdè compta, & non præferret esse, qualem dicunt, amanter priuato colloquio ad eam

eijciendam hortare . si non proficis , rem ad
Episcopum deferres , & quod decreuerit , fa-
cias .

Quæritur . Quid aget Curatus cum mere-
tricibus ? Resp. Quo ad communionem idem
agendum , ac cū peccatoribus publicis . Quo-
ad verò ad tolerādas eas in Cura distingue .
Si habitant in loco designato à Principe sacu-
lari , & locus sit in sua parochia , sinas habita-
re ; Si non habent locum destinatum , & habi-
tant in parochia , idem agendum . Si v. g. es in
oppido , & aduenit meretrix , vt ibi inhabitet ,
sine habitare dummodo sit sola , ne forte sit
in concubinato , si sit associata . Si habitat in
hospitio , vt communiter fit in castellis , alicu-
bi constitutum est , non tolerandas has mulle-
res , nisi per aliquot dies . Si nulla adsit consti-
tutio , poterunt tolerari , quamdiu ipsæ ibi ha-
bitare voluerint , dummodo non causent scā-
dalum : In vniuersum tamen melius est eas ex-
pellere .

6
Meretr.
an tolle-
randa .

Quid si in loco paruo puta oppido , fuerit
vna aut altera meretrix , & iuuenum proca-
cium multa turba , & inter se , vt communiter
solet euenire , cognatorum , & affinium , pro-
miscuè se similibus mulieribus ingerentium ,
& perconsequens contrahentium affinitatē
ex fornicatione ; an saltem tunc sint eijciendæ ?
Consule Episcopum , cuius prouidentia
reseruetur prouiso . Quid verò magis expediat

diat an has tolerare, vel non, Episcopus viderit.

7
*Peregrini
 veniente,
 in suam
 Paroc-
 chiam.*

Quæritur. An Curatus, & quomodo inquirat de peregrinis venientibus ad habitandum in sua parochia? Resp. Obseruet constitutiones sui Episcopi, quòd si de hoc non constet aliquid, ita agat. Si sunt viri soluti, bellè poterit inquirere de conditione status illorum: Si habent fœminas, inquirat, an sint proprię, & si allegent matrimonium, postulet fidem matrimonij, aut saltem testes. Sufficiet vnicus, si fuerit fide dignus, quia in his, quæ non sunt in præiudicium tertij, sufficit vnicus testis. Silu. testis q. 5. & fortè sufficiet mulier, ex Silu. testis q. 1. not. 2. Et de omnibus tam solutis, quam vxorem habentibus, inquirat de fide, & moribus. Azor. 2. p. lib. 3. cap. 12. q. 16. Hoc probat si docuerint de communione in Paschate.

Maximè aduertat ad medicos, & ad magistros scholæ, præcipuè si veniunt à loco hæretico, vel Cura est in loco hæreticis vicino, & hoc maximè curet Parochus ruralis, quia in ciuitatibus adsunt multa alia præsidia.

An Curatus teneatur ad hoc sub mortali? Resp. Clarum esse negligentiam in hac re esse in magnum populi præiudicium, cum possint vagari mali, & hæretici, & multum officere, & ideo videtur obligatus sub mortali, hoc est enim benè populum regere, arcendo lupos

pos. Porrò in multis locis Episcopi cauent, ne medici vel magistri scholæ admittantur, nisi prius facta fidei professione in manibus Curati. Ideo Curatus Constitutiones sui Episcopi sciât, & obseruet.

Quæritur. An Curatus teneatur obuiare peccato publico, puta videt populum currentem ad arma, dissolutum, & quasi ouantem in coitu animalium, an teneatur obuiare? Resp. Teneri si potest. Si per bonas rationes habet probabile posse impediri, tenetur facere quantum potest, quia talis est lex correctionis. Aduerte tamen quod in secundo casu, non tenetur, quia in correctione opus est prudentia, & opportunitate temporis, quæ illi deest.

Expediet in magna rixa, cui aliter prouideri non possit, prodire in medium cum imagine cruci fixi, quia hoc modo similia validè impediuntur. Idem agendum in rebellionibus.

Quæritur. An facienti maius malum possit consuli minus, ne faciat maius? Resp. Posse, non solum quando Curatus est requisitus, sed etiam cum est irrequisitus. Et per istam rationem infinita deciduntur. Et licet in casu de consulente minus malum facienti maius sint duæ opiniones citatæ ab Azor 2. p. lib. 22. cap. 16. quæst. 8. Vnam affirmantem, alteram negantem; tamen cum benè eligatur quæ est in vna opinione, licet habeat contrariam, vide-

8

*Curat. an
corrigat
peccata
publica.*

9

*An facien-
ti malum
consulat
minus.*

videtur sequenda affirmans, cum pro se habeat canones, Concilia, & bonam rationem. Vide Azor 2. p. lib. 12. c. 16. q. 8. Sot. de iust. lib. 6. q. 1. art. 5.

IO

*Curat. an
mala oc-
cultia im-
pediat.*

Quæritur. An Curatus teneatur impedire multa mala occulta, quæ nouit vel per certam relationem, vel per vehementem suspicionem? Verbi gratia, quid aget si audierit, vel habuerit suspicionem in tali domo suæ parochiæ conuenire monetarios, vel sodomitæ, aut similes? Resp. Curatum non habere aliam obligationem, quam eam, quæ nascitur ex regulis correctionis fraternæ, licet illa circumstantia officij Curati magis astringat ad correctionem fraternam Curatum, quam alios cæteris paribus. Porrò prudentius est rem Episcopo, vel sapienti conferre, & deliberata exequi.

II

*Quid a-
get cum
stultis.*

Quæritur. Quomodo Curatus aget cum stultis suæ parochiæ? Resp. Si sunt amentes à natiuitate, non det Sacramenta, vt de singulis dicitur. Omnes. Diligenter tamen inquirat quantum rationis vsum habeant, vt noverit quid agendum, si accesserint ad Sacramentum, vel eius indiguerint. Et credo expedire istam diligentiam præmittere tempore collationis Sacramenti, ne Curatus in illo puncto imparatus inueniatur.

Quæritur. An Curatus possit dare licentiam laborandi in festo? Resp. Vbi datur re-

cur-

recursus ad Episcopum, vel Vicarium, non posse: ubi verò negatur dictus recursus, ut in villis, & castellis, posse. Silu. Dominica q. 4. not. 3. Azor. instit. 2. p. lib. 1. ca. 28. q. 6. Qui tamen addit hanc restrictionem posse non in perpetuum pro omnibus, vel aliquibus festis, sed quotiescumq; adfuerit causa legitima. Azor. ibi. Porro nota, quod quando Episcopus, vel Vicarius adiri non poterit, Curatus poterit dare talem licentiam, non solum declarando causam esse iustam, quam impetrans allegat, sed etiam quando non constat de tali iustitia, dispensando in eo, quod de necessaria iustitia fortè deesset petitioni Silu. dispensatio q. 1. & 4. & clarius. ieiunium quæst. 1. not. 3. licet ibi loquatur de ieiunio. At, quæ conveniunt ieiunio, etiam intelliguntur de laborando in festo quoad licentiam, quia utriusque est eadem ratio.

12
Licentia laborandi in festo.

13
Auctoritas dispensandi in festo quoad fundamentum.

Quæritur. Pro quanto tempore, seu pro quot festis Curatus dabit licentiam laborandi in festo, cum non possit eam dare in perpetuum, ut est dictum ex Azor. Resp. Et credo dicendum posse dare pro omnibus illis, in quibus non potest haberi recursus ad Episcopum, vel Vicarium, v. g. tempore collectionis fœni magna necessitas eiusdem colligendi urget, quia multum damnificatur a continua pluvia, eodem tempore instat meteo. & adsunt duæ vel tres festiuitates conti-

14
Curat pro quanto tempore dat licentiam laborandi in festo.

nuæ; At si Episcopus, vel Vicarius, qui consulatur, ita distant, quòd responsum haberi non possit opportune, tunc Curat. pro tribus illis festis, credo tutò poterit licentiam laborandi concedere. Quod autem de collectione fœni dictum est, eodem modo potest adaptari ad omnes similes casus. Ut curat, non nimis suo iudicio fidat, consulat Episcopum suum in tempore; & quod ipse præscripserit, faciat.

Causæ laborandi in festo.
 Causæ autem laborandi in festo iustæ sunt necessitas damni evitandi, vitæ sustentandæ, & aliquoties utilitas, puta cum piscandum est ad tunnòs, qui discedunt, si tunc non capiuntur. Siluest. ibi. & omnes. Sed cum ad has, ex varijs capitibus, reducantur diuersi casus, omnis causa, quæ erit rationabilis, erit iusta.

Sciendum tamen est festa nostra non colenda ea observatione, qua sabbatha Iudæorum colebantur. Ideo inter lenitatem, & rigorem oportet Curatum incedere. Ita agendum consulerem. Vbi malè observantur festa, reducere sensim, & non vno conatu ad illorum observationem transgredientes, & vbi observantur, non laxare habenas facultatis laborandi. Cæterum Curatus (præsertim consulto antea suo Episcopo, siue Generali, aut certe foraneo Vicario) benè aget, in omni casu etiam debili (dummodo rationabili) dando licentiam:

centiam: quia vere potest declarare, & dispensare; vt liberet populum, a laqueo transgressionis festi, quem fortè incurret non habita licentia. Et notet Curatus ruralis, quod si habeat magnā difficultatem in sanctificandis festis, poterit aliquādo agere cū Officiali Principis secularis Domini loci, vt ipse ad obseruantiam cogat, quod facilè benè cedit.

* *Quaritur.* Quomodo cognoscatur quæ festa ex consuetudine obligēt ad eorum obseruantiam? *Resp.* Dies festos ex consuetudine ad eorum obseruantiam tunc cogere; cū per Episc. consuetudo est admissa, & nō aliā: ideo Azz. 2. p. lib. 1. c. 26. q. 6. docet Curati interesse consulere Episcopum quomodo talis consuetudo obliget, cum non constat de validitate obligationes. Si vero veniat dies festus ex consuetudine de improviso: & non datur tempus consulendi Episcopum: duobus iudicijs cognoscet Curat. an dies festus obliget ad sui obseruantiam. Primum erit, si incolæ comuniter teneant transgressionem horum, atq; festorum de præcepto, æque obligare, & in vtrisque teneant æque peccare, qui non intersit sacro, & qui laboret. Secundum est si ad eorum obseruatiā Episcopus penitus cogat. Immo stantibus his duobus factis cōstabit talem diem obligare, absq; quod Episcopus cōsulatur. Si vero de horum neutro non constat, tunc cōsulatur Epi-

71
 Azz. 2. p. lib. 1. c. 26. q. 6.
 docet Curati interesse consulere Episcopum quomodo talis consuetudo obliget, cum non constat de validitate obligationes.

16
Ad cognoscendum qua festa de consuetudine oblig.

31
 Azz. 2. p. lib. 1. c. 26. q. 6.
 docet Curati interesse consulere Episcopum quomodo talis consuetudo obliget, cum non constat de validitate obligationes.

scopus iuxta Azor. ibi.

17

An acci-
piendum
aliquid p
licent. la-
bor. in fe-
sto.

Quæritur An Curatus pro licentia labo-
randi in festo possit aliquid exigere? Resp.
Azor inst. 2. par. lib. 1. cap. ult. quæst. 12. nega-
re hoc de Episcopo, sed tandem limitando,
concedere posse, non quidem pro licentia, sed
mutando opus seruire laborare volentis, in
aliquam largitionem, quæ tamen cedat in
opus pium. Sed, cum ea, quæ de Episcopo in
hoc casu dicuntur, conueniant etiam Cura-
to, absente Episcopo, & eius Vicario cum
eadem limitatione poterit Curatus: Et fortè
bonum erit remedium pro reducenda ad ob-
seruantiam sanctificatione festi, vbi populus
multum in ea est relaxatus: Si tamen hoc ve-
lis praticare consulo, agas de Episcopi con-
silio, & quæ dantur non perueniant ad ma-
nus tuas, sed dentur pro causa pia, & dentur
manifestè, vt omnis suspicio euitetur. Item
obseruandum, ne ista exigantur, nisi quando
causa laborandi est dubia, quia si clarum est ef-
se iustam, legitimè sine alia exceptione datur.

18

An Cur.
remittat
pœnam.

Quæritur. An Curatus ruralis absente E-
piscopo, & Vicario, qui videt in festo labo-
rantes, vbi est constitutio Episcopi, quòd la-
borantes in festo soluant tantum, possit ad li-
bitum eam pœnam remittere? Resp. Si pro-
hibetur ab Episcopo, non posse. S. Thom. 2. 2.
quæst. 67. art. 4. Silu. iudex quæst. 11, not. 5.
Sot. de iust. lib. 5. quæst. art. 3. Armill. correct.

§. 1. Si tamen ex aliqua causa rationabili expediret remittere, est remittenda Caiet. correct. 1. In quo magna est opus prudentia, & bona conscientia, quam Spiritus Sanctus dirigat Arm. ibi. Si tamen in illo loco ex consuetudine legitima Curati remittunt, & exigunt ad libitum, poterit exigere, vel remittere, vt libuerit: Si autem remittitur, vel exigitur ad libitum Curati, & nescitur an Episcopus consentiat, iudicandum est consentire, quia si abnueret, declararet, & quia ita communiter fit. Quid simile habetur, & deducitur ex Soto de Iust. lib. 5. quæst. 4. a. Ft. 3. Vbi habet inferiorem non posse minuere, vel leuare pœnam superioris, quando ita a superiore mandatum est; ergo, inferior, si non est mandatum, hoc poterit. Ita tamen practicandum credo. Curatus non sit nimis facilis in condonando, ne det ansam laborandi; Præterea ego non remitterem laboranti ad lucrum, vel laboranti cum scandalo, nisi causa rationabiliter euinceret condonandum.

Quæritur. An Curatus prohibitus ab Episcopo remittere, aut laxare pœnam, si alterû egerit, ad aliquid teneatur? Resp. Si uel. iudex q. 1. 1. not. 5. affirmare teneri ad dictâ pœnam soluendam, sed contrarium est uerius iuxta dicenda c. 15. n. 29.

Quæritur. Quid si Curatus post laborem sciuerit aliquos in festo laborasse, sed cum

20
Quando laboranti credendū.

causa, an teneatur credere, vel debeat exigere pœnam? Resp. Teneri credere, quia per iustam causam isti laborantes fuerunt excusati, ideo non debent cogi ad pœnam, quia ita rationabiliter iudicatur mentem esse Episcopi, cum aliàs videatur inrationabile obligare excusatum.

21
Licentia cibi prohibiti.

Quæritur. An Curatus det licentiam manducandi cibum prohibitum infirmo, & ob quam causam? Resp. Sicut potest dare licentiam laborandi in festo, sic posse concedere facultatem edendi cibum vetitum in absentia Episcopi, vel Vicarij. Curatus tamen, de hoc non sit sollicitus, quia hanc licentiã dat medicus. Omnes. Et quibus ex causis possit dari, nullus præter medicum potest præscribere, quia sunt aliqua infirmitates, quæ magna vi impetunt, vt febris ardens, & tamen esus carniū est malus, & sunt aliæ infirmitates, quæ multo minori impetu feruntur, imo aliquoties lenitate, vt debilitas magna, & tamen requirunt esum carniū. Ideo indigens medicum consulat. Si verò in loco non sit medicus, vt in villa, Curatus non angatur scrupulis sed det eam, quotiescumque videbitur illi rationabile petentem ea indigere: quia credulitas in hoc sufficiet: & si causa nō sit omnino iusta, poterit dispensare; vt est dictum de laborando in festo, & reddere causam iustam.

Quæ-

Quæritur. An Curatus det licentiam non
ieiunandi? Resp. Dare non solum in oppidis,
& villis, vbi non adest Episcopus, nec Vica-
rius, sed etiam in ciuitatibus præsentè Epi-
scopo, & Vicario, quia sic est consuetudo le-
gitima de quo vlt. Nauar. cap. 21. num. 21. &
Caiet. summa. Ieiun. negant, contra quos af-
firmat Azor. Inst. p. p. lib. 7. cap. 29. quæst. 3.
Causa autem valida erit, quæ est vera, vel si-
ne malitia, & quæ bona fide putetur vera.
Caiet. & Nauar. ibi, licet verè non fit talis,
quia sufficit credulitas inculpata, Caietan.
ibi.

22
Licentia
non ieiunandi.

Nota tamen bonam practicam. Quando
dubitatur an causa sit sufficiens, aut Curatus
verè cognoscit non esse sufficientem, tunc
Curatus ipse cum Caiet. ibi commutet opus
in quo dispensat, in orationem, eleemosinam,
aut aliud simile pium. Et quæ dicuntur de
commutatione ieiunij, intellige in omni cõ-
mutatione cuiusuis præcepti Ecclesiastici.

23
Modus
dispensan-
di in præ-
ceptis ec-
clesiæ.

Quæritur. An Curatus det licentiam pere-
grinandi? Resp. Hodie non esse in vsu, tamen
si petatur, detur, sed caueat in litteris ne in-
ferat, nisi, quæ ad ipsum spectant puta dicat
N. communicauit in Paschate, & narret ve-
ra, & non tegat ambiguis verbis defectus li-
centiandi, puta, non dicat, & est bonæ fa-
mæ, de eo qui est a Curia condemnatus, aut
aliud simile.

24
Licentia
peregrinandi.

27
*Licentia
 confis.*

Quæritur. An Curatus det suis licentiam
 confitendi alteri? Resp. Omnes de hac licen-
 tia loqui, & in specie Tol. Inst. lib. 3. c. 13. nu.
 11. notab. 1. Vbi habent Curatum posse dare
 suis licentiam confitendi omni exposito, &
 etiam alteri Curato. Pro quo sciendum, cum
 Episcopus aliquem ad confessionem admittit,
 admittere sine præiudicio Curatorum. Ita,
 Candelab. de conf. n. 15. Idem potest elici ex
 Tol. ibi.

* Suarez vero tom. 4. disput. 26. sect. 1.
 num. 11. & Sanctus Thomas probat nullum
 præiudicium afferre Curato: immo esse iu-
 uamento illi.

Regulares tamen hac licentia non indi-
 gent, cum per eorum facultates possint om-
 nium ad eos accedentium confessiones exci-
 pere. Dicendum igitur istam licentiam dan-
 dam, vbi talis vigeat consuetudo, vbi verò
 non viget, vt in multis locis est videre, nec
 dandam, nec petendam. At vbi datur, Cura-
 tus sit facilis in ea concedenda, & sufficit in
 generali allegare iustam causam. Silu. conf.
 p. q. 6. not. 1. Notet præterea Curatus si in lo-
 co sit solus, & sui non vadant alio ad cōfessio-
 nem, curet saltem semel in anno obtinere ab
 Episcopo aliquem cōfessorē innotitum, vt sui li-
 berius possint confiteri, si forte propter ali-
 qua verecundarentur faciē ipsius Curati, &
 hoc poterit fieri in Paschate, vel Iubileo.

Si

Si quæris, An curatus cogatur dare ta-
 lem licentiam? Resp. S. Th. in 4. d. 17. q. 3. ar.
 3. ad 6. q. 4. quæstiones, Suarez to. 4. dist. 26.
 sect. p. num. 12. Cogi sub peccato. Sed non
 specificat sub mortali ne, an sub veniali. Vi-
 detur dicendum, cogi sub peccato mortali;
 quia non concedendo iniicit laqueum ani-
 mæ penitentis, vt ait S. Tho. ibi. & eum ta-
 lis iniectio fit in graue damnum, dans tale
 damnum mortaliter peccabit.

*Curatus
 an cogatur
 dare
 licentiam
 confitendi
 alibi suos.*

Quæritur. An Curatus teneatur exorciza-
 re suos obsessos à spiritibus malignis? Resp.
 Et dico, teneri, cum non habent alium exor-
 cizantem, vel illi nolint vri alio, ne factum
 detegatur: quia hi sunt in magna necessita-
 te, nec per alium possunt ab ea subleuari, &
 per consequens Curatus tenetur. Et cum ne-
 cessitas ista magna sit, credo Curatum te-
 neri sub mortali. Excusandum autem iudi-
 co. si renuat humilitate, vel quia non credat
 se facturum satis misero energumeno. Porro
 Curatus non vtatur superstitionibus, quæ sæ-
 pè tamquam pro secretioribus remedijs cir-
 cunferuntur. Bonus liber est Fustis, & Fla-
 gellum dæmonum, sed sacerdotale Romanū
 non postponatur.

26
*An exorci-
 zaret
 suos.*

Si tamen in Episcopatu fuerit constitu-
 tio, ne aliquis, inconsulto Episcopo, exorci-
 zet, curatus eam obseruet.

Si quæras, An curatus, etiam non prohibi-
 tus

Exorcizandi an det licentiam curatus.

tus ab Episcopo constitutione, possit hanc licentiam alteri dare? Resp. Possè. Sed melius est dare Episcopo consulto, vt multa euitentur, nam nec actio hæc libera est a fraude malorum.

Curatus an exorcizet alienos.

Si queris præterea, An curatus possit exorcizare etiam non suos? Resp. & credo posse, dummodo Episcopus non prohibeat, quia ista alio non præiudicant.

An hoc possit in aliena parochia? Resp. & non credo inuito curato saltem.

27
Restitutiones pro alijs quomodo faciat.

Queritur. Quomodo Curatus restitutiones faciat pro alijs? Resp. Si occurrat ei restitutionem facere pro alio, procuret syngrapham, qua solutionem factam doceat, & hæc det restituenti, vt certiores faciat de restitutione. Nau. cap. 17. num. 69. Fortè erit melius duplicatam syngrapham accipere, vnâ quâ det restituenti, & alterâ quâ apud se retineat, qua docere possit de veritate, si vmquâ contigerit. Porrò ne nominetur persona restituens, syngrapha poterit esse talis. Ego N. accepi à N. Curato tali, tot, tali die, mense, & anno, pro restitutione, quam aiebat mihi factam.

28
Casus de restitutione.

Queritur. An Curatus, qui est verè pauper, & forte egens, qui accipit decem restituenda Titio, possit adito Titio dicere, quidam, qui debet tibi decem, sed est pauper, orat vt illi remittas. An, si Titius remiserit

Cu-

Curatus possit sibi illa decem retinere, cum verè sit pauper, & mendacium non dixerit? Resp. Non valere remissionem, quia non fuit voluntaria; quando enim Titius remisit, intellexit de omni alio à Curato distincto, Curatus enim loquebatur in tertia persona, & ideo dolosè locutus est. Si tamen Curatus iste diceret, Ego tibi decem debeo, remittis? Et Titius annueret; valeret remissio. Et, si Titius diceret Curato da pauperibus, ipse Curatus tunc posset sibi retinere, partem, vel totum secundum regulas Silu. eleemos. q. 3. nota tamen quod Silu. eleemos. q. 2. in fine ait, quod non posset sibi retinere. At tu te ne cum Nau. c. 17. num. 93 & 171. quod si verè est pauper, posset sibi retinere, maximè de consilio confessarij. quod tamen non intelligas de necessitate, sed ad suam maiore cautelam.

Quæritur. Quomodo aget Curatus introducendo deuotiones in suo populo? Resp. Si inducit deuotiones priuatas, puta ieiunandi, aut orandi, aut similia, quæ ab ipso proposita populus acceptat, benè agit, sed caueat, ne ipse deprehendatur illa non obseruare cum possit, quia destrueret ædificatum.

Si vero deuotiones sunt publicæ, puta processiones, festationes aliquorum dierum, aut similia, non inducat, nisi populo propositas,

29
Inducat
deuotio-
nes pub.
& priua.
& quo-
modo.

tas, & per ipsum acceptatas. Hoc ita benè cedet. Habeat Curatus amicum prudentem, & probum, cui fidat, huic suam intentionem aperiat, & per illum curet proponi populo quasi rem propriam, & non Curati, & tandè deferri ad ipsum Curatum; pro illius voto obtinendo: & tunc Curatus si in negotio sint difficultates, eas proponat, vt populus sciès, & volens, rem amplectatur. nullum enim violentum durabile. Caueat autem prætextu de uotionis, & specie honoris proponere populo, quæ in Curati eiusdem utilitatem cedât, quia res est homine Christiano indigna, & fordita prudentia, & si contigerit aliqua proponere, è quibus Curato utilitas obueniat, intentio Curati non in bonum proprium, sed populi feratur. Et si melius optat actum iri, non proponat nisi, quæ sunt puræ deuotionis. Si velit autem proposita stabilitatem acquirere, muniat eas Episcopi consensu.

30
*Consuetudines
 to
 ci obser-
 uer.*

Quæritur. An Curatus obseruet consuetudines suæ curæ, puta de danda candelâ in Purificatione, thure in vigilia Ascensionis, & similia? Resp. Obseruet quia etiam per Episcopum fortè posset cogi. Silu. negat decima q. 2. nu. 5. Omnes aliàs consuetudines nõ implicantes peccatum obseruet ad vnguem, & nouitates fugiat, quia sunt odioſæ: at, si necessitate cogente aliud sit mutandum, tunc bonum erit illud peragere cum consilio, quæ
 si il-

si illud petens a maiori parte suorum, aut saltem a maiorib. de plebe, vt potius videatur morem gerere, quam imperare. Et non curet de honore, aut similibus, quia sunt nugæ. Caueat verò diligenter introducere aliqua, ex quibus populus possit sibi ius præscriptionis euincere: Ideo si quid simile concesserit, clarè protestetur, se pro illa vice solum, & non vltèrius concedere: quia sæpè euenit Curatum liberaliter aliqua concedere, quæ cum velit postea populo negare, maximè inter rudes, omnia clamorib. insonant, & sæpè non effugit magnas molestias, maximè si concesserit potentioribus, multò magis Ecclesiasticis, & personis præferentibus religionè, vt sodalitatibus siue Confraternitatibus laicorum, & multò magis si sapiunt pietatem. Omnia tamen tutò concedet, quæ suo non repugnant officio: repugnantia verò prudenter, & rarò concedet: sit exemplum. In oppido non adsunt nisi duæ Missæ, & in prima vt commodiori, solet Curat. docere docenda, & monere monenda. Quidam de populo, vel laicorum societas de nouo fundata, optat die quadam stabilita celebrari Missam in aurora pro honore dictæ societatis. Curatus videat an concedat in perpetuum, & an concessio sit futura officio suo impedimento, puta, quia populus eget instructione, & elabitur, cum non possit Curatus in tali

382 De Officio Curati

Missa docere necessaria eò quod in secunda sit ad futura maior pars populi eadem instructione egente, & in vtraq; Missa idem peragere non possit. In similibus ergo Curatus prudenter, & rarò postulata concedat.

31

*Si per consuetud.
fiat peccatum an
obseruanda.*

Quæritur. An Curatus consuetudinem obseruet, quando populus ea abutitur ad peccatum, vel superstitionem? Resp. Cum res ista sua natura sit indifferens, fit, vt qui ea vtitur malè, id ex sua praua natura faciat, ideo Curatus non dicetur causa peccati, & per consequens non tenebitur necessario ab ea abstinere, & nõ dare iuxta consuetum. Curatus igitur populũ admoneat de peccato commisso in abusu rei concessæ. Quòd si post admonitione perseuerauerit, nec timeatur scandalum, seu murmur in populo, poterit non dare consuetum; sed & si dederit, non peccabit, quia verè non potest esse certus, an sit populus abusus re accepta. Melius est admone- re Episcopum de abusu, & iussa exequi. Idem aget de consuetudinibus, quæ peccatum præferunt, vt non eundi ad ecclesiam obfunus, non eundi ad Missam iuuenes nubiles, & similia. Quæ pro viribus exterminabit. Si nõ valet, rem ad Episcopum deferat, & iussa exequatur.

32

*Consiliũ
contra tertium.*

Quæritur. An Curatus det consilium, & quomodo petenti illud, quando resultat in damnum tertij? Resp. Nunquam similibus

se ingerat, nisi manifesta charitas, aut necessitas vrgeat, tunc etiam prius inspiciat, si possit dissidentes concordare; si non potest, dicat veritatem eo modo, quo potest. i. certum pro certo, & dubium pro dubio. Melius est, si remittat negotium ad peritum, quia benevolentia populi erga Curatum est necessaria pro bono regimine. Ideo Curatus abstinere semper ab his, quæ aîos alienant: & quæ sunt alienationem afferentia, deriuet in alios, salua semper conscientia, quia multa debet facere, etiam si certò esset illi moriendû, & in hoc sit intrepidus. In summa, ita viuat, loquatur, & scribat, ac si omnia certo nosceret censuranda ab inimicis. Vide etiam multa in c. præcedenti.

Quæritur. An Curatus teneatur esse elemosinarius? Resp. Sine dubio teneri, sed an teneatur ex iustitia, vel ex charitate, tres sunt sententiæ.

Prima. Est Nau. de redditibus Ecclesiasticis, qui vult teneri ex iustitia.

Secunda est Caiet. 2.2. quæst. 185. ar. 7. qui tenet quando redditus sunt pingues, deberi elemosynam pro quarta parte.

Tertia. Est. S. Tho. 2.2. quæst. & ar. dicto: Sot. de de iust. lib. 10. quæst. 4. art. 3. concl. p. Azor 2. p. Inst. lib. 12. cap. 11. quæst. 1. dicentium teneri ex iustitia de bonis illis, quæ sunt deputata pauperibus, si fortè Curatus hæc ha-

33
Curat. fit
elemo-
syn.

33
Curat. fit
elemo-
syn.

384 De Officio Curati

habeat; si non sunt deputata; teneri lege charitatis. Vult autem Azor ibi obligatum Curatum arctius, quam laicos, quia ait laici obligantur præcepto naturali, & diuino, clerici verò naturali, diuino, & canonico.

34
Quanta
eleemos.
dabit.

Quæritur. Quantam eleemosynam dabit Curatus? Resp. Caiet. vbi supra. & Sot. q. dicta art. 4. Velle dandam esse quartam partem fructuum ab eo, qui habet pingue beneficiũ. Azor verò c. dicto q. 1. vult dandum, quantum superest, ex decenti, & commodo victu. Quando vero Curat. in hoc peccet, vide Summitas, & in specie Silu. eleemos. q. 1. & clericus Azor Inst. 2. p. lib. 12. cap. 7.

35
Curatus
pauper
quomodo
eleemosy-
nam pro-
curet pro
pauperi-
bus.

Quid agendum cum Curatus sit pauper, & non habet unde eleemosynam valeat erogare, & tamen eleemosyna necessario sit danda? Resp. Si indigentia sit ordinaria seu communis, puta quærentium ostiatim, & accipientium si non ab vno saltem ab alio, nihil aliud agat: Si sit insolita, & magna commendet ipse necessitatem alicui diuiti, vt ab eo indigens recipiat. Si hoc non potest, parochus curet accipere ab alijs, & data porrigat. Ideo bonum consilium est, post adeptam Curatam instituere in sua Cura sodalitatem aliquam, quæ huiusmodi miserabilium curam gerat. Vel si hoc non potest, notificare populo, vt eleemosynam largiatur quando eiusdem Curati nomine mittetur viri, vel mulie-

lieres ostiatim quæretes pro miserabilibus.
Et notet curatus, præcipuam curam gerere
miserabiliū, qui secreta paupertate præmun-
tur, & maximè eorum, qui sunt honestæ con-
ditionis, & bonis moribus præditi.

Quæritur An Curatus teneatur quærere,
suos indigentes, vel sufficiat dare eleemofy-
nam cum eorum inopiam exploratam ha-
buerit?

ee
An pau-
peres quæ-
rat.

Resp. Tol. Inst. lib. de septem peccatis mor-
talibus, cap. 35. in fine affirmare, aliter non
satisfacere. Sed videtur melius dicendum.
Si Curat. habet bona dispensanda pauperi-
bus, quia illorum vsui sunt deputata, teneri
eos quærere, si sunt ex superfluis beneficij
sufficere dare occurrenti, absque quod eos
inquirat. Nau. c. 24. num. 9.

Quæritur. Quomodo geret se Curatus in
his eleemofynis, quæ pij in vsum Ecclesiæ,
vel alium elargiuntur? Resp. Mentem elar-
gentium exequatur: Si nihil explicant, ita
exponat, vt publicè constet de effectu, ad sui
honoris manutentionem, & ad aliorum bo-
norum exemplum.

37
De elee-
mosynis
pijs quid.

Quæritur. An Curatus teneatur esse hospi-
talis? Resp. Concil. Trid. sess. 25. cap. 8. de re-
for. admonere omnes habentes beneficia Ec-
clesiastica exercent hospitalitatem, quan-
tum per eorum prouentus licebit. Ideo si Cu-
ratus, ea quæ voluerit dare in eleemofynam

38
Curat. fit
hospitatis.

in hunc vsum conuerterit, benè aget, non tamen tenetur ad hoc sub mortali, cum non præcipiatur.

39
Defendat
miserabi-
les.

Quæritur. An Curatus teneatur defendere suos paræcios miserabiles? Resp. Lessiũ de Iust. lib. 2. cap. 9. num. 13. & num. 94. velle Curatum teneri defendere suos solum in ordine ad spiritualia. Conc. Tri. verò sess. 23. c. p. de reform. ait. Cum diuino præcepto mandatum sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, inter alia, pauperum, aliarumque miserabilium personarum curã paternam gerere. &c. Ideo videtur dicendum, si potest, teneri, nõ quidẽ de iustitia, sed ex charitate, licet crediderim arctius, quam alium christianum. Sciat enim Curatus se positum in refugium, & spem omnium suorum auxilio indigentium, ne miseri omni spe destituti desperent. Ideo videat, quia malè poterit otiari, cum sæpe non desint, quibus se implicet. In hoc tamen sit prudens, ne dum vult miserabiles defendere, transeat in sinistram opinionem defensorum, si sint personæ, de quibus possit haberi suspicio, vt femine. Ideo in hoc ita se gerat. Auxilium præstet; si expe titur: vel si videat miserabiles carere omni alio auxilio. ista enim modificantur secundũ regulas eleemosynæ, quæ rectè dicto modo datur. Qui verò sint miserabiles vide Sil. aduocatus. quæst. 2. 3. & 4.

Curatus componat paces. Ideo sciat modos dandi satisfactionem læsis. Notet tamē, vt conciliet animos solum, a ceremonia verò, & pactis absteineat quantum potest, sed habeat virum auctoritatis, quo in huiusmodi vtatur quia ita euadet magnas molestias, quæ sæpè solent euenire in fractione pactorum, & pacis. Cæterum non plus tenetur ad hoc, quam ceteri christiani. Sed & si in loco viderit alios idoneos, relinquat illis hanc prouinciam.

Caueat etiam sub hac regula a faciendis sponsalitijs, hoc est, a trouare marito, ò moglie, quia ista aut non fiunt sine mendacijs, aut malè fiunt sine eis, & de S. Ambrosio legitur, quòd semper abstinerit ab huiusmodi.

40

Faciat paces.

Curat. habeat librum baptismi, & matrimonij ex Conc. Trid. sess. 24. c. 2. de reforma. matr. In libro Baptismi scribat, vt est dictum c. 6. num. 43. In libro verò matrimonij scribat coniugum, ac testium nomina, diem ac locum contracti matrimonij. Vnusquisq; sequatur formulam suæ Curæ. Mæ hæc est.

41

Liber baptismi, & matr.

Die. N. Maij 1608. Petrus, & Berta factis inter Missarum solemniam trinis denunciationibus tribus diebus festiuis continuis videlicet die 1. 4. & 8. mensis N. dicti anni, & nullo impedimento allato, seruatisq; alijs seruandis, coniuncti sunt matrimonio à me N. in-

Parochiali N. talis loci, & inter Missarum solemnia ibidem benedictionem matrimonialem receperunt (quando est danda) praesentibus N. & N. testibus notis.

Si fuerit dispensatio obtenta, a Sanctiss. D. super aliquo gradu, post illa verba. Nullo impedimento allato, addo, & obtenta dispensatione à Sanctiss. super gradu N. & admissa per D. Vic. vt in filo, & addo reliqua.

*Modus
bonus pra
eficiendi
matr.*

Quoniam verò matrimonium est Sacramentum, & recipere Sacramenta in mortali, mortale est, eodem mane meos communico, & postea adfio celebrationi matrimonij, & statim in Missa do benedictionem matrimonialem. Si placet modus eo vttere, quia vere est tutus. omnes hos libros, & formam praescribit Rituale Pauli V. eos omnino obserua.

* An vero Curatus idem agat cum procuratore, qui alieno nomine contrahit. Resp. Rebell. de oblig. 2. p. l. 2. ti. 5. num. 11. non esse necesse, cum non teneatur talis procurator illo actu contere.

Quaeres an curatus teneatur sponfos admonere de praemittenda confessione, cum probabile est eos non sequuturos bonum consilium? Resp. non teneri. Primo quia quis scit sint in mortali nec ne, & in dubio censendi sunt non esse, cum nemo sit suae salutis immemor; & dato quod sciret, dico secundo non teneri, quia in his quae sunt citra alterius

rius præiudicium, relinquendus est ignorans in sua ignorantia, quando inculpabilis est, ut hic præsupponitur, alias si admonerentur, forte persisterent in opinione non confitendi, & ita præberetur illis ansa peccandi. Si tamen curatus istis notificet veritatem, ut disponat ad bonam contritionem, non male ageret. credo tamen tutius relinquere illos in sua bona fide, nisi per bona scone turas speretur bonus effectus. deducitur ex Soto, d. 12. q. 1. ar. 6. in probat. 2. conclusionis.

Curatus habeat etiam librum pro notandis mortuis. Hoc Communiter obseruatur.

Habeat etiam librum confirmatorum. hoc etiam communiter obseruatur. Sed in ciuitatibus non est necesse, cum confirmatio conferatur in Cathedrali, & ibi confirmati notentur. In oppidis videtur necessarium, quando Episcopus non habet secum notarium scribentem omnes hos libros, & formam præscribit rituale Pauli V. eos omnino obserua.

Quæritur. An non habere istos libros, vel non notare notanda, sit peccatum, & quale? Resp. De Baptismo, & matrimonio esse peccatum mortale, quia ita iubetur a Conc. loco dicto, & cap. 1. eiusdem sess. de refor. matr. & quia cedit in magnum populi damnum. De mortuis, & confirmatis erit idem iudiciū,

43
Libri mortuorum, & confirmatorum.

44
An peccatum non scribere baptiz. mortuos, & confirmatos.

quando negligente Curato, omnes negligunt, maximè vbi fit Episcopi constitutio, & consuetudo scribendi; Vbi verò non fit nec constitutio, nec consuetudo, non condemnarem de mortali.

45
*Cur. an
 faciat fi-
 des matr.
 bapt. mor-
 tuorum,
 & confir-
 mat.*

* Aduertat autem Curatus bonam custodiam his libris adhibere, ne, dum possunt ad aliorum manus facili negotio peruenire, falsentur, vel rumpantur, aut alio modo destruantur a maleuolo in magnum Curati damnum.

46
*Reuelationes ex-
 communicationis.*

Quæritur. An curatus teneatur facere fides baptismi, matrimonij, mortuorum, & confirmationis quando exiguntur? Resp. Teneri, quia ad hoc sunt dicti libri constituti, & potest accipere pro sua mercede illud, quod in loco solitum est dari: si vero fiat gratis, & ipse faciet.

Reuelationes excommunicationum recipiat, vel non accipiat pro vt est consuetudo loci, & si acceperit, & fit tradenda copia siue exemplum accipiat, vel non accipiat mercedem, prout pariter est consuetudo loci. Turtius est propter multa incommoda, quæ possunt sequi, vel curare, vt accipiantur ab alio, vt a notario, vel ipsum Curatum non scribere reuelata, sed solum accipere scripturam reuelationum per reuelantes factam, vel saltem non accipere propria ipsius Curati scriptura, nisi præsentibus testibus: Ita enim
 cui.

euitantur multæ molestiæ.

* Et si Curatus cogatur eas reuelationes accipere, caueat ne accipiat, quæ alterius præiudicium afferunt. ideo noscat, qui excusentur a reuelando. De quibus agit Silu. excomm. 2. dub. 8. Nau. c. 25. n. 46. Suarez to. 5. disp. 20. sect. 3. per totum.

Et quoniam sæpe populus male habet ex-
communicationes fulminari (timet enim si-
bi, etiam si sit innocens) curatus bene ager, si
conuenerit cum principali, qui excommuni-
cationem procurauit, ut fulminetur solum
ad terrorem, absq; animo quod liget; quia
ita potest fieri Sil. excom. 2. sciendum p. n. 13.
& 14. sed curatus rem sub secreto retineat,
nam si sciretur, reuelationes non fierent.

*Remedit
in fulmi-
nationib.
excommu-
nication.*

Porrò quia sæpe contingunt istæ reuelatio-
nes nota.

Aut reuelandum est male detentum, ut est
in casu nostro, aut detegendum delictum.

Si reuelanda est res male detenta scias ex-
cusari.

Primo, Confessarium sacramentalem
scientem rem detentam. omnes.

Secundo, Qui rem accepit sub secreto, pu-
ta pro consilio, vel auxilio ad salutem, ani-
mæ, vel corporis. Les. de iust. l. 2. c. 3. dub. 6. n.
45. cum citatis ibi contra Genuam in praxi,
c. 1. nu. 2. in fine, qui hoc non concedit, quan-
do agitur de præiudicio alterius, & alia via

prouideri non potest, ne quando prouideri
 potest reuelandum est plusquam sufficiat,
 nec quod sufficit, quando maius damnum,
 euenturum sit reuelanti. Suarez concordat
 loco, vt infra dicetur. Placet Les. & Suarez,
 quia misero homini non debet obesse, quod
 causa consilij, vel auxilij petendi secretum,
 suum alteri aperuerit; alias cederet in graue
 damnum publici, cum peccatores retrahe-
 rentur a petendo consilio. Sayr. de censuris, l.
 1. c. 9. num. 34. not. 7. concordat Les. & Sua-
 rez. addit. reuelandum cum quis illo secreto
 velit vt in perniciem Reipublicæ, vel graue
 damnum alterius. Suarez etiam si iurasset si-
 lentium, Less. ibi.

Tertio, Qui aliena detinet sine peccato,
 vt in iustam recompensationem. omnes. Vel
 propter impotentiam restituere nequit. Sua-
 rez de censuris, disp. 20. sect. 3. nu. 12. sed sta-
 tim atq; factus fuerit potens tenebitur. Suar:
 ibi nu. 14. in fine.

Quarto, Qui probabiliter sibi timet gra-
 ue damnum temporale, vel spirituale, aut si
 ex eo scandalum oriatur. ex hoc capite excu-
 satur familia. Sil. familia. Nau. cap. 25. n. 50.
 Suarez ibi sect. 3. regula 3. cum citatis ibi.
 Genua. ibi nu. 6.

Quinto, Quos pars, vel iudex non inten-
 dit ligare excommunicatione, vt pater non
 videtur includere filium, nec maritus vxorē,
 Sot.

Sot. de iust. li. 5. q. 3. a. 1. Nau. c. 27. nu. 4. Gen-
nua. num. 8.

Si scio, sed probare nequeo te teneri affir-
mat Less. l. d. n. 50. not. 7. in fine, quod excom-
municatio feratur contra scientes, qualis
es tu; quod non possis probare non referre,
quia nec testis, vt es tu, tenetur probare. Ge-
nua. ibi. nu. 2. secus in criminalibus. Verum,
saluo meliori iudicio, etiam in ciuilibus cre-
do non teneri: ratio: quia finis excommuni-
cationis est reuelationes facere, vt possit (vt
supponitur) recuperari ammissum, ergo non
reuelandum, quia sit ultra mentem excom-
municantis; cessante enim causa cessabit ef-
fectus.

PRINCIPALIS vero an teneatur reuela-
re. Dic tunc teneri reuelare, cum non reue-
lando peccaret mortaliter. Suarez. ibi. & om-
nes. Ideo principalis reuelat scripturas, quæ
sunt in magnum damnum aduersarij, & par-
uum sui; secus si e contrario. omnes. In dubio
an sint futuræ, in damnum, vel aëtori multo
pro future, & sibi parum nocituræ, Sotus in
4. d. 22. q. 1. a. 2. casu 3. vult reuelandas. Ge-
nua. ibi. idem. Verum, quia potior est condi-
tio possidentis (cum tamen eas habeat, vel
detineat sine mortali) non credo teneri. Sæpe
enim videntur ad rem parum conferre, sed
processu iudicij valide nocent. Say. ibi. n. 36.
annuit.

Quan-

De Officio Curati

Quando principalis non tenetur reuelare, nec scientes tenentur. omnes. & principali reuelante cæteri excusantur. omnes.

Si quis elapso termino præfixo in excommunicatione ad reuelandum sciat de excommunicatione, tunc reuelare tenetur. Suarez ibi. num. 14. Immo probabiliter censet non teneri statim, sed cum dicto termino, quo pro omnibus est fulminata. consulerem statim, quia tutius.

Qui aliquo ex dictis modis excusatur a reuelando, cessato impedimento tenetur. Suarez. ibi. dummodo, qui dedit excommunicationem uiuat, quia mortuo dicto, excommunicatione est extincta. Suarez ibi. Intellige, est extincta, si nondum est incurfa, quia si incurfa durat, donec auferatur. Say. cum cit. ibi. c. 4. num. 22.

Si vero excommunicatio feratur pro delicto, etiam sciens non tenetur reuelare.

Primo, Quando delictum nequit probari. docent Say. l. p. c. 9. nu. 34 Genua ibi num. 2. Fallit cum iam criminaliter est captum agi, quia tunc reuelans est testis, & testis non tenetur, si probare non possit. qui supra. Secundo cum superior præcipit, ut reueletur sibi tamquam patri, idest quod damnum impediet absque punitione, præcedenti tamen monitione paterna, etiam si præcipiatur denuncia

ciandum, etiam correctione non prauia: omittitur tamen correctio, si non speretur emendatio. omnes. Tertio impedimentum matrimonij, c. 10. num. 30. Quarto, hæretici occulti, strigæ, & similes, committentes damnum in Rempublicam. Quinto, medici, aduocati, & similes, qui secretum norunt, tenentur cum præiudicium tertij immineat, & alia via prouideri non possit, nec reuelandum plusquam sufficiat. Idem ibi. Les. & Genua negant, vt est dictum supra.

Secundo, Quando peccatum est occultū, & peccator se emendauit, aut probabiliter creditur sola correctione fraterna se correcturum, quæ tunc est facienda. omnes.

Tertio, Quando factum a talibus audiuit, quibus non est fides adhibenda. omnes.

Quarto, Quando iam aliud delictum patrefecisset. omnes.

Quinto, Quando qui nouit v.g. rem furatam detineri in recompensationem. omnes.

Sexto, Quando scit per solam confessionem sacramentalem. omnes.

Septimum, Quando delictum scitur per solam consultationem secretam pro consilio Sayr. ibi. omnes.

Curatus studeat Sacerdotali Romano, & habeat ad manum quæ in eo monentur, tum vt possit euellere, & excludere superstitiones si de illis dubium est, tum vt accendat suam,

47
Curat. studeat Sacerdos

& populi deuotionem ad obtinendas gratias ibi notatas contra omnes aegritudines. Et sciat me uidisse mirabilia; nec faciliter transeat ad alium librum cum in illo sint omnia necessaria. Et in remedijs in bonum populi, vt contra grandines, locustas fata vastantia non solum fit facilis, sed ipsemet etiã irrequisitus ea proponat. Idem agat in mortalitate animalium, & similibus non quod ad ista ex præcepto teneatur, sed quòd ita agēs beneuolentiam populi acquirat, & illius deuotionem augebit, & merebitur actu charitatis. Addit Martinus del Rio disq. magic. l. 6. c. 2. sect. 3. q. 3. in fine secundi remedij, valere ad corporis sanitatem oleum extremæ vnctionis delinitum, siue propinatum, vt in obsessis, & laborantibus morbo interno, cum ad id fuerit institutum, & affert multa sanctorum exempla, sicut valet oleum a sacerdote benedictum. De isto indubitanter affirmarem de illo non auderem, quia nullibi legitur propositum pro sanitate corporis, nisi cum eo vt sacramento vngimus, nec aliter esse vsui hodie hæctenus aut audiui, aut vidi. porro vna aqua benedicta mirabilis contra omnes morbos, si fides, & deuotio concurrant, vt vidi aliquoties.

Aduerte tamen circumferri Sacerdotale, seu Rituale paruum Venetijs impressum sub hoc nomine. Familiaris liber Clericorum, in quo

quo sūt multa superstitiosa, vt de certis Mis-
sis dicendis cum certo numero candelarum,
& alia huius generis. tu eo non vtaris. prohi-
betur enim per instructionem positam in in-
dice librorum prohibitorum, vbi agitur de
correctione §. 2.

Si contingat in propria cura magnum do-
mus incendium, praeter opem externam, quā
vicini conferent, sciat etiam ipse Curatus o-
pitulari ad extinctionem. Ideo proijciat in
ignem Agnus Dei benedictos per Papam, mi-
rabiles enim effectus, si fides, & deuotio ad-
sint, inde sunt visi.

*Ad incen-
dia quid
aget.*

Curatus a multis caueat sine licentia Epi-
scopi, quam curabit habere semper in scrip-
tis, & reponet, sicut caetera omnia, quae iu-
bentur per scripturam, vt possit de iussis ra-
tionem reddere.

48
*A quibus
caueat.*

Primo, non proponat reliquias sine Epi-
scopi facultate obtenta.

Reliquia.

Secundo, non proponat indulgentias, etiā
Papales sine Episcopi iussu, nec excommuni-
cationes, etiā Papales.

*Indulg.
Excom.
Mirac.*

Tertio, non miracula noua, sine approba-
tione Episcopi, Narrare tamen aliquod mi-
raculum auditum a fide dignis, poterit adifi-
care audientes, sed id fiat cum sale discre-
tionis.

Quarto, Non sinat aedificare, nec pingere
in sua Ecclesia, vel in alia sibi subdita; & si
adsit

*Aedifica-
re.
Pingere.*

adfit Episcopi licentia, non sinat pingere nisi secundum exemplar Episcopo propositum a pictore, & ab eodem admisso per subscriptionem.

*Iudæis
non la-
ciant.*

Quinto, Non sinat christianas lactare Iudæos, nec vice versa; nec christianos in Sabbatho seruire Iudæis; similiter non sinat Iudæas obstetricare christianis, nec vice versa; nec publicas processiones faciat inconsulto Episcopo.

Videat præterea omnia, quæ iubentur ei ab Episcopo per Constitutiones synodales, vel quomodolibet, & ea ad vnguem obseruet.

* Potest præterea contingere, vt in tua ecclesia ad aliquod altare, seu ante aliquam imaginem, aliquis accendat candelam in vindictam; quasi à Deo, vel sancto illo petendo, vt inimicus eo modo, quo candela liquefceret, tabesceret, vel aliter offenderetur: qui modus feminis proprius. Tu de facto candelam deijce, grauitè, qui eam incendit obiurgato. Et si in loco ista sæpe contingant, admonere Episcopum, & iussa exequere. Non enim, actus venerationis Dei, & sanctorum detorquendi sunt, & adaptandi ad malam vindictam.

Quaritur. Quid aget Curatus in omni re insolita, puta si afferatur fulminatoria Papæ exequenda sub excommunicatione, & ferens nolit

nolit Episcopi votum expectare? Resp. Exequatur, & quāprimum Episcopum moneat. Idem eodem modo agat, si adueniat visitator, aut commissarius, qui se dicat Apostolicum; aut alius qui de facto mandatum exequi velit. Considerandæ tamen patientes, quia & aliquoties nebulones sub hoc nomine vagati sunt. Practica. De omni re insolita moneat quamprimum Episcopum, vel Vicarium. Et si per tempus hoc non potest, Curatos vicinos consulat de modo, quo & ipsi ab huiusmodi casibus se extricauerunt, & secundum consulta agat, si tamen consilium sit rationabile. Excipe istos benignè, & tracta amanter, & interim, vt est dictum, mone mendum. Nunquam tamen aliquem admittas ad ea, quæ sunt ultra facultatem, quam habet: Ideo considera literas facultatis illius: & neminem sine literis admittas, quia si Legati solent eas ostendere, multo magis tenebuntur inferiores commissarij.

Curatus studeat multum prudentiæ, pro quo vide cap. præcedens. Ideo in exactiōe suorum creditorum ex bonis Ecclesiæ potius sit remissus, quam concitatus: sic & lites etiam Ecclesiæ cum modestia agitet. Legata pia etiam expedit leniter exigere, quia viui non deterrentur a bono faciendo. Res honoris, & famæ melius tractantur si deserantur, hoc est melius est eas suppressere, quam

vel-

49

*In euen-
tu insoli-
to quid
aget.*

50

*Curat. sit
prudens
in exact.
creditorū,
& ad le-
gata pia.*

velle per ventilationem decidere. Expedi-
 habere virum bonum, & prudētem, & emer-
 gentia cum eo consultare, & exequenda non
 nisi matura deliberatione, aggredi, & libera-
 liter agere, quæ liberalitatem volūt, ne dum
 auarè remedium tentas, omnia fiant fru-
 stra. Scias errorem numquam comitari cha-
 rritatem, & prudentiam.

51

*Miracu-
 la noua
 & colle-
 ctā.*

Quæritur. Quid si in Ecclesia subdita Cu-
 rato ad aliquam imaginem miracula fiant?
 Resp. Celeriter Episcopum moneat, & iussa
 exequatur.

Et si tibi fideles multas largiantur eleemo-
 synas, idem agat; cuius verò sint dictæ elec-
 mosynæ: vide Silu. decima quæst. 2. not. 3.

52

*Faciens
 miracula
 vel valdè
 insolita.*

Quæritur. Quid aget Curatus, si in sua Cu-
 ra adueniat aliquis faciens, vel miracula ve-
 ra, vel quæ videantur miracula, & valdè in-
 solita?

Resp. Vidi deceptos à quadam malè feriat-
 ta tertiaria. S. Francisci, quæ per eumentitas
 ecstases frèquentes, continuo victu ex fructi-
 bus, & herbis, & quotidiana communione
 fucum fecerat. Ita videtur agendum. Primo
 sis incredulus, & ad omnia tamquam suspe-
 cta oculum figas, (etiam si per confessionem
 Sacramentalem constet tibi de contrario,) quia
 tunc geris personam publicam, & de-
 bes yti scientia publica non priuata.

Secundo Si quæ aguntur clarè constat esse
 mala,

mala, prohibeas fieri, & Episcopo monito iussa exequere. Sed ista vix in ciuitatibus eueniunt, caueant Curati rurales. Tu verò factò, antequam ab Episcopo admittatur, nullo modo auctoritatem præbeas, ne habearis consentiens peccato alieno.

Porro si vis experiri quo spiritu ducatur ista faciens, diligentes interrogationes, si datur tempus, fortè rem detegent: si non datur tempus obserua, si ista faciens gloriam quærit, si lucrum venatur, si facta vanitatem sapiunt, si faciens est moribus incompositis, si humilitatem ostendit, sive aduocare brachium seculare, si videris timorem, habeas omnia suspecta: super omnia aduertas, si concordat in dictis, quia vt ait scriptura, isti prophetae habent spiritum mendacij.

Queritur. An Curatus teneatur reddere librum prohibitum ei, qui eum sibi ostendit, vt videret, an prohibitus esset? Resp. Si iudicat probabile dominum non vsurum libro, puta ipsum laceraturum, vel allaturum ad Inquisitorem, reddat: Si verò scit, vel habet probabile, dominum illo vsurum, tenetur sub mortali, domino non reddere, quia nec furioso, sub mortali reddendus est ensis depositus, quo se, vel alium occidat. S. Thom. 2. 2. q. 6. artic. 5. Caet. ibi. Sot. de iust. lib. 4. q. 7. a. 1. ad 1. principale argumentum.

Quid si vir atrox velit librum suum, alias

53
An red-
dat lib.
prohib.

54
An cum
periculo

*meo te-
near red-
derelibrū.*

probabiliter mihi immineat damnum, an tunc tenear reddere? Resp. Sot. vbi supra, in redditione rei alienæ, si est in iniuriam suam, vel aliorum, non reddendam, si commodè potest. Quibus adde me non teneri cum periculo vitæ meæ impedire periculum alienæ vitæ: Item non teneri cum periculo vitæ meæ impedire eum, qui ex malitia peccat, si peccatum animæ ipsius tantum noceat, si autem peccatum ipsius noceat, animabus aliorum quia peccaturi sunt mortaliter, & aliò modo illis prouideri non poterit, tunc teneor exponere vitam meam pro animabus illorum.

55
*An Cur.
comburat
lib. malos.*

Quæritur. An casu quo Curatus librum non reddat possit eum comburere, vel quid de eo agat? Resp. Si liber est hæreticus, Az. inst. p. p. l. 8. c. 16. q. 11. affert duas sententias: Aliam dicentium propria auctoritate posse comburi; Aliam tradendum Inquisit. fidei, cū hoc possit fieri, sine magno suo damno, aut periculo. Si verò liber est de prohibitis alio nomine, vt quia obscænus, superstitiosus, vel quomodo cum suspensus, Curatus poterit eum comburere, vel certè ita lacerare, vt nulli sit vsui, & ita communiter practicatur. Porrò hoc agat priuatè, & in præsentia Domini libri, vt illum reddat tutum Curatum verè perdere librum, non pro se hoc titulo, quòd sit malus, retinere.

Quæritur. An Curatus peccet, si cum accedit

cedit habens librum prohibicum, vel breue
superstitiosum ostendendum, antequam eū
accipiat dicat, si est res prohibita non red-
dam vt dominus rei vel libri ex talibus ver-
bis, non det rem illam aut librum, & ita Cu-
ratus euadat molestiam, quam timet dicta
accipiendo, & non reddendo? Resp. Non face-
re, & nolle facere reduci ad idem genus; &
sicut peccaret si malè redderet, sic peccat si
arte ista euadit ne accipiat. Porro peccatum
erit maius minusve, secundum rationem peri-
culi causandi ab illa non acceptione.

Quæritur. Quid aget Curatus cum osten-
duntur illi breuia, vel res superstitiosæ? Resp.
Eodem modo, quo dictum est num. 53. & se-
quen.

Quæritur. An Curatus, qui in aliena
domo videt rem superstitiosam, vel librum
malum, possit eum furari vt destruat, cum
non sit probabile posse aliter è manibus do-
mini eripi? Resp. Et non credo teneri ad hoc,
cum zelum comitari debeant scientia, & di-
cretio; possiet enim excitare rixas, & magnos
rumores in domo illa.

Quæritur. An Curatus in festo det licen-
tiam faciendi comedias, circulatoribus, & si-
milibus suas artes exercendi? Resp. In ciuita-
tibus eum non dare, quia hæc cura ad Epi-
scopum spectat: In oppidis verò, & castellis
absente Episcopo, & eius Vicario siue gene-
rali,

rali, siue foraneo, obseruet Constitutiones
sui Episcopi, & consuetudinem, vide Azo. inst.
2. p. lib. 1. c. 28. q. 3.

60

*An impe-
dias fabri
eantes lon-
ge a cura-
ta.*

Quæritur. An Curatus ruralis, vbi omnes
sui viuunt gregatim intra oppidum, possit
prohibere, si quis in agro, intra limites suæ
Parochiæ sed in loco distito velit fabricare
domum ad eam inhabitandam, ex quo fiet,
Curatum multum laboraturum ad Sacra-
menta illò afferenda? Resp. Si nulla constitu-
tione municipali loci ista prohibentur, nec
Curatum posse prohibere; si verò vetantur,
posse tali constitutione immunitatem suam
quærere.

61

*Matema-
ticos & in
douiros
coarceat.*

Quæritur. Quid agendum si in loco fue-
rint, vel aliunde soleant aduentare, vt sæpè
est videre in oppidis, diuini, & qui maleficia
remedio non Ecclesiæ, sed ignoto dissoluunt?
Resp. Consule Episcopum, & iussa exequere.
Si vrgentia casus hoc non patiat, & clarè
constat de malitia actus, vt ere auxilio bra-
chij secularis, & incarceratos denuncia Epi-
scopo.

* Scias etiam diligentiam cum magistratu
seculari in eiiciendis, vel non admittendis æ-
gyptijs, vulgariter dicuntur Zingari, futurâ
proficuum: abundant enim multis supersti-
tionibus, & eas docent.

62

*Quo se
habeat in
collectis p
aliqua re.*

Quæritur. Si veniat aliquis, qui habeat lit-
teras Papæ, Legati, vel alterius inferioris, &
velit

velit commendari populo quomodo agendum? Resp. Dictum esse supra.

Non commendandos nisi Episcopo, vel Vicario per subscriptionem annuente.

Istius generis sunt litteræ pro redimendis captiuis, pro Iudæis baptizatis, pro hæreticis conuersis, & similibus.

Et si facienda sit aliqua collecta insolita, vt pro maritanda meretrice, quæ asserat, si adiuuetur, pijs eleemosinis, se posse nubere, Curatus difficilis sit in credendo, & non deueniat ad hoc, nisi re bene expensa.

Et si tuto agere velit, non aggrediatur re nisi Episcopo consulto; & si illi visum fuerit aliter posse agere, non det, quæ fuerint collecta, nisi postquam verè contraxerit. Vidi enim in hoc fraudes.

Quæritur. Quid aget Curatus si populus impetret a Papa, vt aliquoties fit, absolutio-
nem generalem ab omnibus excommunicationibus ignotis fortè contractis ab aliquo de populo, vt eorum territorium fecundetur, per eas enim credunt sterilitatem contraxisse, quomodo tunc ista absolutio danda? Resp. Si in Breui Pape præscribatur forma, illam obseruandam: si non præscribatur, vt vidi, cū in nullo Rituali, vel Sacerdotali, (quod viderim) præscribatur, obserua prius iussa a Sanctissimo, quæ communiter sunt ieiunia, vel Processiones, siue supplicationes publicæ, &

63
Absol ge-
neralis ab
excoim.

illis absolutis, super populum adstantem, facta confessione generali, absolutionem da super omnes, & quascumque excommunicationes, si & in quantum sint eis innodati, virtute diplomatis Sanctissimi concessi, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen. Forma posset esse. Virtute facultatis concessæ a Sanctissimo Domino Nostro Papa N. absoluo vos omnes, ab omnibus excommunicationibus si & in quantum eas incurristis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

64
*Cur. an
 tueatur
 ius Epi-
 scopi.*

Quæritur. An Curatus ruralis teneatur tueri ius Episcopi. Verbi gratia, videt aliqua fieri, cuius cognitio est fori Ecclesiastici, an Curatus tunc teneatur monere Episcopum, & ius illius tueri? Resp. Si admonuerit Episcopum benè acturum, non tamen credo teneri ad hoc. ratio est, quia Curatus deputatur pro cura animarum, non pro defendendo iure Episcopi: Si tamen crimen sit in exitium populi, credo teneri saltem ex charitate impedire tale damnum, & sub mortali; sicuti etiam si est in damnum tertij, dummodo speretur profectus, & cesset ratio maioris scandali. Quæ verò crimina sint fori Ecclesiastici. vide Azor. Instit. 2. par. lib. 3. cap. 53. quaest. 1. & 2. Et sunt omnia illa, quorum prohibitio ortum habet ex iure canonico solo, vel simul cum iure diuino, vel

naturali, sed absque ciuili: talla sunt, hæresis, simonia, vsura, matrimonium contractum in gradu prohibito, vel contra aliud præceptum canonicum, violatio voti, violatio singulorum præceptorum Ecclesiæ, sacrilegium in Sacramentis commissum, violatio alicuius censura Ecclesiastica. Crimina verò mixti fori sunt, Adulterium, sacrilegium, sortilegium, blasphemia, violatio castitatis virginum Deo Sacrarum. Concubinatum aliqui faciunt mixti fori, alij solius fori Ecclesiastici. Azor ibi.

Quæritur. Quid de isto casu. Quidam Curatus oppidi videt suos manifestè per publicum consilium decretare rem intrinsecè malam, vt vendere frumentum vltra pretiũ currens, aut aliud simile, an teneatur hoc impedire? Resp. Prouisionem huius rei pertinere ad Episcopum, ex Azor ibi q. 2. Ideo Curat. ita agat, si datur recursus, ad Episcopum recurat, & iussu exequatur: si non datur recursus, & speretur emendatio, nitatur pro viribus contra dictum consilium, agat tamen blandè, & suauiter, si non speratur profectus non tenetur, quia frustra ageret. In dubio tamen de profectu, si contra niteretur non malè ageret. Notet tamen Curatus oppidi siue oriundus, siue sit aduena, non misceat se publicis populi negotijs, nisi charitate, vel necessitate cogente; nam nec

65
An Cur.
obijet de-
creto popu-
li malo.

deceat, & ista odium pariunt.

66
*Caueat
 ne nolit le
 nocinium*

Caueat Curatus, ne prætextu pietatis ab improbo in lenocinium nolens trahatur. Verbi gratia. Mulier improba alienum amans, vt ad peccandum ei commodum præbeat, adit Curatum dicens. Domine talis (expresso nomine) non finit me viuere, dum enim maritus meus noctu surgit ad opera, & officinã adit clausa domo, & clauē sub porta demissa, venit, & aperto ostio mihi vim intentauit, sed minis coegi eum re infecta discedere, quæso agas ne in posterum sit mihi molestus, alioqui super caput eius malitia illius descēdet. Hæc omnia autem dicit, vt per Curatum notificetur illi, qua hora, & quomodo possit ad eam ingredi. Vidi contingentiam facti nõ semel. Caueat diligenter Curatus, libens promittat opem, sed non præstet, nisi factus fuerit certior. virum verè insequi talem mulierem, & nec tunc fraternè corrigat nisi cum speratur profectus. Prudentia tamen præbebit alia subsidia destruendi proteruiam talis malæ fœminæ.

67
*Modus
 agendi cū
 hæreticis.*

Quæritur. Quomodo se geret Curatus, qui habitauerit inter hæreticos pro illorum conuersione, & pro defensione bonorum, ne hæresi inficiantur? Resp. Et primo, pro defensione videtur, inter multa, quæ possunt fieri, agendum ita.

Excubare, ne virus altius serpat. Hoc autem

tem promouet, hæreticorum apostasiam, pe-
culantiam, arrogantiam, & cætera vitia in-
culcare: sic item hæresum contradictionem,
absurditatem, fraudes, grauitatem, & sexcen-
ta monstra inde enata, & damnata, quæ cum
ista colluue inundarunt in Principum, publi-
cum, & priuatum exitium, exactè explicare.

Fiet enim inde, vt boni reddantur beneuo-
li, & non tam facilè opinione sua moueantur.
Cauere etiam poterit Curatus, auxilio bra-
chij sæcularis, ne augeantur hæretici, aliquo
priuilegio, aut commodo, sed sint statu illorū
pristino contenti; & si fieri potest, magis ad-
stringantur. Et si magistratus, vel Princeps
sæcularis sint hæretici, non prætendat titulū
religionis, sed interesse temporaneum, & nū-
quam deerit. Prudentia docebit, ne peritio
sit suspecta, & prouisio cedat vacua effectu.

Pro conuersione vero illorum videtur di-
cendum, cōuersionem hominis esse opus Dei,
tamen nō desperandum. vt autem dicamus,
quibus medijs, homine medio hoc Deus di-
sponat, sciendum. duplici via nos posse pro-
cedere.

Prima est disputatiua, & de hac vtilissime
scripsit Belarminus Cardinalis suas contro-
uersias, & Stapletonus libros suos de princi-
pijs fidei, & de doctrina iustificationis con-
trouersæ. Sed ista via quærit hominem, qui
secretiora theologiæ penetrauerit, & talem

non

non facillè videas in villa, aut oppido clausum; maximè cum inter hæreticos redditus ecclesiastici, vt potè intercepti, non sint tales, vt animum inescare possint. Altera via est plana, & efficacior non solum pro tuenda plebe nondum hæresi infecta, sed etiam pro lucrands ministris hæreticis subuersoribus, & quæ possit præstari a Sacerdote, etiam tenuis literaturæ, & cuius facillè possit haberi copia, & hæc est charitas ardens, nullas fouendo animo cogitationes, quæ contemptu dignos hæreticos suadeant. Præterea conando reddere eos beneuolos, vt rectè de ipso Curato sentiant, & intra se iudicent, hoc autem paratur comitate, & affabilitate, & non disceptando, sed solum sermonem instituyendo de illis, in quibus nobiscum conueniunt. Ad hæc, Curatus videat quibus vitijs, tum ipsi ministri, tum alij hæretici teneantur, & totus incumbat ex eorum cordibus radicitus euellere illa, & ipsis auulsis videbit, omnem hæresim prostratam. Adde quod cum hæretici vt plurimum errent non admittentes præcepta Ecclesiæ, eò quòd obligent sub mortali, Curatus cõtra nitatur, vt eruat eos a pusillanimitate spiritus, & animet ad concipiendos spiritus, quibus in Domini virtute ostendet posse non solum fieri iussa, sed multò maiora, facilitate mira.

Hæc omnia ex Epistola Iacobi Fabri de
sum-

sumpta sunt, ex Bibliotheca Selecta Antonij
 Posseuini lib. 7. cap. 3.

His posset fortè addi. Si in loco fuerit hæ-
 resiarca, seu minister hæreticus, aliciendus
 est ad ouile, etiam spe commodi tēporanei,
 si fortè tali oblectamento attrahatur: Ideo
 Curatus pro viribus cum Episcopo curabit,
 etiam ex redditibus Ecclesiasticis, vt pensio-
 nibus aut alijs donis hunc lucrari. Sic Gre-
 gorius XIII. & Clemens VIII. multos lucra-
 ti sunt. Et si minister fuerit apostata ab ali-
 qua religione, pariter curabit ei parochus
 reditum ad monasterium, & impunitatem
 ope Episcopi: multi enim miserè aliàs pe-
 reunt, cum magna aliorum ruina, quibus si
 hac via prouideretur fortasse ipsi, & reliqui
 salui forent. Super omnia verò talis Cura-
 tus excellenti exemplo omnium virtutum,
 eluceat, quia mira perficiet. Libet ferre exē-
 plum istius generis.

Circa annum Domini 1575. Hieronymus
 de Ruere, tunc Archiepiscopus Taurinensis
 in subalpinis, postea verò Cardinalis delega-
 uit in Vallem Perosæ sitam in subalpinis pro-
 pè Pinarolum totam hæreticam, Sacerdotē
 iuuenem ex Seminario suo Archiepiscopali.
 Is cum socio vallem ingressus peruenit ad
 quandam villam, vbi persistens, & incipiens
 suæ delegationis officio fungi, mira sunt, quæ
 passus sit ab hæreticis loci, tamen patientia,

412 De Officio Curati

& vitæ innocentia, breui multum profecit, ita vt esset admirationi,

Quid maius, aggressione operis, tam spe priuate desperati, an progressus eiusdem tam felicitis.

68

*Cur. an
seneat lâ-
padem ar-
dentem
ante S.
Sac.*

* Quæritur. An Curatus de præcepto sub mortali teneatur curare, vt continuo lampas ardeat ante tabernaculum S. Sacramenti? Resp. obseruandas constitutiones Episcopi. Dico præterea lampadem ardentem esse symbolum fidei, quo protestatur in tabernaculo existere verum corpus Christi & ad hunc actum fidei eliciendum nemo tenetur, nisi cum vrgeat necessitas talis confessionis: quæ cum non sit in casu nostro; non credo mortale esse Curato, si non habuerit continuo ardentem lampadem ante sanctissimum Sacramentum. Poterit tamen mortaliter peccare, si oleum sit alterius personæ, & Curatus illud furetur, quod erit Sacrilegium grauius, leuiusvè secundum quantitatem materiæ. Sed nec credo excusandum à mortali Curatum, qui in hoc notabiliter deficeret: esset enim dare non leue scandalum.

69

*Quid a-
get Cur.
cum here-
ticis, &
censuratis
in diui-
ni.*

Quæritur. Quid aget Curatus in administratione Sacramentorum, & in admittendos ad diuina, (si forte in sua Cura habuerit) hæreticos, vel publicos excommunicatos, aut aliter censuratos. Resp. Ista practicanda iuxta constitutionem Conc. Const. qua solum pro-

prohibetur communicatio in diuinis cum publicis excommunicatis per denunciatio- nem, & publicis clericorum percussoribus. Quidam negant hanc constit. eo quod de ea in dicto Conc. non constat: sed solum per relationem aliquorum doctorum. ita refert S. Ant. 3. p. tit. 25. cap. 3. & volunt standum con- stitutiōni Conc. Basiliensis, qua prohibetur participatio cum omni excommunicato ita publico, quod nulla tergiuersatione valeat celari. At standum Constitut. Conc. Const. eo quod ab vniuersali Ecclesia admittitur. Sua- res tom. 5. disp. 9. de excom. maiori Sect. 2. 2. num. 1. vsque ad 6. vide etiam c. 6. nu. 28.

Quæritur. An casu quo Curatus non pos- sit cum istis participare excusetur metu?

Resp. Excusari si metus sit mortis, vel gra- uis damni, seu scandali, dummodo non cogatur participare in contemptum clauium, quia tunc nullatenus excusaretur. Cum au- tem audis scandalum excusare, intellige de scandalo resultante ex peccato mortali, vt graui murmuratione, vel iudicio temerario: sola autem admiratio non excusabit nisi affe- rat grauem infamiam, quod vt plurimum e- uenit. Suarez de censuris disp. 5. sect. 3. num. 19.

Quæritur. Quid aget Curatus, si in sua Ec- clesia concionator forte doceat hæretica, vel scandalosa, an in facto impediatur, vel sinatur oratio.

70

An metus
excuset cō
trauentio
nem.

71
 Quid a-
 gendum
 cum con-
 cionatore
 scandalo-
 so.

orationem, seu concionem absolueret? Quid item ageret si ipse Curatus, dum concionator ad populum, aliquis temerarius contradicat ipsi publicè?

Resp. In primo casu de cōcionatore, sinat concionem perficere, deinde Episcopo admonito iussa exequatur; & hoc in his, quæ non sunt contra fidem quia alias causaret magnū scandalū, quod non licet.

Si vero concionator iste docuerit hæretica, vel valde scandalosa, idem omnino agat, ut est dictum & sibi sit edictum. S. Officij eidem pareat denunciando Episcopo vel inquisitioni.

Si determinatio Episcopi sit ad ventura, antequam concionator iste iterum concionem habeat, vel non sit periculum, ante aduentum placiti Episcopi de nouo hæretica, vel scandalosa illū prædicaturum: Si autem probabile est periculū, ea repetiturum, concionem prohibeat vsque ad determinationem Episcopi.

Et si videatur concionator non acquieturus, curet eum poni sub firma, sed decente custodia, Episcopo celeriter de omnibus admonito.

In casu autem de illo sibi contradicente publicè, ego ita agerem, tunc silerem, & quasi commotionem illam sedando blandè dicerem; v. g. poterimus de hoc alia vice commo-

dus

diu loqui: deinde haberem me cum isto iuxta proportionem, vt dixi de concionatore. In istis tamen casibus aduertat Curatus, nõ deferret rem ad Episcopum, nec aliter prouideat, nisi postquam de tota re controuersa testes examinarit, vel eorum dictum per priuatam scripturam testium exceperit: & tunc testes, vel scripturam ad Episcopum transmittat, & prouisionem quærat, vel si sit acceleranda prouisio, tunc prouideat, & non antea.

Quæritur. An ad curatum pertineat exactio legatorum piorum factorum suæ ecclesiæ? Resp. si per episcopum iubetur, vel si consuetudine legitima sit inducta talis exactio in loco, curatus tenebitur vel gratis, vel sub mercede, iuxta Episcopi placitum, aut consuetudinem: Si per episcopum de hoc nihil cautum, nec consuetudine legitima præscriptum, non tenebitur. Communiter vero tenetur pro legatis ordinarijs. Pro insolitis autem, & valde laboriosis, non credo teneri gratis exigere, etiam si teneatur in legatis ordinarijs, quia lex seu consuetudo, quæ in legatis ordinarijs curatum afficit ad exactiõnem, non est adaptanda ad casus inopinatos quales sunt, si legata sint valde difficilis, & laboriosa exactiõnis, vt esset si quis multa legaret exigenda a decoctis, a potentioribus, ab habentibus alibi domicilium, a simili dictis c. 2. num. 19.

72
An cura
tusteneatur
exigere
relegata.

Quæ-

73 *Curat. an legata respuat.* Quæritur. An curatus possit respuere legata pia facta suæ ecclesiæ, vel an teneatur ea acceptare? Resp. teneri ea acceptare, & conari pro viribus illorum exactionem, iuxta ea, quæ superius sunt dicta, nisi in casu dicto cap. 13. num. 9. Si vero legata visa fuerint valde onerosa, habes Episcopum quem consulas.

74 *Curat. an cogat populum ad oblationes.* Quæritur. An curatus possit cogere populum ad oblationes faciendas? Respond. Silu. decima. quæst. 2. Lassus de iust. lib. secundo cap. trigessimono, dub. 6. num. trigesimo quarto, & alij, posse, si sunt necessariae pro sua sustentatione, si soleant ex consuetudine offerri, si legitimum superioris præceptum accedat.

75 *Curat. an oblationes respuat.* Quæritur. An curatus oblationes possit respuere? Resp. Quæ sunt in illius utilitatem posse, quia rerum suarum vnusquisque, est arbiter, dummodo sit absque scandalo: si vero sint in utilitatem aliorum, vel ecclesiæ non potest, quia rem præiudicalem ageret, quod non licet. a simili de legatis tenet Comit. resp. moral. l. p. quæst. 84. Quædam tamen tenentur respuere vt sunt. Primo notoria dissidentium. Secundo opprimentium, pauperes. Tertio, Raptorum. Quarto, Usurariorum. Quinto, Meretricum. Sexto, Eius qui ecclesiæ immunitatem violauit. Septimo, Sacrilegorum. Octauo, Quorundam

dam pœnitentium vt in capitulo eos. de consecr. distinct. quarta, Silu. ibid. Azor. 1. par. lib. septimo, cap. 38. quæst. 17. Sed hæc omnia intelligenda de peccatis notorijs, & manifestis. Possunt tamen hæc omnia iura non afficere, si contraria consuetudo vigeat, quia canones ista decernentes vix sunt recepti.

D E

M O R I B V N D I S

Caput Decimum tertium.

QVAERITVR. An Curatus, vt au- I
Curat. an
querat in
firmos pro
sacramen
tis.
dit aliquem infirmari debeat se
ingerere, & hortari ad Sacra-
menta suscipienda, vel suffi-
ciat ea dare petenti? Resp. Præter dicta cap.
5. num. 3. & cap. 7. num. 81. Diligentius in-
cumbendum in causa infirmi, quam in causa
fani. Sed quia fragilitas naturæ humanæ ta-
lis est conditionis, vt infirmus malè accipiat
cum statim de Sacramentorum receptione
admoneatur; Parochi diligentis erit curare,
vt medici suæ parochiæ, iuxta canones, & con-
stitutiones Pontificias, suscipiant hanc pro-
D d uinciam,

uinciam, & de confessione admoneant saltem domesticos infirmi, & maxime cum prauident, vel dubitant de futuro delirio, (quod periti medici fatentur posse prægnosci) domestici deinde denuncient infirmo vide etiam cap. 7. num. 101. Et quo maior peccator est infirmus, eo magis Curatus incumbat, primo lenibus, deinde grauioribus verbis, si ita prudenter expedire viderit, sed aspera relinquat pro extremo remedio. At si in loco vi-geat abusus in hac re, curet tollere, instruens populum ad petenda Sacramenta sponte cū infirmitate præmuñtur, docti de commodò inde sequente, & de probabili periculo aliter imminente.

^s
An denū-
ciet mortē
infirmo.

Quæritur. An Curatus teneatur denunciare mortem infirmo? Resp. Et non credo necessarium sub peccato, nisi quando probabile est, si denunciatur, infirmum saluatum, iri, aut euasurum peccatum mortale. Porrò prudenter denunciata non auferret molestiã illam, quam communiter auferre solet. Expediet autem instituere cum infirmo sermonē de miseria huius mundi, & obiter inferere de periculo mortis, quod infirmitas solet auferre dicendo, Domine, si te oporteret ad Cælum ire, quomodo mortem acceptares libenter? Et ita, vel alio meliori modo, disponere ad mortem, vt sic dispositus rebus etiam suis disponat.

Quæ-

Quæritur. An expediat, vt Curatus notitiam aliquam saltem crassam habeat pulsuum, vt tangendo infirmos, cognoscat, an vere infirmus sit moribundus? Resp. Non esse necesse, nec bonum tangere pulsuum, dum accedis pro conferenda extrema vnctione; quia si tetigeris, & vnxeris, intelliget infirmus se iam iam mori, quod esset illi valde molestum, sufficet autem Curato pro recte vngendo infirmo scire illum deficere, iuxta dicta de extrema vnctione. Cæterum qui hanc doctrinam calleret, vitaret multa, quæ sæpe ab improbis Curato proponuntur.

3
An tanget pulsū infirmi.

A quibus Curatus in morte absoluat. vide cap. 7. nu. 72.

Quæritur. An Curatus det, & quomodo indulgentias bullæ, v. g. ægrotus est e sodalitate, quæ habet priuilegium accipiendi indulgentiam plenariam in morte? Resp. Considerandas esse bullas Papæ, & si Papa concedit indulgentiam, Curat. nihil agit: At si concedit confessario, vt illam largiatur, absoluat prius a peccatis, deinde det indulgentiã in hæc verba: Auctoritate, qua fungor, concedo tibi omnem indulgentiam illam peccatorum tuorum, quam possum tibi concedere, virtute cuiuscumq; gratiæ. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen. Nau. cap. 26. num. 30.

4
Hortetur ad indulgentias sue sodalitates.

Quæritur. Quid agat Curatus post confessionem,

3
 Post con-
 fessionem,
 & cōmu-
 nionem
 quid ager

fionem, & communionem infirmi? Resp. Hor-
 tetur, vt tunc velit extremam vnctionem, ;
 dandam tamen, quando ita visum fuerit Cu-
 rato: licet hoc possit differri in aliud tempus,
 vt dum Curat. viderit infirmum paulatim,
 deficere, & doceat cum Soto dist. 23. quæst. 2.
 art. 2. concl. 2. Vnctionem non esse diferendā
 in id tempus, quo natura iam est deplorata;
 si tamen eo protrahatur etiam dandam: col-
 latam vero, esse cum natura adhuc vigeat,
 multum prodesse, quod non efficiet, si confe-
 ratur iam natura prostrata; quia sacramen-
 tum operatur secundum naturæ vires, eas
 adiuuando, ita vt si opportune conferatur,
 multi sanentur, qui alias moriuntur. Doceat
 præterea hoc sacramento induci hilaritatē
 animi, quæ etiam multum ad sanitatem con-
 ducit, & in hoc multum incumbat, cum æger
 amore seculi valide retinetur.

Libet narrare exemplum. Decumbebat
 ad mortem iuuenis, qui amore vnici filij mi-
 re cruciabatur. Inunxi eum, & statim inter-
 rogatus, an aliqua molestia afficeretur, re-
 spondit esse animo omnino sereno, & vsque
 ad mortem, quæ fuit post quartam partem
 horæ solutis sensibus, cum mira deuotione,
 quiete perseverans expirauit.

Alia istius generis multa vidi.

Practica. Possit Curatus Cum habet in-
 firmum lethaliter ægrotantem, eum sæpe in-
 uisere,

uisere, vt ex visitatione infirmus non terreatur, dum viderit Curatum cum extrema vntione aduenire.

Quæritur. An Curatus aliqua, & quænam præstabit pro, vel in testamēto infirmi? Resp. Nau. cap. 26. num. 36. hortandum esse infirmum ad testandum, dum est in gratia; & si testamentum condidit, dum non erat in gratia hortandum ad id Deo offerendum, dum est in gratia, quod vt plurimum est post confessionem & communionem. Nau. ibi. Tol. Inst. lib. 5. cap. 5. vult Curatum teneri ad hoc sub mortali, idest ad exortandum ad testandum: quod in vniuersum non potest esse verum. Forte tamen concedendum erit, quando si iste non testetur, multa damna sint secutura post eius mortem, & nullus sit aptior Curato ad persuadendum vt testetur, quo persuadente sit credibile infirmum testaturum.

Quæritur. Si infirmus velit testari, & est in loco, vt Villa, vnde notarius abest, An Curatus possit loco notarij testamentum scribere? Resp. Exoneret se Curatus, quantum fieri potest; quod si aliter fieri nequit, scribat, & adhibeat suos testes necessarios, qui debent esse septem mares.

Verum sciendum ista vera in terris Imperij, in terris vero subiectis ecclesiæ, quo ad temporalem iurisdictionem, etiam in testamentis factis sine legato ad pias causas, cum

6
Hortetur
ad testan-
dum.

7
An Cur.
testamen-
scribat.

notarius desit, curatus cum duobus testibus sufficit. Ista praxis curiæ Romanæ, vt retulerunt Aduocati Vrbs peritissimi, quæ etiam tenere dixerunt Io. Andr. Ant. Imol. conf. 77. vol. 1. etiam Corn. conf. 26. col. final. Ruiu. conf. 14. num. 4. vol. 2. & conf. 51. nu. 11. vol. 1. Couar. in c. Cum esses. nu. 12. & seq. Iul. Clar. in §. testamentum, q. 57. & Mascard. conf. 1358. nu. 27. sed & obseruandum statutum Romanum lib. 1. c. 42. confirmatum multis decisionibus; quod habet Romæ & in eius districtu obseruandum ius ciuile. Ideo Romæ, & in eius districtu septem testes sunt adhibendi.

8 *In legatis pijs quid obseruandum.* Et si contigerit infirmum velle facere legata pia, Curatus aduocet duos testes, præter seipsum: sufficient quidem mulieres, at melius est habere viros, si fieri potest. Silu. testam. p. quest. 7.

9 *Deterreat a legatis pijs.* Deterreat autem a legatis pijs, (magnis saltem) habentem heredem pauperem: quia bonum legatum est relinquere pauperi, dummodo sit dignus, & extreme indigeat, & non habeat alium, qui eum alere possit, vel velit. Nauar. cap. 26. num. 36. in fine.

10 *Cõsiliu legati pia.* Cõsiliu petenti infirmo, quid possit pro anima sua relinquere, Curatus caueat ne proponat, quæ sapiant avaritiam. Dicat potius generalia; vt fac eleemosinam locis vel personis pijs, Aliquando item proponat

aliquos miserabiles. Aliquando propriam Ecclesiam, si vere indiget. Sed sit prudens, ne incurrat offensionem domesticorum infirmi.

Quomodo curatus iuuet infirmum opere externa indigentem, vide cap. septimo, num. 62.

Quæritur. Quid respondeat curatus infirmo petenti rem indignam, aut impossibilem, ut, habeas curam vxoris meæ, vel filiorum meorum, aut aliud simile? Resp. Nihil præcise respondeat, sed solum generice, v. g. sis bono animo, non deero quacumque in re potero, & similia.

I 1
*Quid respondendum diffi-
 ciliaut im-
 possib. rei.*

Si vero contingat aduenam in loco esse infirmum, & habere vxorem, ac filios, & velit, ut parochus curet eos in patriam reduci, qui alias notabiliter essent passuri: curatus præstabit rem dignam homine christiano eos, & suis, & piorum elemosinis adiutos in patriam remittere.

Obseruet curatus pro astantibus, & domesticis infirmi. Cohibeat dolentes, & plorantes, & nonnunquam dicentes. Paulatim deficit; Non perueniet ad talem horam, & similia: infirmi enim pollut acutissimo auditu ut plurimum, & talia valide moribundum conturbant.

I 2
Cõsilium pro astantibus, & domesticis infirmi.

Quæritur. An Curatus teneatur moribundo commendare animam? Resp. Tol. inst. lib. 5. cap. 5. affirmare: An sub mortali? Non

I 3
Commendet animam.

credo, quia sit res leuis, nisi in eo, qui ad talem statum sit redactus cum mortali, vt non confessus aliquo prauo affectu, vel cum perseuerantia in statu mortali, quia iste cum sit in magna indigentia pœnitentiæ, videtur Curatus tamquam pastor teneri omni modo, & via, dum superest halitus, illius salutem procurare, & tanto grauius credo teneri, quanto periculosius est damnum vicinum, & irreparabile moribundi. Pro commendatione verò animæ in isto casu, non solum intelligo preces illas fundere, quæ in Rituali inscribuntur, Commendatio animæ, sed vt inducat hunc ad dolorem suorum peccatorum, & veram pœnitentiam. Commendare verò item animam, idest preces illas fundere, sancta res est, & a Spiritu Sancto, qui regit Ecclesiam, profecta.

14
Curatus
quantum
maneat
apud in-
firmum.

Quæritur. An Curatus teneatur manere apud moribundum die ac nocte vsque dum expirauerit? Resp. Si moribundus sit impœnitens, credo teneri, vt est dictum num. superiori: Si verò is recepit Sacramenta, & christiane moritur, est bonum apud illum manere, sed non necessarium, consuetudine generali ita interpretantur. Sciat tamen Curatus diligentiam in hoc esse proficuum infirmo, & sibi, & valde domesticis infirmi charam. Circumferuntur duo libelli Italicè conscripti, videlicet (consolatione de gli afflitti del P.

Gasparo Loarte della Compagnia di Giesù,
& alter. Modo vtilissimo al ben morire: quo-
rum cognitio erit in hac re Curato valdè vti-
lis. Præbeat autem se Curatus non magis di-
uitibus, quàm egenis diligentem, imo si velit
excedere, excedat cum pauperibus, vt potè
magis hac ope, & consolatione indigenti-
bus.

* Sed & Curatus sciat sæpe phreneticos pau-
lò ante mortem fieri rationis còpotes: ideo
si phrenesi infirmus non potuit antea iuua-
ri, conetur hoc præstare, cum instat mors sal-
tem, si non viderit antea adesse rationis vsù.
Nam potest fieri, tunc infirmum esse sui iu-
ris, & fore iuandum cum antea per phrene-
sim omni auxilio incapax esset.

Quæritur. An commendatio animæ sit re-
petenda? Resp. Si velis, posse repeti. Vide ve-
rò an sit fructuosius, (quod ita credo) crebris
orationibus iaculatorijs mixtis cum gratia-
rum actionibus, tenere mentem infirmi exci-
tatam: Et si habuerit vsum sensuum, expediet
animare ad amorem Dei, ad voluntati e-
ius acquiescendum, ad spem vitæ æternæ, &
ad læta huiusmodi, quæ magis afficient, si in
medium producentur miseræ huius vitæ, &
præcipuè infirmi, qui in eis fuerit, aut sit, siue
item domesticorum, quæ ve euenire cuique
possunt: sic enim ex recordatione notii odio-
si, discet amare incognita speranda. Si in-

15

*Practica
pro com-
mendatio-
ne ani-
mæ.*

com-

commendatione videris infirmum validè à
dæmonio vexari, expediet, vt orationi tuæ
iungas orationes astâtium, & vt respõdeant
tibi ad litanias, vel repetât ipsi, quæ tu cla-
rè pronunciaueris, vt multiplicata interces-
sio sit efficacior; præcipuè verò psalmum.
Exurgat Deus &c. & Euangelium S. Ioannis,
In principio. &c.

¶ Si verò infirmus auditu caret, relinque
iaculatoria, quia non profunt, & alia supra
dicta, & age causam illius oratione tua, & a-
stantium. Et cura semper adesse aquam bene-
dictam, qua sapæ aspergatur infirmus. Vis
enim huius aquæ contra ægri tudines, & mor-
bos mira.

* Caue etiam à vociferatione; dum res ne-
cessarias doces nam ista moribûdum inquie-
rant. Sufficit vox ordinaria; nisi surditas in-
firmi velit attollendam esse.

DE MORTVIS.

Caput Decimumquartum.

Quæritur. Quot horis debeat mortuus teneri super terram, antequam sepeliatur? Resp. Non esse determinatum. In aliquibus locis vidi assignari octo, vel ad minus sex horas. Conformes te consuetudini, & in dubio consulte medicum, qui si iudicauerit sepeliendum, sepelias. Si verò habes constitutiones tui Episcopi sufficiet eas observare. Et si cares constitutione, & medico, facto experimento vt cap. 6. num. 10. poteris tutò sepelire.

I
*Quanto
tempore
sepeliendus
mortuus.*

Quæritur. An omni hora, & die possit sepeliri mortuus? Resp. Quis vetat? etiam si sit dies Paschæ. Vidi non admitti ad sepulturam in die parasceues, sed qua ratione, nescio. Verum est quòd si sepeliatur, non pulsabitur cæpana. Sepelire verò de nocte, vidi prohibitum in multis locis. tu observa Constit. tui Episcopi; si non adsunt, observa consuetudinem loci.

2
*An sepeliendum
omni die.*

Quæritur. An Curatus teneatur sepelire

suos

*An sepe-
iendum
gratis.*

suos mortuos? Resp. Teneri, & gratis, vbi ita sit consuetum. Et vbi est laudabilis consuetudo aliquid tribuendi pro funere, poterit recipere solitum dari. Omnes. Ita tamen agat. Prius mortuum liberè sepeliat, deinde petat consuetam largitionem. Siluest. sepult. quæst. 3. Sot. de iust. lib. 9. quæst. 6. artic. 2. quam postea, si negetur, poterit petere etiam via iuridica. debetur enim de iustitia. Sed Curatus hoc remedio non vtatur, nisi cum omnia alia via prius tentata, suum nequit habere. Nunquam tamen antè sepulturam quærat habere cautionem de isto solito. Vidi alicubi Curatum noluisse admittere ad sepulturam, nidaretur cautio de soluendo solito ab his, in quorum domo mortuis iacebat. Et alibi, contra eisdem processum fuisse via iuridica quâdo mortuus non habebat vnde solueret. Tu ab omnibus istis caue, quia irrationabilia, & scandalosa. Et Curatus in his debet esse tam alienus, vt mortaliter peccet, & sit excommunicatus, si induxerit aliquem ad promittendum, aut iurandum se acceptaturum sepulturam in sua Ecclesia, aut quam iam antè accepisset, non mutaturam. Nau. cap. 25. num. 132. & si legeris Nau. cap. 23. num. 6. ad secundum & Marc. Ant. Genuam in praxi Neapolitan. cap. 61. num. 9. dicentes, quod quando timentur futuræ molestiæ, ante sepulturam possint consueta peti, vel accipi
pignus

pignus, aut fideiussionem, & Caiet. in summa
 Simonia, scias Caiet. ibi hunc quidem modū
 affirmare non esse simoniacum, sed tamen
 reprehendendum. vide ibi. Quanto nota, qui
 timoratam habes conscientiam. & c. credo ta-
 men, vbi ita practicatur tutè posse peti, etiā
 cum pignore, vel cautionibus, vbi vero prius
 mortuus libere sepelitur, deinde consueta
 petuntur, libere prius sepeliendum, deinde
 consueta petenda.

Quæritur. An aliquibus sit Ecclesiastica
 sepultura neganda? Resp. Affirmatiuè, & esse
 negandam.

Non baptizato dummodo sit extra cor-
 pus matris, quia dum non est extractus, est
 pars ventris. Et si sepulta matre, aliqua de
 causa extrahatur, & fætus separetur à matre,
 non est sepeliendus amplius in Sacro, pro-
 pter eandem rationem. Ita vidi post perito-
 rum disputationem practicatum. Baptizatus
 verò baptismo dubio, ita vt, si superuixisset,
 rebaptizandus fuisset cum conditione, sepeli-
 tur in sacro. Silu. bap. 4. q. 1. etsi puer moria-
 tur antè formæ perfectionem, sepeliendus
 in sacro. Sil. bap. p. quæst. 5. sicuti si moritur
 baptizatus forma corrupta. Sil. ibi.

4
 Carente
 sepult.

Quid de isto casu. Dum in partu periclita-
 retur infans nondum integre natus, obste-
 trix eum baptizauit, dicente matre puerum
 viuere, quia mouebat se, tamen statim plene

natus, apparuit mortuus, vbi erit sepeliendus? Consulti doctores asseruerunt sepeliendum in sacro, quia sufficienter probabatur vixisse dum fuit baptizatus: quòd verò natus visus fuerit mortuus, nihil aliud concludit quam, natum mortuum, quod non impedit sepulturam. Deducitur etiam ex Sil. bap. 4. q. 1. Vbi concedit non priuari Ecclesiastica sepultura baptizatum baptismo dubio.

Si verò infans in partu baptizetur, & non constat baptizanti an viuatur nec ne, sicut nec matri, quæ præ dolore istud non attendit, si baptizatus apparet mortuus, sepeliendus in sacro. Ratio videtur esse, quia sicuti ibidem, sepelitur baptizatus baptismo dubio, sic venit sepeliendus baptizatus sub dubio an viueret, quia semper baptismus dicitur dubius, posito dubio in forma, vel susceptore, vel materia, & ita iste baptizatus sub dubio videtur sepeliendus, vt sepelitur baptizatus baptismo dubio. Ista tamen intelligo cum hac limitatione, dum verè post baptismum adhuc dureret dubium, an infans tempore baptismi viueret, nec ne, quia si constaret tempore baptismi fuisse mortuum, non esset sepeliendus in sacro.

Caret item Ecclesiastica sepultura Moriès in torneamentis etiam si accepto vulnere viuatur, & pœniteat. Idem est de moriente in duello. Concil. Trid. sess. 15. c. 19. de refor. Vide

de Decretal. Gregor. lib. 5. tit. 3. cap. 1. & 2.
Silu. Tabienam. Nau. Man. c. 15. num. 9.

Occidentes se ex desperatione, vel ira, sed
si uiuat, & pœniteat, sepelitur.

Non confessus vel non communicatus il-
lo anno, hoc est per annum. Pro quo obserua.
Constitutiones tui Episcopi: si non adsunt, &
istum non confessum, vel non communica-
tum fuisse clarè constat, non sepelias; si est
dubium sepeliendus est, sicuti si factum sit oc-
cultum. Silu. sepul. quæst. 10. not. 1.

* Porrò Curatus notet, si vocetur pro con-
fessione eius, qui omnino non valet nec ver-
bo, nec signo confiteri nec ostendere signum
contritionis, vbi isti non confessi non sepe-
liuntur in Sacro, vel alia pœna puniuntur do-
mestici mortui, adhibeat testes, ne forte a-
pud Episc. inculsetur quasi sua culpa non con-
fessus mortuus fuerit. Potest enim fieri, vt i-
sti, se liberent a pœna, istam negligentiam
in Curatum deiciant.

Monachus proprietarius. Potest euenire
casus Curato in apostata, vt bis vidi in alie-
na Cura.

Blasphemus Dei. addit Armil. sepul. Si con-
tempfit facere pœnitentiam.

Notorius peccator mortuus in ipso noto-
rio mortali.

Interdict^o, & excômunicat^o declarati. Ad-
de alios, de quib^o vide Sûmistas verbo. sepul.

Quin-

Quintum tamen omnes, excepto mortuo in torneamento, & in duello, si ostenderit signa contritionis, sepeliuntur in sacro.

Vfurarius publicus, si potuit præstare, quæ dicuntur c. 7. num. 96. & licet dicat se in testamento relinquere, ut vsuræ soluantur, non est sepeliendus in sacro, & sepeliens est excommunicatus Nau. c. 26. nu. 8. Tol. Inst. l. 5. cap. 36. Sed absoluit ab ea excommunicatione Episcopus.

Vfurarius verò occultus potest sepeliri. Aduertat verò Curatus, quod si admittit ad sepulturam eum, qui restitutionem fecisset, si ei negata fuisset sepultura, quod ipse Curatus tenetur pro eo restituere, Silu. vsur. 7. q. 2. in fine. licet credo possit excusari iuxta d. c. 5. num. 19.

5
Censur.
absolutus
in morte
sepelitur.

Omnis autem censuratus ut excommunicatus, interdictus, vel suspensus absolutus in articulo mortis, potest in sacro sepeliri. de excommunicato affirmat Tol. lib. Inst. p. c. 16. num. 9. parochiani, de sepulturis.

Si verò excommunicatus in eo articulo non fuit absolutus, sed ostendit signa contritionis, ad quæ probanda sufficiet vnus testis, postquam fuerit absolutus ab excommunicatione, ab eo, cui absolutio erat reseruata, poterit sepeliri in sacro. Nau. cap. 26. nu. 32. Tol. Inst. lib. 1. c. 16. num. 10.

Quid vero intelligatur sepelire, cum dicitur

tur sepelientem excommunicari, Caet. ex-
com. casu 46. vult esse solum eum, qui mor-
tuum deponit in tumulum, & mandantes, nō
autem facientes officium sepulturæ: At Na-
uarr. cap. 27. n. 237. citat gloss. dicentem ex-
communicari omnes efferentes, & comitan-
tes mortuum, & officium sepulturæ facien-
tes. Suar. tom. 5. disp. 12. sect. 4. viderur hoc
idem tenere. Sed & si quis bona fide, crede-
ret fuisse absolutos, vel dedisse cautionem,
quando est danda, & sepeliret, non incurre-
ret excommunicationem Caet. & Nau. ibi.

6
*Sepelire
quis dica-
tur.*

Quid de isto casu. Mortuo nobili, qui in
sacro non posset sepeliri, an curatus, qui est
rogatus ad mortui, & familiæ honorem, vt si-
nat mortuum deferri in Ecclesiam, & ibi ma-
nere ad aliquas horas, & postea secreto pro-
mittunt illum efferre, & sepelire sepulchro
profano, an inquam curatus hoc possit per-
mittere? Resp. cadaver istud nullo honore se-
pulturæ posse honorari, ideo nec cum cantu,
nec cum interuentu ministrorum Ecclesiæ,
nec cum luminaribus posse, aut ad ecclesiam
comitari, aut intra eam retineri. Suarez de
censuris, d. 13. sect. 4. num. 4. 14. & 15. Si tamē
hoc fieret, non ideo locus sacer violaretur,
cum violetur sola sepultura.

*Excom-
munica-
tus nullo
honore fu-
neris hono-
randus.*

Quæritur. Quid de isto casu. Quidam infir-
mus antequam moreretur pessimè blasphe-
mabat, & blasphemando mortuus est, quo-

7
*Blasphe-
mans in
morte.*

modo sepeliendus? Resp. Si iste erat phreneticus, tutò debet in sacro sepeliri: si nescitur an fuerit phreneticus, si quidem habuit Sacramenta, debet iudicari phreneticus, quod facillè erit cognitu. Si verò non fuerit phreneticus, quod etiam benè constabit, vt si blasphemabat ex causa, non sepeliendus in sacro quia mortuus est in statu peccati mortalis.

Porro, quia etiam potuit blasphemasse ex inaduertentia, vel lapsu linguæ, quæ excusant a mortali, ego non sepelirem, nisi monito Episcopo, nam saltem hoc cederet in cautionem aliorum blasphemantium, & ex hoc capite posset excusari in foro conscientiæ, at non in foro exteriori, quia Ecclesia non iudicat de occultis, sed de claris, & huius peccatum clarum est in tali foro. Porro Episcopus viderit.

*Infirmus
nominans
Diabolū.*

Si vero infirmus, in morte nominet diabolum, vt multoties vidi, Distinguendum, si nominet modo mortali, ut diabolus me, vel alium portet, vel alio simili; si est in phrenesi, vel delirio, sepelitur in sacro, quia hoc non est esse in notorio mortali: si extra phrenesim, vel delirium non sepeliatur, quia est in notorio mortali, nisi ante mortem, diligenti domesticorum cura, dicti poenituerit. Si vero solum diabolum nominat, ut diauolo, nullo addita, quod nominationem mortalem, faciat, siue iste sit mentis compos, siue non,

sepelitur in sacro, quia ista nominatio non est peccatum mortale, sed est effectus mali habitus; Ideo tunc curatus occasionem arripit, & doceat astantes, quid mala consuetudo efficiat.

Quæritur. Quid aget Curatus si in sua parochia, vt in crypta, vel in via inueniat mortuum non habentem aliquod signum baptismi, quomodo hunc sepeliet? Resp. obseruandas Constitutiones Episcopi, si hac de re adsunt; si non adsunt, consulendum Episcopum; si hoc fieri non potest, & probabiliter potest mortuus iudicari infidelis, non sepeliat in sacro: si æquè est probabile, esse, & non esse fidelem, sepeliat in sacro, quia non constando ei aliter, potest credere fidelem, & conditio boni nominis, quam non amisit mortuus, est potior, quia vt glo. c. si eos. de cõs. dist. 4. ait; In dubio de baptismo viui, habendus pro nõ baptizato, & in dubio de baptismo mortui, censendus est baptizatus.

8
Inuentus
sine signo
baptismi.

Aduertat tamen, antequam mortuum loco moueat, vt factum notificet magistratui seculari, seu Curia, quia ferè vbiq; cautum est, non sepeliendos similes mortuos, sine cognitione curia, & hoc pro bono publico, ad quod non turbandum, seu impediendum Curatus tenetur: est enim lex rationabilis.

Aduerte tamen, si curia, seu magistratus secularis, velit intra ecclesiam exercere actum

Magistratus secularis
non exercet

*ceat iurisdictiona-
lia in eccle-
sia.*

iurisdictionis, ut recognoscere vulnera cadaveris in ecclesiam illati, vel exercere aliud sibi necessarium, non permittas, nisi Episcopo consulto; quia ista auctoritativa, per istos exerceri non possunt. Sil. immunitas p. q. 2. elicitur etiam ex Tridentino sess. 22. c. 2. de observandis, & evitandis in missa, c. decet domum Dei in 6. de immunit. & cap. cum ecclesia Dei, de immunit.

Si magistratus, vel iudex prædictus roget cadaver efferrī, ut ibi talia agat, non concedas Episcopo inconsulto, quia istorum dispositio ad ipsum pertinet. Eodem modo prohibeas tabelliones, vel iudices seculares ibidem testimonia, etiam mulierum, excipere, quia ista omnia ibi prohibita. Si tamen in loco sit contraria consuetudo scita, & tolerata ab Episcopo, & tu eam tolera. Si iudex magistratusve secularis, nihil de immunitate ecclesiæ curet, prætextu privilegij, quid ager curatus? Resp. si clare illi constat de privilegio annuat, si non constat clare, lenibus primo avertat; si non proficit, verbis modestis, sed significantibus deterreat. si nec hoc valet, claudat ecclesiam; si nec hoc potest, de omni euentu Episcopum celerime certum faciat, & iussa exequatur. Ista in castellis, & villis maxime possunt euenire. Si nec clausura ecclesiæ rationabiliter videtur profutura, relinquat aperta, ne frangatur, & Episcopum celerime moneat.

Cu-

Curatus prohibeat super mortuum poni insolita, dum fertur ad tumulum, multo magis sapientia superstitionem puta capillos vxoris, & similia: & si sui admoniti non desistant, rem ad Episcopum deferat: Sed & ipse, si cognati mortui sunt plebeij, & non timeatur scandalum, poterit veluti in pœnam similia rerum, non facere super mortuum officium sepulturæ, vt ab istis sui desuescant.

¶ Si cadauer defertur in alienam Ecclesiam, & Curato obuenant aliqua, puta quartam, funeralem aut similia, & ea debentes negēt, non rixetur, sed absoluto officio, re delata ad Episcopum inde iustitiam sibi sumat. Modestia enim Ecclesiastici nota debet esse.

Quæritur. An Curatus sinat medicos aperire corpora mortuorū delata ad Ecclesiā? Resp. Si in loco cognati defuncti malè habēt corpora defunctorum aperiri, Curat. non permittat, nisi prius habita licentia propinquorum, cum testibus, vt molestiam euitet, si quæstionem instituant. Si verò propinqui in loco de hoc non curant, Curatus permittat, maximè si vagantur morbi medicis ignoti, qui ideo cupiunt aperire mortuos, vt inde sit remedium sanis, imo tali casu expedit aperire.

Quæritur. Si puerpera in partu moriatur an antequam deferatur ad Ecclesiam pro sepultura, super eam debeant legi orationes.

9
Prohibens
insolita se
per mor-
tuum.

10
Quo exi-
gat emolu-
menta se-
pult.

11
An aperi-
tio mortuo-
rum per-
mitti.

12
An mor-
tua in par-
tu intro-
ducenda in
ecclesiam

ad introducendam mulierem in Ecclesiam, post partum? Resp. Me vidisse aliquos de hac re scrupulis actos. Sed tu dic, quod non debent legi, quia, vt patet, orationes sunt pro viua, non pro mortua.

13
Missæ de
requiem
quando di-
catur.

Quæritur. An Missæ de Requiem possit dici omni die? Resp. Pro sepeliendo mortuo, & pro anniuersario posse dici, omni die etiam dominico. Rubr. Missal. de Missis defunctorum. Azor. inst. p. p. lib. 10. c. 32. q. 7. Addit curandum, vt in dominico, & die festo, populus habeat Missam currentem: tu intellige, in quantum potest, quia ad impossibile nemo tenetur. Sed nec in Parasceue potest dici Missæ de requiem, quia nec illa, nec alia dicitur. Idem credo de Sabbato sancto. Idem de die Paschæ. De Sabbato sancto concedit Durand. in rational. lib. 7. cap. 34. sicut de secundo, & tertio die Paschæ, negat vero de ipso die Paschæ.

An idem sit obseruandum in alijs festis eiusdem classis, vt in Natiuitate Domini, in Epiphania, in Ascensione, in Pentecoste, in festo Corporis Christi, in Natiuitate S. Io. Baptistæ, in festo Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, in Assumptione B. Virginis, in festo omnium Sanctorum, in dedicatione Ecclesiæ, in festo patroni loci, vel titularis Ecclesiæ? Resp. Nullibi, quod sciam, esse cautum; distinguerem tamen. Vbi non adest nisi vni-

ca Missa, ego non dicerem nisi currentem; vbi autem sunt plures, quid inconuenient dicere vnam currentem, & aliam de requiem? sed, & si quis diceret non esset malum.

Alia Missa de requiem possunt semper dici, excepto in duplici. rubr. Missal. de Missis defunctorum.

* Quid de isto casu. In die commemorationis omnium defunctorum in quibusdam locis feruntur a populo candelæ, & accenduntur super sepulturas; nunc quæritur, an absolute officio, vel ad libitum eas ponentium, possint ab eisdem auferri, vel an eo ipso quod appositæ acquirantur Ecclesiæ? Resp.

Iuxta consuetudinem loci practicandum; si dubium sit super consuetudine consulatur

Episcopus, & iussa

exequatur.

14
Quid de
candelis
super se-
pulturas.

MONITA AD RECTVM STVDIVM.

Casuum Conscientiæ pro inci-
pientibus.

*Et addiscentibus per libros, & pro bene
practicanda Doctrina.*

Caput Decimumquintum.

¹
Habeat
paucos,
sed bonos
lib.

²
Quos li-
bros ha-
beat.



NON curet initio stu-
diosus iste magnam li-
brorum supellectilem
congregare, quia malè
se explicabit a varie-
tatis opinionum. Habeat igitur paucos,
sed bonos libros, & suf-
ficient isti. Pro ordine, & methodo, Summula
Caetani, cui posset æquari Toleti Instructio,
Summa Siluestrina, & Nauarri Manuale, &
in his bene versatus euadet magnus vir. Ita

Romæ

Romæ consulti viri præcipui in hoc genere studij, & præsertim P. Io. Baptista Costa Societatis Iesu Pænitentiarius Sancti Petri vir in hac scientia notissimus. Istorum verò lectio nunquam deseratur, quia experientia docuit bonos alioquin casistas, sed studium casuum intermittentes, postea impegisse in errores. Ratio est quia ista doctrina, quæ non acquiritur nisi post multos labores, & canos, vt ait Nauarrus habet duplex fundamentum, vel in regulis theologiæ scholasticæ, vel in beneplacito Pontificum: & licet prius facilè hæreat menti propter sua principia secundum tamen est difficilè, cum nullo alio fundamento nitatur, quam beneplacito Pontificio, Ideo nulla alia via possidetur, quam per continuum studium. At quia, vt plurimum, post adeptum beneficium non studetur, prudenter in aliquib. Episcopatibus cautum est, vt Curati statis diebus conueniant, vt de varijs casibus, conscientiarum, qui continuò hoc exercitio memoriæ firmiter hærent, conferant. Et si placet meum consiliū, credo simpliciorum melius acturum, si vnū solum ex dictis sequatur.

Et vt copiosorem eligerem Silu. quia quo simplicior est doctrina, & sine vllis doctorū concertationibus eo est melior. Ac de Toleti quidem Instructione Sacerdotum meminerint, qui varias bonorum istiusmodi Aucto-

rum

3
*Studium
 sit conti-
 nuum.*

rum editiones non viderunt, vt eam eligant, quæ absolutior prodijt qualis quæ anno 1603. & sequentibus Mediolani, quin etiam deinceps Brixia cum titulis capitum recussa est in quarta parte folij. Idem dictum sit de alijs Summistis atque Theologis, Quorum posteriores editiones, & vnde nam fuerint emissa, & quæ in iisdem siue prænoscenda, siue ad vsum sint adhibenda, consule Apparatum Sacrum Possuini Patru mei, ad quem vel ipse Romanus Expurgatorius Index, nouissimè in Vrbe excussus sapè lectores mandat. Ceterum si quando Curatus vti voluit Candelabro aureo Alphonsi Martini Viraldi, sciat à Romano Magistro Sacri Palatii prohibitum fuisse, nisi fuerit ex impressis ab ann. 1602. Suspensa est item Henrici Henriquez Summa Moralis, donec emendetur: Quod dictum velim, ne si quando ab alijs, siue etiam interdum à nobis aliquid ex eo allatum sit, propterea posse illam ab omnibus versari existimetur.

Nam neque nos eam legissemus, aut vbi ab Auctorum approbatorum minimè discrepantia in ipsa referuntur, quædam nonnumquam attulissemus, nisi facultatem ab eodem Reuerendiss. Magistro Sacri Palatii eam tradendi, ac legendi obtinuissimus.

Porro Curatus id sibi omnino persuadeat, necesse esse, vt non solum apud se habeat Indicem

dicem librorum prohibitorum, cum Regulis confectis per Patres a Tridentina Synodo delectos, & quidem postremum Clementis Papæ VIII. iussu recognitum, & publicatum, verum etiam eundem, de quo diximus, Expurgatorium. Indicem aliquot Auctorum, ab Reuerendissimo Magistro Sacri Palatij in Vrbe editum. Sed & quinam Scriptores, siue eorum opera prohibita, vel donec expurgentur, suspensa sint, ad calcem istius legere debebis è duobus edictis, quæ anno 1603. & 1605. Romæ promulgata sunt: cum, & quæ subinde S. Officij Sacræ Inquisitionis iussu publicantur aduersus pestilentes libros ea omnia edicta a Curato sedulo procuranda, ita cognoscenda sint, vt in tempore, qui suæ Curæ concrediti sunt, eos præmonere possit, ne qua illorum lectione inficiantur.

Inter studendum verò in singulis titulis, seu materijs, nota regulas generales illius materiæ, & secundum eas tuum studium dirigas, quia inde facilius resolues multos casus contingentes, & ista facilius memoriæ mandantur, vel saltem retinentur, quam singulorum casuum decisiones.

Caue inter studendum ne celerior sis in versandis Doctõribus, sed & attentè confidera ipsum modum quo docent, quia aliquando disputant de re, quo ad forum exterius, at eorum resolutio in foro interiori non va-

let

4
Possiden-
das regul.
generales
materia.

5
Considera-
tè legen-
dos aucto-
res.

let: non quòd omnia, quæ determinantur in foro exteriori, contraria sint determinationi fori interioris, sed quòd aliqua sint huiusmodi.

6

*Canones
& bulla
quando
prævalent.*

Quotiescunque in aliqua re est canon determinans, vel Bulla Pontificia, si non adsit consuetudo in contrarium militans, omnes opiniones contrariæ sunt nullæ v.g. est bulla Sixti V. quòd Eunuchus utroque teste carens non sit habilis ad matrimonium contrahendum. (quidquid in contrarium dicant doctores) est nullum, quia hæc constitutio est vsu recepta.

7

*Termini
doctrinæ
possidentur.*

Sapè contingit, ut termini, qui in doctrina adhibiti sunt ad faciliorem intelligètiã, maiores tenebras obscuritatis spargant, ideo studiosus curet bene eorum intelligètiã, assequi, & non pergat ad vltiora, nisi prioribus bene intellectis, & postquam sibi visus fuerit intellexisse, ruminet secum quasi conferens, quibus studuerit, quia ita firmitus hærebunt menti. Porro quando legeris hunc terminum moralis, vel moraliter, actio moralis, intellige actionem procedente ab intellectu humano, cum scientia, & eius deliberatione, tam acceptante, quam respiciente, ut includatur actus omissionis. Nauar. prælud. 6. num. 2.

Habeatur bona cognitio scientiæ scandalosi, quia ea ex cognitione, quando sint dimittenda

ten-

tenda bona spiritualia, temporalia vel propter scandalum patet decisio infinitarum rerum emergentium, & afferentium magnam perplexitatem.

8
*Scientia
scandali
necessaria
propter e-
mergentiã.*

9
*Studium
diligens.*

Inter studendũ vtere diligentia, non solum versando titulos visos necessarios, sed & aliõs fortè apparentes non necessarios. vt in Siluestro Cautio, conclusio, compromissum & similes; quia inuenies ibi plura resolutoriè decisa, quæ alibi sunt inuoluta magna, & obscura disputatione.

In singulis materijs formes tibi regulas expedientes in sua praxi casum, cui studueris, modo pro viribus faciliori, quia & tibi, & alijs ista proderunt.

10
*Forme
practicæ
rei cui stia
duerit.*

Omnibus benè studeas, sed potissimum ad ministracioni Sacramentorum, & restitutioni. Si quis verò adeptus fuerit curam, videat vt informationem ingeniorum suæ plebis, & casuum, qui ibi maximè occurrunt, resolutionem præ manibus exactam habeat. In incertis, quæ postea emergunt, facile dubitet, resolutionem suspendat, quo ad perfectius studuerit, vel ad peritiorem remittat.

11
*Quibus
maximè
studendũ.*

Sed quia in hoc spatioso campo theologiæ positiuæ, seu casuum conscientie, rarò datur res, quæ non subiaceat varijs opinionibus, ac quidem sæpè contrarijs, magnũ pondus habebit prudens opinionum delectus.

Pro quo notandum.

Opi-

12 *Non recedendum ab opinione communi.* Opinione[m] communem esse magni momenti, & ab ea non esse facile[m] recedendum; sed nec esse immutabilem: nam. V. g. nunc aliqua opinio est alia in re aliqua ab ea, quæ olim fuit ita vt nunc sit cõmunis, quæ pro tali habetur. Cum verò audis opinionem communem, intellige communem in Theologia, quam Theologi sequuntur, & communem, in iure, quam iuris Doctores sequuntur. Azor Inst. pri. par. lib. 2. cap. 13.

13 *Communis opinio quæ.* Communis opinio est, quam sequuntur sex, vel septem Auctores Classici Nauar. c. 27. num. 289. & addit, si in eadem re fuerint hinc inde octo, vel decem auctores graues cum iudicio opinantes, posse vtramq; opinionem vocari communem. Azor verò ibi, vocat communem, quam sex, vel septem tractantes, ex his quinque conueniunt, & tunc vult hos quinque facere opinionem communem.

14 *Quæ opinio profertur communi.* Porrò nec opinio, ex eo quod sit communis, est præferenda, sed ea quæ comprobatur maiore, subtiliore, ac fortiore ratione, Azor. ibi.

15 *Inter opiniones cõtrarias quæ tenenda.* Concurrentibus varijs opinionib. contrarijs otest eligi, quæ libuerit dummodo opinio electa sit absque formidine, & dubio de contrario. Azor. Inst. p. p. lib. 2. cap. 16. quæst. 2. Adde, & iudicetur tuto posse eligi, (vt verè tutò potest, etiamsi contrariam habeat veram

ram) quia inter duas opiniones contrarias libera est electio; & dummodo non sit contraria manifestè verbis fidei; quia tunc non potest, nec debet eligi. V. g. Concil. Trid. sess. 14. can. p. habetur extremam vnctionem institutam a Christo Domino: ideo sententia asseretiam institutam auctoritate Christi, & Spiritus sancti, instinctu, est refellenda. citantur auctores istius sententiæ ab Azor Inst. p. p. l. 2. cap. 9. præceptione. p. At si Doctores, aliorum sancti, vniquam tenuerunt opinionem, quæ nunc sit contra determinationem Ecclesiæ, non peccarunt; quia nondum Ecclesia determinauerat, quæ si determinasset ei sanè consensissent.

Quòd si opiniones sunt æquè, tutæ, possu-
mus eligere etiam minus tutam: Et si quæ
minus tuta est, etiam habeatur probabilis,
poterit nihilominus eligi. Azor. lib. dicto c.
16. quæst. 2.

Et si opinio sit vnus tantum classici Au-
ctoris, & contra communem, potest nihilo-
minus teneri dūmodo habeat rationes proba-
biles. Imo vir bonus, & doct⁹ potest sequi suā
opinionem, si sit rationalis, etiam contra
communem. Azor lib. dicto cap. 17. Rudis ve-
rò hoc non potest: quia cum electio debeat
fieri prudenter, per rudem prudenter nequit
fieri. Idem ibi quæst. 5.

Discipulus etiam potest sequi opinionem
sui

16

*Opinio a-
que tuta
que se-
quenda.*

17

*Opinio do-
ctoris ve
preferen-
da com-
muni.*

18

*Opinio pro-
pria quan-
do sequen-
da.*

19

*Opinio
magistri
licita.*

fui Magistri, licet non classici, puta scripta
Doctōris, vel opinionem periti: quia rationa-
biliter operatur. Azor. cap. dicto quæst. 4.

20

*Probabi-
litas in
moralibus
sufficit.*

Porro quando dicitur sequendam opinio-
nem probabilem, sciendum est in moralibus
sufficere probabilitatem: Ideo non est neces-
saria maior certitudo, nec euidētia. Sor. dist.
27. quæst. 1. art. 3. dub. p. Siluest. scrupul. q. 5.
not. 5. Azor cap. dicto quæst. 2.

21

*In dub. ru-
tiore par-
tem elige-
dam quo-
modo in-
telligatur.*

Quod verò dicitur in dubio tutiorem par-
tem eligendam, intelligitur, cum verè dubi-
tatur de contrario, quia aliās eligens expo-
neret se periculo peccandi, quod non licet: si
tamen opinio sit sine dubio de contrario, vel
saltem cum hoc, quod liceat vnam opinionē
eligere licet, & habeat cōtrariam verā, vtra-
libet eligi poterit. Azor. lib. dicto cap. 16. q.
2. in fi. & cap. 12. q. in fine ad obiecta. Quod
verò aliqui distinguant, ante factum tenen-
dam opinionem tutiorem, post factum verò
sufficere tutam, præterquam in censuris; Tu-
dic, iuxta prædicta, & ante, & post sufficere
tutam, quia rationabiliter agitur, quod pru-
denter agitur.

22

*In pena-
libus mi-
tior est
eligendo.*

Inter opiniones, in quibus agitur de pœna
siue temporali, siue spiritali, vt excommu-
nicatione, & similibus, benignior est eligen-
da, Azor loco dicto cap. 1. nisi quando leges
contrarium explicant, Idem ibi: Angel. con-
fessio 4. quæst. 2. Silu. confess. 3. 4. 10. Idem te-

nea-

nendum est in causa matrimonij.

Nota tamen in eligenda opinione, ne imprudenter eligas, & deludaris; quia sunt aliqua opiniones deductæ ex vno fundamento, quæ sunt mitiores, quas si elegeris, & teneris fundamentum contrarium, eris ludibrio.

Consuetudo tollit omnem legem positivam, siue Ecclesiasticam, siue secularem, tunc consuetudo censetur approbata contra legem

²³
Consuetudo tollit legem.

secularem, quando est confirmata tacito quodam consensu totius populi, vel maioris partis. Censetur autem approbata contra legem Ecclesiasticam, quando est confirmata tacito consensu Prælati, qui possit abrogare legem. In Constitutionibus enim Ecclesiasticis semper Doctores requirunt scientiam, & tollerantiam Prælatorum. Ita omnes. Lessius lib. 2. cap. 6. dub. 14. num. 45. de Iust. Et vbi cumque superius inueneris hanc phrasim, consuetudo legitima, intellige consuetudinem secundum præcedentem declarationem. Non est autem necesse videre, an consuetudo sit rationabiliter introducta, sufficit enim quod ita fiat. Caet. 2. 2. q. 122. art. 6. in resp. 6. casus. Ex hoc capite infinita deducuntur contra omnes leges positivas. Consuetudo tamen contra legem naturalem, aut diuinam non potest introduci. Omnes. Azor. p. p. l. 2. c. 10. Inst.

Cauendum tamen in iudicando, ne feratur

Consuetudo publica non condemnanda.

tur iudicium contra consuetudinem communem etiam si videatur corruptela, & libri aperte contrarium dicant, sed prius diligenter res expendenda, quia possibile est, quod communiter fit, valide fiat, exemplum fit, de venditione ad creditum, siue ad tempus ultra pretium currens certarum generum mercium alicubi solita. Igitur ne his preceps in condemnatione, etiam si multi Doctores tractatum hunc damnent, quia non desunt, qui excusent. Ideo, quotiescumque iudicium inuoluit preiudicium tertij, non feratur, nisi re bene expensa.

25

In preiudicium tertij non fit iudicium nisi declaris.

26
Paruitas rei excusat.

Paruitas rei in omni materia excusat.

Excipiunt omnes iuramentum assertorium cum mendacio. Aliqui etiam volunt excusare iuramentum promissorium de re leui, aliqui negant, vide Nau. c. 1. n. 10. Probabilius videtur excusari a mortali.

Excipiunt alij mendacium in confessione, & iudicio. Caiet. confessio. sub Fidelis, & 2. 2. q. 89. ar. 7. Sed impugnatur a Sot. de iust. lib. 8. q. 1. art. 7. post 6. concl. Nau. ubi supra. Azor. Inst. p. p. lib. 5. c. 28. parum ultra medium, qui & vocat hanc communem.

Alij excipiunt peccatum factum ex contemptu, quod quidam concedunt esse mortale, cum est de re magna, & veniale cum est de re parua, ita Sot. d. 1. q. 1. ar. 8. de mutatione formae concl. 2.

Alij

Alij addunt peccatum factum contra conscientiam, quod dicitur per conscientiam erroneam, iuxta illud Apostoli ad Rom. 14. Quidquid non est ex fide, est peccatum.

Azor tamen Inst. p. p. lib. 2. cap. 8. q. 5. vult paruitatem excusare a mortali. Lopez etiam in Instruct. c. 1. non meminit inter excepta, nisi de iuramento, & contemptu. At omnes Doctores contrarium tenent, vt ait Sil. conscientia, q. 1.

Alij addunt minimum in Venereis, non excusari a mortali. ita Less. de iust. lib. 4. dub. 8. n. 58. Rebell. de oblig. de matr. lib. 3. q. 19. sect. 3. Vbi multis hoc probat.

Porro cum audis paruitatem materię excusare, intellige ante factum, vel in ipso facto; nam post factum non excusat. V. g. furatur quis rem parvam, credens lætali ter delinquere, vel in genere credens peccare, abstrahens ab hoc, quod peccatum sit mortale, vel veniale, tunc post factum paruitate materię non excusabitur: non in primo casu, quia errauit conscientia erronea, nec in secundo, quia se exposuit periculo peccati, & primum, secundum omnes, est mortale, sicuti secundum iuxta cõmuniore sententiam, nã Valent. citatus a Sayr l. 1 c. 4. n. 17. vult hoc esse peccare venialiter, eo quod fiat res communis peccato mortali, & veniali, & constituat actum imperfectum, at Azor, & cominu-

nior, vult, esse mortale, quia hoc fit si expone
re periculo peccati mortalis. Azor. p.p. l. 2.
c. 8. q. 6. Credo tamen dicendum, veram opi-
nionem Azor, & Sayri, cum peccans aduer-
tit de periculo ad quod se exponit, & veram
Valentiæ cum non aduertit, non enim vide-
tur ibi perfectus vsus rationis, qui aduertat,
& velit. hoc etiam innuit Sayrus l. 8. c. 7. nu.
10. Pro constituendo autem voluntario, vide
etiam infra n. 49. In excommunicatione ta-
men paruitas etiam post factum excusat a
censura. omnes.

17

*Ignoran-
tia qualis
excuset.*

Ignorantia inculpabilis semper excusata
peccato, hoc modo, si sit iuris naturalis,
quod est ex se clarum, puta, quod tibi non
vis, alteri ne feceris; bonum sequendum; ma-
lum fugiendum; ignorantia in his neminem
excusat cum in nullo homine detur: est enim
horum cognitio naturalis. Ignorantia vero
iuris naturalis, quod ex dicto colligitur, &
facile noscitur, qualia sunt præcepta Decalo-
gi, potest dari ad breue tempus, & data ab
omni peccato excusat. Azor. inst. p.p. lib. p.c.
13. licet alij negent, ratio Azor est, quia iusta
ignorantia facit inuoluntarium, quod a pec-
cato excusat.

Ignorantia vero iuris positiui inculpabi-
lis semper excusat. Omnes. licet sæpe apud
homines puniatur.

Ignorantia etiam iuris diuini inculpata
etiam

etiam necessariorum ad salutem excusat a peccato, propter eandem rationem. Azor ibi, licet aliqui negent.

Inconsideratio, & obliuio inculpatæ excusant ab omni peccato, quia faciunt inuoluntarium. Azor loco dicto, c. 16. q. 3. & 4. Caiet. Inconsideratio. Armil. Inconsideratio, quia reminiscencia etiam eorum, quæ scimus, non est in potestate nostra.

28
Inconsideratio
&
obli.

Pœnæ non debentur nisi post condemnationem, nisi pœnæ trahant secum executionem, quod euenit in pœnis Ecclesiasticis, vt excommunicatione, suspensione, & irregularitate. Caet. 2. 2. q. 62. ar. 3. Sil. Lex q. 9. not. 7. pœna q. 25. hæresis quæst. 8. Sot. de iustitia lib. p. q. 6. art. 6. ad 8. dubium. Nau. c. 23. nu. 66. & 67.

29
Pœnæ nō
debentur
antē con-
demna-
tionem.

2 Alij addunt deberi etiam ante condemnationem pœnas Ecclesiasticas, vt priuationem beneficij, officij, vel alterius commodi: Alij negant. Citantur ab Azor. Inst. lib. 2. c. 11. versus finem.

3 Alij addunt, quod quando additur in lege, Quod pœnæ soluantur absque condemnatione, statim debeantur. Ita Silu. Affassinus q. 5. Armil. eodem verbo, §. 2. Azor. Inst. p. p. 1. 5. c. 7. q. 6. Idem videtur tenere. Tu tene nullā pœnam excepta spiritali Ecclesiastica, puta excommunicationem, & similes deberi ante condemnationem. ita primò citati. ratio

est, quia consuetudo, quæ est optima legum
 interpret, ita declarat, & nullum videas, et à
 probum, non condemnatum luere pœnam.
 Idem & etiam de pœnis conventionalib; Az.
 p. p. lib. 5. c. 8. q. 7. *sup. et c. de pœnis de pœnis*
 Lestius de iustitia lib. 2. c. 20. d. 15. n. 135.
 probabile habet teneri ad solutionem, etiam
 ante condemnationem; tandem vult stādum
 consuetudini; si non constat de consuetudine
 standum sententiæ Azor. *non habet non*

Porro nota differentia inter pactum, & pœ-
 nam, nam pœna non obligat, nisi vt est dictū,
 pactum verò obligat cum primum id trans-
 gressum fuerit. Sil. pactum, per tot. *non obligat*

Sed nota inter requisita ad constituendum
 pactum, vnum esse, quod concurrant verba,
 inter partes, ideo, vbi deerit ista forma iam
 non erit pactum, sed pœna, v. g. relinquit quis
 testamento filiis quotam hac phrasi, ne lu-
 dant, & si luserint, toties quoties, tot soluant;
 tunc isti ludentes non contraueniunt pacto,
 sed incurrunt pœnam; similiter mulier, quæ
 testamento relicta est hæres hac lege, si caste
 vixerit, viuendo luxuriosè non infringit pa-
 ctum, sed incurrit pœnam. Sil. pactum, q. 1. ex
 hoc capite multa decides. Aduerre tamen
 eum Les de iust. lib. 2. dub. 1 ad constituendū
 pactum sufficere etiam si partes non sint præ-
 sentes. *non obligat non obligat non obligat*

Necessitas non habet legem, sed ipsa sibi
 legem

legem facit. Ideo necessitate infinita excusan-
tur, quæ alias licita non essent.

III. Impossibilitas semper excusat. Impossibi-
le autem est duplex. Primum quod nullo mo-
do fieri potest, vt hominem volare. Secundum
quod quidem fieri potest, sed cum magna dif-
ficultate, quod leges vocant impossibile. Vt
autem istud impossibile excuset, debet esse,
quod honeste, & commode fieri possit. Silu.
facere, & impossibile. Honestum verò est, ac
Honoratò vulgari idiomate, & honoratamen-
te, quod est citra verecundiam. Silu. honestas.
Commodè autem dicitur aliquid fieri posse,
cum potest fieri salua omni alia re necessa-
riò facienda, v. g. quis pro Deo debet facere
totum quod potest, tunc rectè satisficit mune-
ri suo, si omni re illi necessaria prius vacauerit,
vt somno, negotijs, & similibus perficien-
dis, reliqua vero Deo persoluerit, ita Silu. fa-
cere. Et ex hoc capite resolvuntur omnia,
quæ requirunt a nobis, vt faciamus possibile.
Vide Victorellum de extrema vnctione, cum
citatis ibi, de excusato metu mortis commi-
natæ, dum est excommunicatus, & debet vn-
ctionem ministrare.

III. Præcepta seu leges positivæ, etiam Ecce-
siasticæ non obligant cum damno vitæ, salu-
tis, honoris, & magnæ iacturæ bonorum. Sil-
lex q. 8. versus finem, & interpretatio quæst.
In quia talis videtur esse mens legislatoris

31
Impossibi-
liter excu-
sat.

32
Leges posi-
tivæ an
obligant
in magno
dando.

ex Nau. prælud. 7. num. 12. & omnes. Si ta-
men leges positivæ tecum inuoluunt legem
naturalem, vel diuinam, tunc obligant cum
quantouis damno secuturo; ratio est, quia
lex naturalis, & diuina est de re naturali, &
necessaria ad salutem, quia est participatio
legis æternæ, lex verò positiva non est de ne-
cessarijs ad salutem, nisi in quantum præci-
piuntur, non autem ex sua natura. Ex hoc in
finita resoluuntur.

33
Interpre-
tetur quis
legem.

In legibus, si intentio legislatoris sit con-
traria verbis legis, quilibet potest interpre-
tari secundum sensum legislatoris, in neces-
sitate subito occurrente, interpretando secun-
dum, quod poscit iustitia, ratio, & communis
utilitas. S. Tho. p. 2. q. 6. art. 6. Silu. scrup. q. 3.
nu. 6. dispens. q. 4. Azor inst. p. p. lib. 5. c. 16. q.
16. Et hoc intellige in omni lege positiva, &
etiam in Diuina; quia Deus non intendit ob-
ligare ad hoc, quod aliquis appareat fatuus,
& ridiculosus, saltem apud discretos, & bo-
nos. Silu. scrup. q. 3. not. 3. Et interpretari po-
test non solum pro se, sed etiam pro alio: quia
quod rationabiliter fit, absque peccato fit, &
ita Doctores ad aliorum utilitatem multa
interpretantur. Et si interpretando quis
per Epicheiam erret, non curandum, quia
non peccauit; rationabiliter enim egit. Silu.
ibi q. 4. not. 7.

Si in facto concurrant multæ leges, vt na-
turalis,

turalis, & positiua, vel aliquæ earum, & sibi videantur aduersari, standum est legi naturali. *Sot. de iust. lib. 3. quæst. 4. art. 3. ad p. argum. nam omnes leges pendent a naturali: nihil enim aliud sunt, quam rectum dictamen rationis, quod est lex naturalis; deinde naturalis pendet à diuina tanquam a fonte.* *Sot. de iust. lib. p. q. 3. art. 1. concl. 2. candelab. de lege cànonica. num. 64. & omnes.*

In omni restitutione ex delicto, ad eam solus tenetur, qui peccauit contra iustitiam, in damnum tertij, quia peccans contra charitatem non tenetur restituere. *Sot. de iust. lib. 4. quæst. 6. ar. 3. Nau. cap. 17. nu. 70. Tol. Inst. lib. 5. cap. 19. num. 2. Innuit. S. Tho. 1. 2. num. 62. art. 7. ad 3.*

Sed à restitutione multa excusant.

Bona fides, quæ excusat à peccato, & restitutione. *Silu. rest. 3. quæst. 7. not. 3. Tol. Inst. lib. 5. cap. 26. num. 9.* Et superueniente mala fide tenetur in quantum factus est locupletior: quod aliqui interpretantur, In quanto hà auanza to del suo, vt dicamus vulgariter: Ideo si in nihilo factus sit locupletior, ad nihil tenetur. Ex hoc capite excusatur doctor, & confessarius, qui credens benè agere, male consuluit in damnum tertij. Et deciduntur alij infiniti casus.

Præscriptio de quauide *Silu. præscriptio q. 5. Tol. Inst. lib. 5. cap. 26. num. 5. & sequentibus.*

34

Quando leges sunt contraria quid agendum.

35

Restituere qui tenetur.

36

Radix restitutionis, & cause excusantes.

bus. Lopez. Inst. p. p. cap. 133. Præscriptio autem finitur secundum varium modum, locorum: Communiter mobilia præscribuntur triennio, quod alij vocant Vſucapere. Vide leges loci, & secundum eas iudica.

Impossibilitas de qua supra. Si verò velis videre, an ista impossibilitas fuerit legitima eam in confessione alleganti, ita agas. Verbi gratia. Petrus anno elapſo restituere debebat septem, non restituit, interrogatus a confessario, respondit, non potuisse: tu interroga an toto illo anno aliqua effuderit in ludo, luxu, vel alijs vanitatibus; si hoc affirmat, non credas fuisse impotentem, ideo redde te difficilem in absolutione, vt ille cogatur ad restitutionem.

Damnũ rerum altioris ordinis. Pro quo nota omnia bona esse, aut animæ, aut corporis, aut famæ, & honoris, aut fortunarum, & quæ primò numerantur sunt altioris ordinis. Igitur nemo tenetur restituere bona inferioris ordinis, cum iactura bonorum superioris ordinis. Ita Caiet. citatus à Nau. cap. 18. num. 47. licet. Sot. de iust. lib. 4. quæst. 6. art. 3. Lopez (licet aliquatenus dissentiat) Inst. p. p. cap. 116. Tol. Inst. lib. 5. cap. 127. nõ admittant sic in vniuersum; sed faciant aliquas exceptiones. Sed quia prima opinio est bonorum auctorum, potes eam tenere.

Dubium in restitutione excusat, quia in
du-

dubio potior est conditio possidentis. Silu. rest. 3. q. 6. not. 2.

Excommunicatio nunquam incurritur, nisi pro mortali, ita ut id quod agitur sit de mortali, vel si est res venialis ex sua natura, sit mortalis, quia præcepta. Silu. excom. p. sciendum 3. versus finē. Ideo, qui erit securus non peccasse mortaliter, erit etiam tutus se excommunicatione non affici. Et si quis faciat rem vel licitam, vel illicitam habentem adnexam excommunicationem, sed hoc ignoret, non incurrit eam. Tol. Inst. lib. p. cap. 9. num. 11. cum citatis ibi, iuxta dicta supra de ignorantia.

Excusant etiam ab excommunicatione, omnia, quæ excusant a peccato, ut necessitas, impossibilitas, & alia dicta: quia sine mortali non incurritur, & omnia dicta à mortali excusant.

Irregularitas ea sola est, quæ in iure exprimitur, & ideo non debent ad eam trahi casus similes, aut etiam habentes maiorem causam. Tol. Inst. lib. p. cap. 52. num. 7. & communis.

Usura semper est peccatum concurrentibus tribus. Primo mutuo. Intellige vero, vel palliato, id est alio nomine cooperto. Secundo. Lucro principaliter intēto, pro lucro intellige aliquid ultra mutuatam, quidquid sit,

37

Excommunicatio quando incurritur.

38

Irregularitas quando contrahitur.

39

Natura usure.

fit, dummodò res sit, quæ vendi possit. Tercio. Pacto. Et concurrentibus dictis tribus, est vsura formalis: concurrentibus verò solo mutuo, & lucro dicitur vsura mentalis. Silu. vsura 1. à principio Nau. c. 17. nu. 206. Tol. Inst. lib. 5. cap. 28.

In hac materia antè factum, melius est tenere, inter opiniones, rigidiorē, quia alias faciliter declinatur in extremum in hoc vitio: Sed & si quis mitiorem sequeretur non peccaret, vt est dictū de delectu opinionis. Eodem modo melius est tenere rigidiorē in venereis, propter eandem rationem. Et opiniones, ex quibus arripitur ansa peccandi, non sunt propalanda maxime in publico, vt, quod in necessitate furari liceat, & similes, quia inde improbi accipiunt ansam peccandi.

40
Quæ opiniones nō sunt publice docende.

41
Intentio- nis regula.

Vbi in aliqua re requiritur intentio, sufficit eam habuisse, actualiter à principio actus, cui est necessaria, licet in processu actus non adsit, non facit vt actus desinat esse melior, vel peior. Dicitur vero intentio actualis durare virtualiter in actu ex ea inchoato, donec actu contrario reuocetur, ita; Expressè habuisti talem intentionem in hoc actu inchoando, durat dum expresse eam non reuoces. Ex hoc capite innumera resoluntur, præcipuè de administratione Sacramentorum.

Episcopus dispensat in omnibus irregularitatibus, & suspensionibus, ex delicto occulto prouenientibus excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis alijs deductis ad forum contentiosum, & absolutus ab omnibus excommunicationibus, etiam Sedi Apostolicæ reseruatæ occultis, in sua diæcesi per se, vel per Vicarium delinquentes quoscumque suos subditos, & hoc gratis, in foro conscientiæ. In omnibus vero casibus bullæ Cœnæ Domini non absoluit, non obstante quod aliqui affirmant, licet Concil. Trident. sess. 24. cap. 6. de reformat. concedat in hæresi occulta, quia in dicta bulla, per ista verba Non Obstante Clausula concilij, reuocatur talis facultas. Ita stilus Curia. Azor Instit. p. p. lib. 8. cap. 10. quæst. 10. Tolet. Instit. lib. 1. cap. 64. num. 7. not. 10. Glos. marginalis. item capit. 42. num. 13. Et ita tenendum. Ideo si Curato veniat aliquis casus includibilis in dictis, noscat adhibere facile remedium per Episcopum, & non vexare pœnitentem mittendo Romam. Eodem modo agas, si occurrat casus in dispensatione, aut commutatione voti, in quibus Episcopi sæpè possunt, etiam si sint reseruatæ Papæ, vt notat Siluest. absolutio 4. not. 3. Nauarr. cap. 27. num. 89. Et in casibus, in quibus Episcopus potest absoluerè, Curatus faciat sibi dari talem facultatem pro illa vice, vt cum

42

Episcopus in quibus.

43

Bonum consilij.

maiori facilitate, & amabiliter penitentis
gerat negotium, quod facile Episcopus con-
cedet.

44

*Iuramen-
ta quæ te-
neatur.*

• Iuramento pacta firmantur, dummodo
non sit contra legem naturalem.

• Ex hoc capite volunt Doctores aliqui,
quod mulier, quæ non potest fideiubere, si
pro marito fideiusserit, teneatur soluere, pro-
pter iuramentum solitum apponi in contra-
ctu, etiam si leges reddant eam immunem, i-
ta ut non possit vel fideiubere, vel si fideiusse-
rit, non possit cogi ad soluendum iurata. A-
zor Inst. p. p. lib. 11. c. 7. regula 4. Silu. iuram.
4. quest. 16.

• Ad dicendum. Si forum exterius non co-
git ad soluendum, non teneri; fortè, quia hoc
est fideiubere per metum reuerentialem, e-
tiam leuem, sufficientem tamen, ne tale iura-
mentum obliget. Sic viri periti Romæ re-
sponderunt, & sic in illo foro practicatur, ut
audio.

• Si tamen velis eam obligari, Lopez de
contrahibus lib. 2. c. 17. consulit petendam
esse relaxationem à iuramento, & tunc non
obligabitur. & ita magna molestia liberabis
multas faminas, quæ in hoc impingunt, me-
tu, ne mariti male accipiant, aut eas male
tractent, si non fideiusserint.

• Non tamen credas, omnia, quæ practi-
cantur in foro exteriori, valida esse in foro

conscientiæ vt qui adita hereditate, non tenet inuentarium tenetur ad debita, vltra vires hereditatis; quia iste in conscientia non tenetur. Et huius generis sunt multa. Sil. hereditas 3. q. 5. Si tamen quis ita practicaret, & creditor compelleret debitorem vltra vires hereditatis, posset habitum in conscientia sibi retinere: quia censetur validè fieri, quod fit iuridicè, & qui sequitur opinionem periti, vt est in casu, in conscientia est tutus, vt est dictum de delectu opinionis.

45
Non omn-
nelicitum
in foro ex-
teriori li-
citur in
conscien-
tia.

Bona fides semper à peccato excusat: ratio est, quia facit inuoluntarium, quod semper excusat à peccato. Ad hanc reducitur, seu potius efficitur res faciens bonam fidem.

46
Bona fi-
des excu-
sat.

Credulitas inculpata, quæ est, cum qui agere debet, verè potest, sed verè credit se non posse: tunc enim excusatur ab omni peccato propter eandem rationem. Ex quo infinita etiam resoluntur: Tamen ita à confessario practicandum. Alleganti bonam fidem super præterita credat cum regula dicta supra num. 36. super futura verò non credat, nisi verè expertus fuerit, quæ bona fide credit, ita esse vt credit. V. gratia. Quis confitetur se non ieiunasse die præscripto ab Ecclesia, & affert pro causa excusante, quod credit se verè non posse: credat confessarius pro ieiunio transacto, sed non admittat pro futuro; nisi experiatur prius, quæ verè possit præsta-

47
Credeli-
tas excu-
sat.

re. Sed & si vellet hunc absoluere absque tali experientia non malè ageret, sufficiet enim credulitas ad excusandum à peccato.

Nunquam tamen ad hanc experientiam remittat eum, quem verisimile est non acquieturum dicto: ne dum aliàs non peccat, cogat peccare per illam conscientiam erroream.

48

*Dolus
quos contractus in
conscientia rescindat.*

In omnibus contractibus, qui dicuntur bonæ fidei, ut est emptio, venditio, locatio, conductio, mandatum, depositum, societas, pignus, commodatum, & permutatio; si interuenerit dolus, non obligant in conscientia, omnes verò alij contractus obligant, quoad fuerint per iudicem dissoluti. Silu. contract. q. 2. Ang. contract.

Omnes contractus, qui requirunt liberum consensum, facti per metum, non tenent, vide Silu. metus quæst. 8. Azor addit illis, sponsalia metu facta, & cum quis detruditur, vel detinetur in carcerem, omnis promissio in fauorem detinenti, vel detrudenti facta, metu cadente in constante, non valere. Item omnis donatio. Porro contractus illi, qui metu fiunt, & non valent rescinduntur, vel exceptione, quod est dicere metu factos, vel officio iudicis. Azor. Inst. p. p. lib. p. cap. 11. quæst. 17. Sed si quid per dictos contractus acceptum fuerit, in conscientia non est restituendum, nisi quod acceptum est per donationem.

nem metu factam. Idem ibi. Alij vero cōtra-
ctus metu facti, siue metus sit causa impel-
lens, siue sit causa finalis valent in conscien-
tia. Azor ibi. Lopez vero Instr. p. p. c. 96. cū
Adriano, tenet contractus metu factos, etiā-
si metus sit leuis, dummodo sit causa princi-
palis contractus, non obligare in conscien-
tia, sed solum in foro exteriori.

Nullum peccatum est peccatum nisi sit
voluntarium. Voluntarium verò est, quod fit
nec vi, nec ignorantia. Azor inst. p. p. lib. 1. c.
3. q. 1. Sed voluntarium est duplex, directū,
& indirectum. Directū est, de quo est sermo :
Indirectum est, cum facere debemus, & pos-
sumus, & non facimus. S. Th. p. 2. q. 6. ar. 3. Sil.
voluntarium Nau. prēlud. 6. Tol. inst. lib. p. c.
72. Vbi de isto vltimo dat exemplum, de illo,
qui multum vini bibit, nō tamen volens ine-
briari, qui si inebriatus fuerit, ebrietas erit il-
li voluntaria. Igitur peccatum debet esse vo-
luntarium altero istorū modorum, & debet
esse liberum, hoc est non inuitum, sed sponta-
neum. Azor lib. d. c. 1. q. 4. Dicitur, liberum,
quia si in peccato fuerint afferentia impedi-
mentum, dummodo non impediāt omnino,
(an verò detur aliqua vis omnino impediēs
voluntarium, dic quod non.) Azor lib. p. c. 9.
qualia sunt metus, passio, nihilominus volun-
tarium efficient. Azor loco d. c. 9. 10. & 17. li-
cet multum voluntatem moueant, & de vo-

49
Omni pec-
catum vo-
luntariū.

luntario minuat. Idem ibi c. 17. per tot. Sed nota, quod de ratione voluntarij est, vt sit sine ignorantia: voluntas enim non fertur nisi in cognitum, ideo erit cum scientia. At cum qua scientia? Nau. prelud. 9. n. 9. Lopez Instr. p. p. c. 3. dicunt, cum scientia quod sit peccatum mortale. deducitur etiam ex Viguerio Inst. theol. c. 3. §. 4. de voluntario. Azor verò p. p. lib. 4. c. 1. q. 4. vult ad cōstituendum mortale, quod, qui peccat, sciat id quod agit esse contra rationem, & legem in re graui. At ista sunt magnę speculationis; quia etiam veniale est contra rationem, & legem licet in re parua. Sed quomodo rudis cognoscet de grauitate? Vide an Nau. & Azor in substantia, idem dicant. Ex dictis prudens sciet, quale voluntarium constituat peccatum.

*Habitu
peccare
quid.*

Ex hoc capite voluntarij excusantur peccantes mala consuetudine inueterata, & non aduertentes, quia hoc est peccare habitu, & iuxta S. Tho. p. 2. q. 55. a. 1. homo actibus, & non habitibus meretur, aut demeretur, & si multi doctores dicant habitu etiam peccari, scias pro actu accipere habitum, vt patet ex S. Tho. p. 2. q. 70. ad. 1. ad 3. & 2. 2. q. 58. a. 1. ad p. & si in rigore velis intelligere de habitu, intellige de habitu illo, vt notat Sil. blasph. q. 4. de quo est aduertentia, & non impeditur seu corrigitur, nam iste habitus vere voluntarium facit: Habitus vero omnino inuoluntarius,

tarius, non constituit peccatum iuxta doctrinam S. Tho. quia aliàs non saluaretur Voluntarium, quod est de essentia peccati. Porro diligenter considerabit confessarius an sit purus habitus vt est dictum supra.

Vbi non interuenit culpa, non debetur pœna, non solum de pœna spiritali, vt excommunicatione, & similibus, sed nec etiam de temporalis. Porro culpa non obligat in conscientia, nisi interueniat dolus, & lata culpa. Dolus est cum voluntate nocendi: lata culpa est non vti ea diligentia, qua communiter homines eiusdem professionis vtuntur, vt lata culpa est ignorare quod communiter scitur; licet in foro contentioso detur actio pro omnibus alijs culpis. Sil. culpa. q. 1. ratio est, quia dolus, & lata culpa soli faciunt voluntarium, & alię culpæ non item.

Peccata specie differunt vel numero.

Peccata cogitationis differunt primo ex diuersitate obiecti, seu materiæ specie distinctæ, etiamsi sit nisi vnicus actus voluntatis, vt velle occidere ad furandum sunt duo peccata numero, & specie distincta. Secundo ex obiecto, & fine, & ratione diuersis, vt velle furari ad donandũ pro peccato. Tertio. Quando in eodem obiecto sunt duæ prauitates contra rectam rationem, vt furari rem sacram: quia furari est vnum, & rem sacram aliud peccatum, id est sacrilegium. Et eodem mo-

50
Vbi non
est culpa
ne pœn.

Culpa
quæ obli-
get.

51
Peccata
quæo specie
vel nume-
ro differ-
rant.

do quo multiplicantur specie, multiplicantur etiam numero.

52

An peccata cordis interrupta multiplicentur.

An verò peccata cogitationis multiplicentur interruptione temporis sunt duæ sententiæ.

Prima affirmat multiplicari, v.g. Petrus vult occidere Ioannem, dormit, vadit, & alia multa agit, toties peccat, quoties cogitat de occidendo. Sil. peccatum. q. 2. Armil. peccatū §. 4. Tab. peccatum p. q. 8. Sic etiam videtur tenere Nau. c. 6. nu. 18. de insequente mulierem. Sed ibi loquitur de opere, seu peccato externo.

Secunda sententia ait multiplicari quando sunt per contrarium actum interrupta, & postea reassumantur: vt qui vult furari, dein de determinat nolle, & postea iterum determinat velle, tunc quoties determinat, toties peccat. Caiet. opusc. tom. 1. tract. 31. qui est resp. 15. Nau. c. 6. nu. 16. vbi propriè loquitur de peccato interno. Azo. inst. p. p. lib. 4. c. 4. q. 4. de Graff. p. p. c. 20. nu. 11. Lopez inst. c. 31. q. 4. Si verò interruptio fiat naturaliter, vt dormiendo, loquendo, aut similia agendo, nō multiplicari peccatum. sic declarat Lopez ibi. Azor verò conciliat dictos auctores, ita; peccata, quæ in voluntate perficiuntur, cursu temporis multiplicari cum iterantur, sic est hæresis, odium, & similia. Idem Nau. ibi. Peccata verò, quæ complentur omissione, vel

vel factò, tunc solum esse vnicum peccatum, cum omittitur, vel fit ipsum peccatum licet sapius cogitatio interrumpatur.

Peccata oris distinguuntur specie, & multiplicantur numero, quoties sermo fertur ad obiecta diuersa, vt appellare furem, hæreticum, sunt duo peccata, quia duo obiecta. Azor c. d. q. 5. quod videtur cōtra Nau. c. 6. n. 18. qui ait non augeri numero conuicia, eo quod alterum quis ter appellet furem, aut ter deieret, nec eo quod plura maledicta simul in plures conijciat, vt blasphemando duodecim Apostolos. Azor autē distinguit, esse vnicum peccatum vocare furem ter continuo sermone, sic vna est rixa percutere ter, aut quater vnum.

Peccata operis, seu quæ opere perficiuntur sunt plura specie, & numero.

Primo. Quando habent obiecta specie diuersa, vt adulterium, furtum.

Secundo. Quando habent vnicum obiectum, sed habent plures prauitates specie distinctas, vt furtum rei sacræ.

Tertio. Quando habent obiectum sine, & specie diuersum, vt occidere ad furandum.

Quarto. Quando habent obiecta differentia, vt occidere duos homines vno telo.

Quintò. Tot sunt peccata quot actus, quando peccatū actu consummatur, vt binus congressus cum muliere est duplex peccatum.

53
Peccata
oris quō
multipli-
centur.

54
Peccata
operis quō
multipli-
centur.

Azor. inst. p. p. lib. 4. c. 4. q. 6. licet aliqui ne-
gent, & velint esse vnum, quando assumun-
tur pro vnico fine.

55
*Gravitas
peccatorū
quō cognos-
catur.*

Peccata hoc modo sūt alia alijs grauiora
Primò quæ sunt contra Deum, sunt gra-
uiora his, quæ sunt contra proximum: Et gra-
uiora, quæ sunt contra præcepta primæ ta-
bulæ his, quæ sunt contra præcepta secun-
dæ tabulæ. S. Tho. p. 2. q. 73. art. 3. Azor inst.
p. p. lib. 4. c. 19. q. 3.

Secundo grauiora sunt, quæ sunt contra-
ria maiori virtuti, cæteris paribus: potest e-
nim fieri, vt aliqua sint contraria maiori vir-
tuti, sed sint minora alijs, quæ sunt contraria
minori virtuti: vt iustitia castitate est ma-
ior, & tamen fornicatio, quæ est contra casti-
tatem, ratione sobolis, & bono prolis, est ma-
ior furto quod est contra iustitiam. S. Tho.
q. d. art. 4. Azor ibi. q. 4.

Tertio grauiora sunt, quæ maius damnum
causant intentum, vel præuisum, quia si non
sit nec intentum nec præuisum, non augent
peccatum; vel si non sit intentum, nec præui-
sum tamen ex peccato sequitur, quia tunc il-
lud grauat. S. Tho. q. d. art. 8. Azor ibi q. 4. &
c. 20. q. 1.

Quarto quæ proficiscuntur ex maiori cau-
sa, ceteris paribus; vt maius est peccatum de-
liberatum, peccato per ignorantiam. S. Tho.
ibi art. 6. Azor ibi q. 5.

Quin-

Quinto quæ fiunt peioris finis gratia. Azor. ibi q. 5.

Sexto quæ habent circumstantias deteriores, vel numero plures. S. Thom. ibi art. 7. Azo. ibi q. 6.

Porro nota, versari sub duplici sententia, quæ circumstantiæ in confessione necessario sint confitendæ. *Circumstantiæ quæ necessario confitendæ.*

Prima ait confitendas, quæ mutant speciem, defumitur Conc. Tri. ses. 14. c. 5. & can. 7.

Secunda ait, & has, & illas, quæ aggrauant notabiliter, licet non mutant speciem. ita Sayr. lib. 2. c. 3. nu. 1. Suar. to. 3. disp. 22. sect. 3. nu. 3. & seqq. nititur eam probare, sed nu. 11. non affirmat omnino, & nu. 13. conciliat vtramque sententiam, quas parum discrepare concedit. Sayr. ibi citat Cathechis. Romanum Pij V. de pœnitentia, vbi de circumstantijs, qui si bene legatur in substantia concordat Tridentino, secunda sententia pia, & utilis, sed prima necessaria pro integritate sacramenti. Ex regulis, quibus peccata sunt alia alijs grauiora, supradictis infinita decides.

Ex quibus infinita decides, quando, & quomodo sit pensanda grauitas peccatorum, maxime concurrentibus duobus malis, vt valeas minus eligere.

COLLECTANEA
Breuia pro Bulla Cœnæ
Domini.

PRIMO

*Excommunicantur Hæretici cuiuscunq; se-
ctæ, eorundem fautores, libros le-
gentes, tenentes, aut im-
primentes, & schis-
matici.*

¹
Hæreticus



EXCOMMUNICATIO
hæc præstringit HÆ-
RETICVM omnem,
cuiusvis nominis, qui
hæresim manifestavit
actu externo, etiam oc-
cultissimo, etiam soli-
tariè, & nullo præsen-
te. Omnes.

²
*Hæreticus
quis.*

Hæreticus vero est, qui non credit determi-
natis ab Ecclesia Romana. Sayr. de cens. l. 3. c.
4. num. 16.

³
*Probabi-
lis.*

Est sub hoc maledicto, qui res fidei habet
probabiles, quia assensus debet esse certus ne-
quis sit hæreticus. Az. p. p. l. 8. c. 8. q. 6.

⁴
Dubius

Qui dubitat in fide sciens, & volens. Tol. l. 1.
c. 20. nn. 3.

Habens

Habens ignorantia crassam, paratus, tamen credere prædicatis per ecclesiam, a Soto iudicatur hæreticus, dist. 22. q. 2. a. 3. post 5. concl. vero negat Azor. p. p. l. 8. c. 9. q. 8. Sayr. c. d. n. 15. qui interpretatur Sotum, si ignorantia sit talis, quæ faciliter vinci possit.

Non ligatur hac censura.

Hæreticus merè mētalis, idest, qui nullo actu externo, etiam occultissimo, errorem manifestavit. omnes. Hic ab omni exposito potest absolui. omnes.

Si hæresim manifestavit, sed signo indifferenti, ad manifestandam tam hæresim, quam fidem, videlicet, annuendo capite, aiendo, ita est, subridendo, reum maledicti quidam aiunt, quidam negant. Azor. l. d. c. 9. q. 12. iudicat negatiuam probabilem, Sayr. ibi n. 23. affirmantes sequitur.

Nec qui per iocum dicit se hæreticum. Azo. c. d. q. 6. Sayr. c. 4. nu. 31.

Nec qui, cum sit hæreticus mentalis, legendo, narrando, disputando, vel alienos libros trās cribendo, hæresim suam ore pronunciat; dummodo hoc non agat animo exprimendi, vel confirmandi narratum errorem, nam tunc esset hæreticus. Azor. c. d. q. 7.

Nec qui dolore, vel metu etiam leui, ore tantum, non corde, hæresim affirmat. Azo. c. 9. q. 9. & 10. Concordat Caiet. 2. 2. q. 11. a. 1. ad 2. & q. 94. a. 1. quia vt quis hæreticus euadat, debet intellectu credere, quæ ore fatetur. Say. c. 4. n. 13.

Nec qui transiens per loca hæretica, tempore ab

5
Ignorās.

6
Hæreticus
mentalis.

7
Manifestat
signo
indifferen-
ti.

8
Ioco dicit
se hæreti-
cum.

9
Nec legēs
disputās.

10
Ore tan-
tum.

11
Edent ve-
rita.

re ab ecclesia interdicto, carnes edit, appositas ad periculum faciendum num sit catholicus: quia hic actus indifferens, dummodo fidem interius retineat, Azor. lib. d. c. 27. q. 3.

¹²
Apostata. Excommunicatur præterea APOSTATA a fide. i. qui a fide catholica transit ad sectam turcicam, iudaicam, vel paganam. Suar. ibi. intellige voluntate, & intellectu. Suar. n. 8.

Qui ore, vel corpore solum, non animo, dicit, vel agit aliqua pertinentia ad dictas sectas, est a censura immunis. omnes.

¹³
Atheista. Quid de Atheista? Si baptizatus, maledicto credo teneri, quia vere hæreticus; si non baptizatus, est liber; quia ecclesia non iudicat de his quæ foris sunt, etiam si iudæus, qui Deum unum admittit; multo minus, si alio nomine. Sil. infidelis. credo, ratio eadem.

Excommunicatus CREDENS hæreticis, ut hæreticis. i. quos hæreticos nouit.

¹⁶
Credens hæreticis. Sufficit IMPLICITÈ credat, etiam si nihil explicet, ut idiota implicitè dicitur credere, dum credit, quidquid credit ecclesia.

Talis esset, qui diceret, credo Caluino, vel Caluinus habuit veram fidem; volo mori in fide Caluini: Qui ritus hæreticorum coleret. i. qui faceret, vel vellet facere, quod hæretici in morte vel in vita faciunt. Tol. Sayr. ibi. Sil. heres. i. q. 7. Azor. p. p. l. 8. c. 15. q. 1.

Si tamen iste hæresim sola mente contineat, & nullatenus prodat, hæreticus mentalis dicitur.

Qui

Qui credit hæreticum esse virum bonum, nõ
vt est hæreticus, sed vt est quidã vir non afficiẽ
censura. Suar disp. 2 1. sect. 2. nu. 5. 6. 7. de cens.

Excommunicatur RECEPTOR hæreti
ci. talis est, qui celat hæreticum, vel in domum
recipit, ne in manus iudicum deueniat. Sufficit
hoc agat semel; sufficit, etiam si occultet, ne oc-
cisus occultanti, vel familiæ dedecori sit. Azor.
c. d. q. 2.

15
*Receptas
hæreticũ.*

Receptas hæreticũ non vt hæreticum, sed vt
amicum, cognatum, non prestringeris censura.
Azo. c. 15. q. 3. Nau. c. 27. n. 56. Caiet. excom. p.

Receptas, sed nihilominus hæreticus capi-
tur, excommunicaris. Say. c. 5. n. 4.

Excommunicatur FAVOR hæretici, vt hæ
retici. Talis est Dominus, vel magistratus qui
requisitus ab Episcopo, vel Inquisitore omittit
officium suum exercere contra hæreticũ. Non
curat diligenter deduci, aut custodiri in carce-
re. omnes. Item testis, qui iuridice interrogatus
non docet verum vt faueat eo. omnes.

16
Favor

Item qui cum teneatur indicare hæreticum,
non indicat. Omnes.

Item qui cum sit priuatus factõ, vel verbo
fauet hæretico. FACTO, si primario, vel secun-
dario iuuat hæreticum vt euadat, fugiat e car-
cere, vel post fugam præbet equum, viaticum,
rumpit compedes, vel aliter ad fugam coope-
ratur. Say. c. d. n. 5. 6. Azor. c. d. q. 7.

*Favor fa-
cto.*

Honorem ei defert absq. vlla causa excusan-
te, vt cognationis, timoris, necessitatis, vtilita-

tis,

tis, vel alia simili. Nau. c. 27. nu. 66. not. 1. Sayr. ibi. nu. 8.

*Faut or
verbo.*

VERBO vero faues hæretico, si eum excusas dicendo iniuste condemnatum, vel aliud simile. omnes.

Faues non vt hæretico, sed vt amico, excusaris a censura, Az. c. d. q. 7. Caiet. excom. p.

*Fau tor
non secu-
to effectu.*

Quid, fauisti, sed effectus non sequutus? Say. c. d. n. 4. censet probabiliter te excommunicatum: quia canon principaliter includat fautores, non accessorias, nam accessorias inclusi, non excommunicantur nisi effectu secuto.

17

*Hæreticus
an mani-
festandus*

Privatus es, & nullo iuramento cogaris hæreticum pandere, si non pandas, nõ incidis. omnes. Incidis in canonem, si sacramento adigeris pandere. omnes.

18

Defensor.

Excommunicatur DEFENSOR hæretici, vt hæretici, qui vi, potentia, viribus, vel armis tuetur hæreticū, vt tutò viuat, vel ne capiatur, aut puniatur, aut ne examinetur, aut vt eadat, vel non fiat contra eum iustitiæ executio.

Qui patrociniū illius suscipit, qui instrumentum conficit vt illum adiuuet. Say. ibi.

Defendis etiã hæreticos in genere, v. g. ne capiantur, ne iudicentur, es sub eodem maledicto.

Patrocinaris illi iuste. i. vt fieri solet in tribunali inquisitionis, non es censuræ reus.

19
*Patrocina-
ri hæretico
vtilitã.*

Similiter innoxia illi patrocinaris in alia causa ab hæresi. Sil. ibi.

Si defendas eum a violentia. omnes.

Si, faues ne punitus, maius malum, vel malum

lum grande eueniat bonis; quia tunc bonis faues, non hæretico, credo.

Patrocinaris hæretico parato redire ad catholicam fidem, vel dum ex processu non apparet illum esse hæreticum, non es censura astrictus, nam licere ait Iul. Clar. pract. crim. l. 5. §. hæresis.

Si vero contra eum est præsumptio grauissima, cum per eam posse condemnari affirmat idem Clar. ibi. q. 20. versu, Scias etiam, videtur dicendum iuxta Clarum patrocinantem excōmunicari, cum patrocinetur illi qui habeatur ab ecclesia hæreticus. de ista præsumptione vide Sil. præsumptio & indicium.

Excommunicatur LEGENS LIBRVM hæreticū, sciēs esse hæreticū, & de hæresi tractare.

Legis, sufficit siue voce emissa, siue submissa, siue solis oculis percurrendo. de Graf. l. 4. c. 18. num. 45.

Non teneris hac censura.

Si in libro catholico legis sententiam hæreticam ibi relatam, etiam si legas, vt scias illius argumenta. Nau. c. 27. nu. 56.

Si audis alium memoriter recitantem librū hæreticum. Say. c. 5. n. 13. Nau. ibi.

Si tu ipse recitas. Say. ibi de Graf. decis. l. 4. c. 18. num. 45.

Si liber est hæreticus, sed nōdum prohibitus? credo te excōmunicatum si intelligas lecta: sed si non intelligas. quia hoc idem est ac nō legere, dum modo lectionem non audiat aliquis.

Num

20
Hæretico
presum-
pto.

21
Legens li-
brum hæ-
reticum.

22
Legens
quis dica-
tur.

23
Legis hæ-
retica inci-
denter.

24
Legens li-
brum hæ-
reticum.
sed non-
dum pro-
hibitum.

Num possis tu librum hæreticum corrigere, & correctum tenere, dum tu sis tantæ sufficientiæ, vt hoc bene valeas præstare? dicendum nunquam licere. nam nec licet etiam instructissimo etiam ad impugnanda praua dogmata absque Pontificio placet.

25
Lectio libri hæretici quæta.

Quantum e libro legendum pro hac censura? Quidam aiunt sufficere lectionem vnus: aut alterius lineæ. Tol. inst. c. 20. nu. 16. Azor p. p. c. 16. q. 3. parum discordat: Alij aiunt sufficere etiam lineam, dummodo contineat integram, & perfectam hæresim. Quo ad libros catholicorum vero habentes annotationes, seu scholia hæretici, stādum Indici Romano librorum: Si tamen scholia sint adeo copiosa, vt potius censeantur liber, Suar. l. d. nu. 11. legentes includit hoc canon.

26
Tenens librum hæreticum.

Excommunicatur TENENS LIBRVM hæreticum, creditum, vel scitum hæreticum, nideri Inquisitori quamprimum commodè potest. Say. ibi. nu. 16.

Tenens apud se, vel apud alium. Say. ibi etiã sigillo obfignatum: etiã in arca clausum: etiam humi sepultum, etiã in pariete, vel alibi absconditum, etiam si humus, parias, vel locus sit alienus, quia omnibus his modi teneri dicitur.

Librum hæretici quis comburet.

An tenens possit ipse comburere? Azor. p. p. l. 8. c. 16. q. 11. affert duas sententias, vnã negantem, alteram affirmantem. ipse tenet primam.

Habes præcario librum hæreticum cui trades Domino ne, an Inquisitori? Inquisitori.

Ex-

Excommunicatur IMPRIMENS librū hæreticum, vt hæreticum. Afficitur censura Dominus tibi, Qui facit expensas impressionis, Qui componit characteres, Qui præmit torcular, Qui corrigit, Qui cartam madefacit, & omnes propinque ad impressionē agentes. Say. c. d. n. 17.

31
Imprimēs
librū hæ
reticum.

Excommunicatur DEFENDENS LIBRVM hæreticum, ex quavis causa publicè, vel occultè, quouis ingenio, vel colore, & modo, quo est dictum supra de defensore hæretici.

32
Defendēs
librū hæ
reticum.

Excommunicantur SCISMATICI idest qui nolunt subesse Papæ, vt capiti Ecclesiæ. Omnes.

33
Scismatici

Permittens se eligi in Papam non canonicè, & qui ei adheret, est sub hoc maledictio. Omnes.

Excommunicatur, qui pertinaciter se subtrahit, aut recedit ab obedientia Papæ, nolens pertinaciter eius mandatis obedire. Tol. c. d. num. vlt. Say. c. 5. nu. 25. & vt infra.

34
Inobediēs
perinaciter
Papæ.

SECUNDO.

Excommunicatur Appellans a Summo Pontifice ad futurum Concilium, eiusq; fautores.

Secunda excommunicatio Bullæ est contra appellantes a Papa ad futurum Concilium. Omnes.

36
Appellās
ad Conci
lium.

Appellantes ad præsens, vel ad prouinciale, vel ad particulare Concilium. Candelab. ca-

37
Ad pro-
uinciale
vel ad par-
ticulare.

su 2. num. 9. includit maledicto.

Si appellans sit Vniuersitas, Collegium, vel Capitulum interdicitur. Omnes.

Censura hæc inuoluit accessorie dantē auxili-
lium, vel fauorem ad hoc. Omnes.

38
Dans fa-
uorem an-
te appella-
tionem.

Dantem Consilium. Nau. c. 27. n. 58. includit.

Das auxilium, vel fauorem non incidis nisi appellatione sequuta. Nau. Suar. Sayr. ibi.

39
Dans au-
xilium post
appellatio-
nem.

Das auxilium, vel fauorem post appellatio-
nem non excommunicaris, etiamsi appellatum sit fiducia talis auxiliij; excommunicaris vero, si talem fiduciam præstitisti promissione, aut quibusuis verbis ad hoc compositis. Suarez ibi. nu. 16. ante appellationem.

T E R T I O

*Excommunicantur Piratae, atq; eorum
receptatores, & fautores.*

40
Pirata la-
trunculus
mariti-
mus quis.

Tertia excōmunicatio est cōtra piratā, & latrūculū maritimū excurrētē mare, præcipue a monte Argētario ad Terracinā vsque.

Pirata, latrunculus maritimus, & Cursarius idem. Talis autem est, qui principaliter versatur in agenda præda maritima, aut in interficiendis hominibus. Nau. c. 27. nu. 59. Suarez de censuris, disp. 21. sect. 2. nu. 24.

LATRUNCVLVS maritimus est, qui exiguo nauigio prædam agit. de Graf. ibi. nu. 64.

Vni-

Vnicus actus piratam, & latrunculum constituit. Suarez. ibi.

41
Actus vnicus sufficit.

DISCVRSIO hæc debet fieri in mari Papæ, idest in mari Adriatico in locis temporaliter Pontifici subiectis, & in mari Mediterraneo a Terracina ad montem Argentarium.

42
Discursio qua.

Discursio sufficit, etiã si inefficax, idest sine rapina. Suarez l. d. num. 19. fine. bulla Pauli Quinti anni M. DC. XVI. habet, DISCVRENTES.

43
Discursio sine prædatione sufficit.

E terra bombardis, vel alio instrumento nauigantes offendis, vt rapias, vel occidas, excommunicatus.

44
E terra infestas.

E terra diritis nauem positam in statione in littore, credo te censuræ reum: quia vere in mari delinquis.

45
Prædaris in littore

Dum piraticam exerces descendis in terrã, vt aquandi causa, vel alia, & ibi furaris, vel occidis, excommunicaris. Sayr. ibi. num. 6. Suarez vero ibi. nu. 19. negat. Dicerem te teneri censura, quia mare discurristi ad præadam.

46
Deprædavis in littore.

Includit hic canon FAVORILES RECEPTORES & defensores piratæ, & dictorum latrunculorum. Qui vero sint tales, vide sup. num. 40.

47
Fauores receptatores.

Consilium dantes includuntur. Nau. ibi. & Tol. ibi. num. vlt.

REMIGANTES vero, & gubernantes nauem piraticam an huius censuræ rei? De remigantibus, & gubernantibus voluntariè omnes rectè affirmant. De præstantibus vero hoc coa-

48
Remiges.

Etè Suarez disp. 21. sect. 2. num. 60. Tol. ibi. c. 23. num. 8. volunt peccare mortaliter, Suarez nu. 62. addit censura ligari, saltem si detur casus in quo graue damnum remigando immineret reipub. christianæ, videlicet, si omnes cessando a remigando possent auertere tale damnû. ratio. quia bulla includat dantes auxilium, cõsilium, vel fauorem, quale dant dicti remiges: hunc tamen casum vix possibilem admittit Suarez ibi, cum vno non remigante non desint alij, & non desint turcæ si desint christiani.

Q V A R T O

Excommunicantur naufragorum Christianorum cuiuscumq; generis bona etiam in littoribus inuenta surripientes.

49
Bona naufragatiû.

50
Bona christianortû
& infidel.

51
Dubitas.

52
Naufragy.

Quarta excommunicatio est contra surripientes bona naufragantium Christianorum.

BONA idest cuiuscunque generis.

Bona debent esse christianorum, etiam si e nauî infidelium per naufragium iacta. Say. c. 8. nu. 7. si vero sint infideliû, etiã e nauî christiani deiecta, nõ inducût excõmunicationẽ. Idẽ ibi.

Sicut non inducunt si sint apostatæ a fide, dicimus de turchi rinegati. Idem ibi.

Ignorans si sint ne fidelis, vel infidelis, & surripis? si sint fidelis excommunicaris; si infidelis

non,

non, sed mortalis es reus, quia periculo mortali te exposuisti.

Debent esse e NAVFRAGIO vel secuto per nauis submerſionem, vel imminente ea iacta, ad exonerandam nauim, & effugiendum naufragium.

Naufragium intellige in mari. bulla.

Si nauis in portu vetustatæ dissoluta submergatur? non credo, quia bulla habet surripuerint ex naufragio, non ex submerſione, vt olim habebat bulla Greg. xiiij.

MARI. Intellige maria totius orbis. omnes.

SVRRIPVERINT animo retinendi, statim ab acceptione excommunicatio. Suarez ibi. num. 29. quæ non aufertur sola restitutione, sed addenda absolutio.

Surripuerint siue in ipso mari, siue in litore. bulla.

Excusatur ab hac censura surripuens.

Primo via compensationis iustæ.

Secundo. Inculpatæ censuram ignorans.

Tertio Credens licitè ea posse accipi, vt potest euenire cum idiota: vel sciens quidem alterius esse, sed ignorans an sint ex naufragio.

Quarto. Credens bona illa derelicta.

DERELICTA, quæ sint talia difficile dictu. Coniecturæ tamen quatuor possunt assignari. Prima si res proiecta, vel periens est talis conditionis, vt statim in aqua sit peritura, vt Zac carum, metallum, & similia. Secunda ex modo proiciendi; qui enim librum apertum proij-

53
Maria or
bis.

54
Surreptio
quæ.

55
Surripue-
rint inde.

56
Excusa-
tus ab hac
censura
surripies.
Cõpensatio,
igno-
rãtia, cre-
dulitas.
Derelicta.

57
Derelicta
quæ.

cit in mare, videtur eum derelinquere.

Tertia, si re proiecta Dominus tacet, nec per se, nec per alium quærit.

Quarta, si proiciatur extra casum grauis necessitatis, tunc non videtur sponte derelinqui. Say. ibi. n. 9.

Potest addi Quinta. Si Dominus nullo modo sit ea recuperaturus, & aliquis vitæ discrimini se obiecit, ut ea recipiat. Lessius de iust. l. 2. c. 5. dub. 18. admittit tertiam, & quintam facerem derelictam. Sed certe prima secunda & quarta non sunt minoris probabilitatis. Certum est, si re recuperata Dominus superueniat, & rem suam repetat, non ei denegandam, expensæ tamen recuperationis soluendæ. Sil. naufragium. & omnes.

Si dubium. An sint derelicta? habenda pro non derelictis. Azor p. 3. l. 4. c. 28. q. 3.

58
*Dubium
an dereli-
cta.*

Accepisti ex naufragio animo restituendi, quomodo ages? Adhibebis diligentiam necessariam, iuxta regulas communes restitutionis, & durante bono animo es a censura immunis; superueniente vero malo animo, statim illius es reus. Say. ibi.

59
*Accepta
animo re-
cto.*

Si vero dum restitutionem cogitabas fuisti in mora? Te teneri maledicto.

60
*An resti-
tuenda
iuxta le-
gem Prin-
cipis.*

Pontificis, seu alterius Principis, vel Camerarij, Thesaurarij, vel alterius Papæ officialis lege cauetur, ut statim talia bona dentur Armiraglio, vel aliæ determinatæ personæ, nunc tenearis ita agere? Quis dubitat, cum lex sit rationabilis, & ad euertendas fraudes solitas in similibus.

Si

Si tamen iuxta regulas generales restitutionis restituas, recte restituas.

Bona ista nullo tempore, nulloque privilegio, vel nulla consuetudine præscribuntur. 61
Non præscribuntur.

Q V I N T O

*Excommunicantur noua pedagia, & gabel-
las imponentes, vel augentes.*

QUINTA EXCOMMVNICATIO est contra imponentes pedagia, & gabellas, vel eas augentes. 62
Imponentes nouas gabellas.

Pedagium & gabella per hac censura idē im portant vulgariter dicuntur Datio, Douana, Gabella. communiter imponuntur pro inuectione mercium, pro emptione, vel venditione rerum, pro transitu, vel ducatu, earundem. Tol. l. I. c. 22. num. 7. 63
Pedagium quid.

Si imponis veterem gabellam paulo ante sublatam, credo te censuræ reum, quia vere imponis, quod a bulla vetitum. 64
veterem renouas.

Imponis gabellam iustam quidem, sed excedis, legaris maledicto, quia iniustam exigis. 65
Excedis in impositione.

Si excessus est modicus videlicet oboli? credo te excommunicari, quia summa non respicit obolum, sed multos exigendos, & summa euadit notabilis. 66
Si excessus modicus.

Imponis oboli, sed ante exactionem penitentia ductus reuocas? afficeris censura, quia imposita, & de re notabili, vt est dictum. 67
Imponis sed facti penitens.

68
Si prodigi-
ge.

Imponis gabellam exausto arario etiã prodige, non ligaris censura quia iustam (vt supponitur) imponis. Les. l. 2. c. 33. dub. 6 n. 48. ligaris, si imponas ad luxum vel prodigalitatem, Les. c. 33. dub. 1.

69
Talia col-
lecta.

Imponis taliam, præstantiam, collectam vel tributum non teneris excommunicatione, Caiet. excom. 71. Suarez. l. d. dist. 21. sect. 2. num. 41. Say. c. 9. num. 10.

70
Imponit
quis ga-
bellam.

IMPONUNT. Iuste gabellam imponit omnis, qui in temporalibus superiorem non recognoscit, & à quo non appellatur, vt Imperator, Rex, Respublica libera, Concilium generale, & ille cui competit ex consuetudine antiqua, de qua non extat memoria in contrarium. Nau. c. 27. num. 61. Suarez ibi. num. 36. Tol. l. 1. c. 22. nu. 10. Say. c. d. num. 14. 15. 16. 17.

71
Gabella
quãdo iu-
ste impo-
nitur.

IN CASIBVS SIBI A IVRE PERMISSIS. Tales sunt, qui sũt, cum causa rationabili vel respiciunt publicam vtilitatem, vel sunt de rebus delatis causa mercimonij, vel negotij: Ideo iniuste imponitur gabella rebus ad vitã, rebus ad agrum colendũ, ad proprium vsum, ad propriam defensionem necessarijs. Say. ibi. num. 6.

72
Gabella
natura
iniusta
quando
evadit iu-
sta.

At & de his iusta. Primo si publica necessitas ita cogat, & vectigalia aliunde collecta non sufficiant. Reduc huc, si imposita sit pro sustentatione Principis, & decetia eius. Tol. l. 5. c. 72. nu. 4. Les. ibi. dub. 6. a capite. Secundo. si quidem sine necessitate, sed tamen sint imposita pro causa publica, ex consensu totius populi. Tertio si

pro

pro securitate publicarum rerum deuectarum, quando alia ratione, earum securitati consuli nequit: Sed hæc benè reducitur ad primam causam. Quarto sit ita sit consuetudo immemorabilis. i. supra centum annos, dummodo causa dureret, pro qua imposita; Imo etiam si non dureret, quia tunc præsumendum causam legitimam, in locum prioris successisse. Les. ibi dub. 7.

Secundus casus iustæ gabellæ, seu gabella secundo modo iusta est, si modus seruetur. Non debet excedere quartam partem valoris mercis. Tol. l. 5. c. 73. num. 8. quod est quatuor pro centenario singulo.

73
Gabella
moderata.

Tertio gabella iusta est, si indicta ab habente auctoritatem, ut est dictum.

74
Siccum
auctoritatis.

Quarto si non continuatur diutius quam causa expostulat. Les. l. d. c. 33. dub. 6. omnes. excipere ut est dictum num. 81.

ET PROHIBITA IMPONI EXIGUNT.

Ligantur canone exigente, ministri, famuli, conductor, & hæres qui mandat ea exigit etiam is, qui tamquam debita postulat. Suar. & Nau. ibi. de Graf. l. 4. c. 18. n. 83.

75
Si continuat
causa.

EX SPECIALI SEDIS APOSTOLICAE licentia.

Princeps supremus, seu liber, sine ea licite gabellas imponit ut est dictum.

76
Licentiã
imponendi
gabellas
quis det.

S E X T O

Excommunicantur falsarij litterarum apostolicarum, aut supplicationum, a quocumque authoritatem habente signatarum, & falso fabricantes litteras Apostolicas.

77
Falsarios.

Sexta excommunicatio est contra falsarios litterarum Apostolicarum; siue litteræ sint viui, siue mortui.

78
Falsificatio fit per se.

Falsificatio, ad inducendam hanc censuram, debet fieri per se. Suarez disp. 21. sect. 2. num. 48 Falsificans vero per alium reus est censuræ, c. ad falsariorum. de crim. fals. sicuti sunt fautor, & defensor. Nemini reseruata.

79
Falsarius quis.

FALSARIUS est, qui litteras mutat, ita ut non valentes faciat valere; vel valentes faciat magis valere. omnes. Siue hoc agat modis recensitis a cap. licet. de crim. fal. siue quibus uis a ijs, vid. ibi Ostiél. Ita ut falsificatio fiat siue in scriptura, siue in plumbo, vel in sigillo. omnes.

80
Falsificatio modice

Falsificas litteram, vel punctum, quidam volunt te censura ligari. Caet. excom. 26. fine. & citati a Say. ut infra.

81
Falsarius litterarum Apostolicarum.

LITTERARVM APOSTOLICARVM, idest quæ expediuntur sub plumbo. omnes.

82
Supplicationes.

BREVIS idest, quæ expediuntur sub anulo piscatoris. omnes.

SUPPLICATIONVM gratiam, vel iustitiã concernentium signatarum per Romanum

Ponti

Pontificem, vel Vicecācellarium eius, seu pergerentes vices eorum, aut de mandato Papæ.

FALSO SIGNANTES. &c. litteras vt supra tam Papæ, quam Vicecancellarij, aut gerentium vices eorum. Omnes.

Alia pertinentia ad falsarios habentur c. ad falsariorum, de crim. falsi.

S E P T I M O

Excommunicatur Deferens arma, & alia vsui bellico idonea ad Turcas, vel alios christiani nominis inimicos, & ad Reipublicæ Christianæ statum pertinentia iisdem in damnum Christianorum nunciās.

SARACENOS TVRCAS, ET CHRISTIANI nominis hostes.

Hostes sunt.

Scismatici, si arma ferunt contra Papam.

Pagani. Say. l. 3. c. 11. nu. 14.

Iudæi. Say. nu. 15.

Hæretici, declarati nominatim perfectas, & etiam non declarati per sectas, sedes solum nominatim, Tol. c. 24. nu. 4. idem habet nu. 8.

Atheistæ, idest qui fidem catholicam deserentes nulli sectæ adherent Sayr. ibi num. 16.

DEFERVNT siue dono siue pretio. omnes. etiam permutatione, modo cum vtilitate infidelis: secus si cum eius damno, vt dando infide-

83
Hostes
Christiani
niqui.
84
Scismatici.
Pagani.
Iudæi.
Hæretici.

Atheistæ.
85

Dono, pretie permutatur.

li equū debilem pro generoso. Sayr. ibi. n. 27.

Nomine alieno.

Etiam nomine alieno, vt nautæ, etiam si nautæ illi naulum aliter non lucrarentur. Say. ibi. Sil. excom. 7 q. 21. n. 9.

86

Etiam arma pro defensione

Etiam arma delata pro defensione, si permutentur cum deterioribus; secus si meliora, respiciantur. Sayr. ibi.

Etiam a transfuga Si non pretendatur titulus religionis.

Etiam delata a transfuga ad exercitum sara cenorum. Say. ibi.

Etiam tempore pacis treuge.

Etiam in bello, alio titulo quam religionis suscepto, ad dilatandū imperium, ad iura etiam iusta recuperanda. credo. quia sufficit infidelis adiuuetur contra catholicum.

Etiam e loco infideli.

Etiam tempore pacis Sil. excom. 7. q. 21. nu. 7. contra ibi citatos. Multo magis si tempore treugæ. Idem ibi.

87

Tradens arcem infideli.

Etiam delata a loco infideli, ad infideles, sed contra christianos. Tol. c. 24. nu. 16.

88

Ferens et transmittens.

Tradens infideli speculam, arcem, vel traditionem consulens, promouens, vel iuuans. Say. ibi. nu. 17. ex Nau.

TRASMITTUNT & ferens, & transmittens censura ligatur.

89

Extrahi permittens.

EXTRAHI qui permittite suis portibus dicta, & dicenda. Sil. excom. 7. q. 21. ante notanda. affirmat. excommunicari.

90

Vestes earum materia Sudariola

Defers vestras, & earum materiam, si tempore belli, reus es censuræ. Suarez ibi num. 56. Idem intellige si deferas pannos ad cooperiendas naues. vel ad vela. Immunis es a censura si delata sint bello inutilia, vt sudariola Idem

de

de pannis sericis propter eandem rationem.

EQVOS, etiam morbosos: etiam ad bellum non aptos. Nau. c. 27. nu. 63. Say. ibi etiã prius ab infidelibus emptos. Includit, Camelos, Afinos, Mulos, & alia bruta, quibus bellantes, vti solêt. de Graf. ibi. n. 101. Say. ibi. n. 27. Adde, vel possint vti, quia si das boues, vel bubalos, ad impedimenta, vel tormenta bellica vegenda canone perstringeris.

*Equos.
Camelos.
Afinos.
Mulos.*

ARMA, tam offensiuâ, quam defensiuâ cuiuscunq; nominis. Nau. ibi. licet bulla habeat IMPVGnant, connotans sola offensiuâ, tamen quia vix dantur arma offensiuâ, quin etiã non sint defensiuâ, recte tenens cum Nau.

*Arma,
offensiuâ
& defensi
uâ.*

ARMORVM nomine intellige, quæ ex communi vsu omniũ, vel aliquarũ, nationũ ad conflictũ assumi solent. Nau. ibi. Say. ibi. n. 28. Nõ q̄ casu, vel necessitate aliquãdo assumuntur ad præliũ, vt gladioli ad scindẽdũ panẽ vel ad calamos aptãdos. Say. ibi. Itẽ baculi, fustes, lapides. ijdẽ ibi. Sil. vt infra, includũtur. Lapidẽs apti ad bellũ pro bõbardis. Sil. excõ. 7. q. 21. not. 1. Say. ibi Non lapides ad ædificia. Sil. ibi.

91
*Armorũ
nomine
quid.*

Ligones, Rastra, secures, martelli, & huiusmodi ad faciendas fossas, muros, Say. ibi n. 28. Sil. excom. 7. q. 21. in fin. ant. p. not. admitit omnia, quæ directè & immeditatè faciũt ad bellũ.

*Ligones.
Rastra.
Secures,
Martelli*

Currus, Suarez disp. 21. sect. 2. num. 53. Vel ad pugnam, vel ad vehiculum includit.

*Currus.
Lectica*

Lectica, vel nauicula ad piscandum, vel recreationem

nauicula.

*milites nu
di.*

Milites nudos mittens. Hi veniunt sub nomi
ne dantis auxilium.

*Puluis
tormenta
rius.*

Pulverem tormentariū, salnitrum, sulphur,
e quibus puluis conficitur deferans, afficitur
censura, quia ista habent specialem rationem
armorum. Eodem modo afficitur docens ista,
vel alia bellica efficacius operari, vel melius
conferuari; quia dat consilium, & auxilium.

92

*Ferrum
vena fer-
ri.*

*Claviculi
cultelli.*

FERRVM tam factum, quam infectum,
omnes Sil. ex com. 7. q. 21. num. 2.

Claviculi, cultelli, sibia, & similia parua non
includuntur, nisi tantā multitudinē quis feret,
vt prudēter dubitari posset, ne eis, in vera arma
conflatis, vterentur. Sil. ibi. q. d. nu. 2. Say. ibi.

93
*Metallo-
rum.*

OMNIA GENERA METALLORVM vel
simplicium, vt plumbum, vel compositorum, vt
oricalcum, vel in rudi massa, vel in forma pro-
ximæ apta ad bellum. omnes.

*Argentū
Aurum.
Secretum
alchimi-
cum.*

*Tormen-
ta bellica.*

Aurum, & argentum. omnes.
Secretum pro conficiendo auro vel argēto,
aut alio genere metalli.

A fortiori tormenta bellica magna, & parua
ex quouis metallo.

94
*Tibia li-
tui cor-
nuca.
Ornamen-
ta que.
Includun-
tur.*

BELLICA INSTRUMENTA. vt tibię, litui,
cornua, & huiusmodi. Nau. ibi. omnes.

An eorū ornamenta serica ex illis pendētia,
vel ad ornamentū militum, vt pennæ pro gale
ris includantur, non credo: quia istis non im-
gnatur, & bulla habet IMPVGNANT.

Omnia, quæ dictis instrumētis sūt vsui, & ad
onerāda tormēta, vt cōspicilla ad collimandū.

Machinæ bellicæ omnis generis, etiam tunc de nouo inuentæ, item docere modum earum construendarum; quia hoc est auxilium dare.

95
Machi-
næ.

LIGNAMINA, siue pretio, siue dono, omnis generis apta ad construendas triremes aut naues, aut instrumenta bellica, aut apta ad conficiendos ageres. Nau. ibi. Say. ibi. n. 31. omnes.

96
Lignami-
næ.

Triremes, & etiam naues. Nau. & Say. ibi.

CANAPEM, Funes etiam ex quacumque materia, vel ipsam materiam. omnes.

97
Canepem
funes.

An secretum docens infidelibus pro facienda materia noua, sed apta ad vsum canapis, vt de iuncis, ginestra, malua, re ve alia indicat? Affirma, quia dat auxilium.

Secretum
ad funes.

IMPUGNANT, licet nõ actu, sufficit possint impugnare, Sil. ex com. 7. q. 21. nu. 7. in fi. Tol. Suarez. ibi. num. 56. in fine.

98
Impu-
gnant a-
ctu ve po-
tentia.

Excusans ab hac censura.

Si incul pabiliter eam ignoras.

Si prohibita quidem defers, sed in vtilitatē christianorū, vt debilia pro validis reportes.

99
Excusa-
tus a cen-
sura.

Si defers praua, vt coltellos.

Si defers pro necessaria defensione propria, aut propinquorum, vel amicorum, vel pro rerū cōseruatione, vrgēte magno dāno. Say. ibi.

Si tibi, vel rebus tuis immineat graue damnum, sed reipublicæ maius, Say. probabiliter vult te excommunicatione teneri si deferas: teneris tunc enim tu potius damnum tuum subire. Say. ibi. nu. 34.

CERTIORES FACIENS TVRCAS. & christia-

stianæ religionis inimicos, & hæreticos. &c.

IN DAMNUM, temporale ait Say. ibi. num. 35. bulla ita. Qui per se, vel per alios de rebus statum christianæ reipublicæ concernentibus, in christianorum perniciem & damnum, ipsos turcas, & christianæ religionis inimicos. Vbi videtur notandum loqui, de statu temporali quo ad turcas, & quo ad inimicos christianorum. Et quia bulla subdit, Nec non hæreticos in damnum Catholicæ religionis certiores faciunt, quo ad hæreticos includere statum temporale, & spirituale, quia vtriusque est catholice religionis damnum.

*Per se
vel per alium.*

Sufficit per se vel per alios certiores faciât, dummodo certior faciens sciat quid agat. Suarez. ibi. num. 58.

Per literas.

Sufficit per literas. censura ligatur, qui eas defert, dummodo saltem confuse sciat quid illis contineatur. Suarez ibi. n. 58.

100
*Dans conseil
ou par
un autre.*

Sufficit per litteras. censura ligatur, qui eas defert, dummodo saltem confuse sciat quid illis contineatur. Suarez ibi.

101
*Privilegia
contra
re
vocata.*

AVXILIUM vel FAVOREM præstant deferenti, vel transmittenti prædicta prohibita. Suarez ibi. num. 59. Tol. ibi num. 13. Sed & certiore facienti, credo. quia bulla, postquam dixit de certiore faciente, subdit illisque ad id consilium auxilium, vel fauorem præstant.

Privilegia omnia contra hanc bullam cuius concessa, per eam reuocantur. omnes.

De remigibus in triremi Turcica vide n. 55.

O C T A V O

Excommunicantur impediens eos, qui victualia, & alia necessaria Romam conuehant.

VICTUALIA cuiuscumque generis, & animalia siue viua, siue mortua pro victu. SEU ALIA NECESSARIA.

Necessaria, vel absolutè vt alimēta pro hominibus, vel necessaria. i. sine quibus vita commodè sustentari nequit, quod est idem ac comoda pro hominibus, & animalibus: vel necessaria. i. vt libri.

AD VSVM ROMANÆ CVRIÆ. i. Familiæ Papæ, & omnium tribunaliū Curie Papalis. Say. ibi. n. 3. c. 12. saltem immediatorum. vt dicitur melius infra. omnium Prælatorum curiam dictam sequentium, quia Curiam constituunt.

Non est necesse sint in vsu totius Curie; sufficit in vsu aliquorum curialium, etiam vnus, quia priuilegium est personale.

Papa non est Romæ? vbi cumque habitat ad est Romana Curia. omnes.

Si transeat ex itinere? Idem credo pro censura, si allata sint ad vsu Curie, quia eadē ratio.

IMPEDIENTES. i. iniustæ, cuiuscumque præminentie, conditionis, ordinis, aut status fuerint, siue secularis, siue ecclesiastici. omnes.

Efficis vt merces Romam delatæ ante access-

102
Victualia
ne ferantur
ad
Rom. Curiam.

103
Necessaria.
comoda
vtilia.

104
Curia Romana
quid.

105
Sufficit
ad vsu
vnus.

106
Vbi Papa
ibi Romæ

107
Impediens
iniustæ.

108
*Vt eorum
 p̄tū r per
 dantur
 subrogan
 tur.*

cessum ad urbem omnino corrumpantur, vel perdantur, vel submergantur.

109
*Emis ne
 Romam
 feratur.*

Abſque vi emis prius res ne Romam afferantur, ſi hac intentione vt impediās, teneris excommunicatione. Suarez. ibi. nu. 64.

110
*Spoliū
 pecuniā.*

Spolias pecunia tantum deferentem merceſ Romam. Say. ibi. nu. 4. diſtinguit. ſi deſers prædicta cuii particulari, qui non veniat nomine curiæ, & pecunia ſpolieris, expoliantem non excommunicari, ſi vero deſers indeterminatę perſonę excommunicari.

111
Publicanus.

Non perſtringitur hoc canone.

Paterfamilias.

Exactor gabellę, qui detinet merceſ iuſtam gabellam eludentes.

Vt provideas.

Paterfamilias, qui ſuos impedit ne deferant, ob periculum latronum, vel meretricum. de Graſ. ibi. num. 110.

Obcreditum.

Qui vt ſuę ciuitati, vel loco provideat impedit extrahere victualia, etiam deferenda Romam. Caiet. excomm. 19. omnes.

Vt recuperet.

Qui ſuum debitorem ferentem Romam fructus detinet, & via iuris curat ſibi adiudicari.

Aſſaſſinus.

Qui in itinere agnitum iumentum ſibi furto ſublatum detinet, vt recipiat, vel vi aut armis ſibi vendicat.

Qui aſſaſſinus, vel ob inimicitiam impedit Romam deferentem aliqua certę perſonę priuatę ratione emptionis, vel donationis; quia non ſunt ad uſum Romanę Curię, ſed priuatę perſonę. Idem dicendum ſi huiuſmodi agat ſolū ob inimicitiam quam habet cum deferente talia non ad

ad vsum Curiae iuxta dicta nu. 35. salvo &c.

Qui positus in necessitate victus sui, vel suorum, delata Romam, pro se, & suis detinet.

Pro necessitate.

Qui in re modica contra bullam agit.

Paruitas rei.

Si queras quæ sit in hoc sensu res modica?

139

R. Papam olim non concessisse excommunicationem pro rebus perditis, nisi ascendissent ad summam quinquaginta aureorum. At minor summa pro hac excommunicatione erit sufficiens.

Quantitas sufficiens pro excommunicatione Papali.

140

Quanta vero sit talis, difficile dictu; quidam periti consulti restrinxerunt ad tres iulios; alij ad quindecim. certa regula caret. Apostolicæ pœnitentiariæ iudiciu quærendu.

141

DEFENDUNT per se, vel per alios impediens, vt est dictum, maledicto suppositi.

Defendens impediens.

N O N O

Excommunicantur ad Sedem Apostolicam venientes, vel ab ea recedentes, sua, aut aliorum opera ledentes, & sine iurisdictione vexantes in Curia commorantes.

SEDEM APOSTOLICAM, vbiicumque fuerit, etiam si extra Romam. omnes. Etiam ad omnia tribunalia Papæ, adde, immediata, seu Curiae Romanæ. Suarez

Tribunalia Papæ.

KK

disp.

disp. 21. sect. 2. num. 65. Candelab. casu 9.

143
Pro negotijs. **VENIENTES, ET RECEDENTES,** idest pro negotijs, cau sis, vel pro rebus ad dictam sedem spectantibus, vel quoquomodo gratia illius. Suar. ibi.

Si accinctus itinere non sufficit. Non sufficit sit accinctus itineri, quia hic moraliter non dicitur ire, ergo necesse, actu proficiscatur. Pœnalia enim pressè accipienda.

Venis ad dictam sedem gratia alterius, vel ex condicto? non gaudes hoc priuilegio quia ad illam proprie non venis, sed ad amicum.

Recursu ad consulatam. Petit recursum ad Consultam? Si denegas iuste, quia ei non competat, non ligaris cenfura, siue sis seclularis, siue Vicarius Episcopi, siue regularis, profectioem molitur absque sui superioris placito. Candel. ibi. num. 7. & 8.

145
Si vim repellendo. **INTERFICIUNT, MUTILANT,** spoliât, capiunt, detinent.

Si vim vi repellendo quædam ex dictis agas non teneris excommunicatione. Candel. ibi. num. 14.

146
Percussio. Singula tamen sufficiunt, si iniuste fiant. Percussio pugni, fustis, flagelli, & similia non inducit censuram Candelab. ibi. nu. 14. quia bulla explicat de mutilatione, vel occisione.

147
Spoliant. **SPOLIANT,** idest tam rebus suis, quam alic-

pro Bulla Coenæ Dñi. 113

alienis datis ad portandum, vel custodien-
dum. Candelab. ibi. num. 15.

QVI IURISDICTIONEM ORDINA-
RIAM vel delegatam a nobis, vel nostris iu-
dicibus non habentes temere talia agunt
contra morantes in Curia.

148

TEMERE agis, si colore fraudulento a-
gis. Candel. ibi. & auctoritatiue, idest, vt iu-
dex. Sayr. ibi. nu. 4. Secus si auctoritate pro-
pria ira, vel odio. omnes. Tol. c. 26. nu. 4.

*Temere
agens.*

MORANTES IN CVRIA, idest, Cu-
riales, qui mediatè, vel immediatè Papæ ser-
uiunt, siue sint cum Cardinalibus, siue cum
Episcopis, qui adsunt Curia. Tol. c. 26. nu. 4.
ergo non inclusi ciues vbi Papa commora-
tur. idem ibi. Credo hoc maledicto ligari præ-
dicta agentem contra quemcumque moran-
tem in Romana Curia ratione Curia, idest,
negotiorum habitorem cum ea, etiam si non
fit curialis, quia verba canonis ita videntur
importare. Saluo &c.

149
*Curiales
quis.*

Mandans ista fieri impingit in canonem,
si mandatum contineat cooperationem. Sua-
rez ibi. nu. 66. cū qui facit similia authorita-
tiuè, iuxta mentem bullæ communiter faciat
ea mandando. & licet exequutor vt talis, nō
faciat auctoritatiuè, sed vt merus exequu-
tor, tamen includitur canone. Suarez ibi.

150
Mandæ

Exequutor

DECIMO

*Excommunicantur ledentes romipetas,
seu peregrinos & in Vrbe mo-
rantes, vel inde ab-
euntes.*

151
*Iniurius
peregrino
Romano.*

Afficitur césura qui interficit, mutilat, vulnerat, capit, detinet, depredatur romipetas. omnes. Suarez disp. 21. sect. 2. n. 67. Intelligi singula dicta, si fiant iniuste, secus si iuste, vt pro defensione, pro ratione officij. omnes.

152
*Romipe-
ta quis.*

Adde si singula sufficiant pro constituendo mortali, alias secus. Candel. casu 10. nu. 3.

ROMIPETA. siue equester, siue pedester; Talis est ciuis Romanus, etiam qui degens ruri, Romam causa deuotionis petit, omnes.

Multo magis, qui aliunde Romam ob deuotionem proficiscitur. Sicut priuilegio gaudet, qui Romam vadit ex voto. Candel. ibi. num. 9.

153
*Accinctus
peregrina-
turi.*

Non gaudet hoc priuilegio, qui actu non peregrinatur, etiam si itineri se accinxerit; sicut nec qui e peregrinatione redijt, quia vere neuter est peregrinus. Sicut qui peregrinatur, sed non Romam. omnes.

Vagus.

Sic qui Romam quidem vadēs huc, illuc
ue

ue vagatur. ita Candelab. ibi. num. 11.

Sic qui vadit Romam, & ibi moratur, etiã pro causis spiritualibus, vt dispensationibus, vel similib. Candel. nu. 9.

154
Percussio.

Romipeta alium percutit? Candelab. nu. 13. negat censuræ reum, si rixa, & iracundia percutiat; non affert rationem. potest videri esse, quia Bulla loquatur de occisione, vulnere, & mutilatione, nõ de percussione. Si vero ex percussione eueniat vulnus reum, censuræ facit, Candel. ibi. Potest tamen talis percussor excommunicari, intellige si percussio sit grauis c. Paternarum. 24. q. 3.

Quanta debeat esse mora romipete, vt de finat esse peregrinus, vt nõ gaudeat hoc priuilegio? credo quandiu habet animum recedendi. ex Sil. domicilium ex Innoc. expletis suis deuotionibus pro quibus venit, & moratur. nam pro eisdem recte peregrinus dicitur.

155
Peregrinas quãdiu duret.

MORANTES, idest, pro suis deuotionibus, non negotijs. omnes.

156
Morantes.

Degis Romæ causa deuotionis, si offendaris aliquo ex dictis modis, censura non inducitur, Say. c. 24. nu. 6. Caiet. Intellige, si degis non recessurus. Sil. domicilium. Candel. n. 10.

Habitas Romæ causa deuotionis.

DANTES CONSILIVM, AVXILIVM, vel fauorem, maledicto tenentur, sequuto effectu. de Graf. ibi. nu. 114.

V N D E C I M O

157
 Offenden
 tes Cardi
 nales, vel
 Prelatos.

*Excommunicantur offendentes in persona
 S. R. E. Cardinales, &
 Prelatos.*

T Ut in hoc canone .
 Cardinales S. R. E.
 Patriarchæ ;
 Archiepiscopi, Episcopi, Legati sedis apo
 stolicæ, vel Nuncij. Bulla.

*Cardina-
 les.* Pro excommunicatione contrahenda suf
 ficit Cardinalis sit nominatus, etiam si non
 dum consequutus sit galorum. Sayr. cap. 15.
 num. 3.

Episcopus Sufficit si Episcopus sit consecratus, etiã si
 possessionem nõdum fuerit adeptus: sufficit,
 etiam si renunciauerit Episcopatu. Non
 sufficit si solum sit electus. Say. ibi. nu. 4.

158
*Familia
 eorum an
 gaudeat
 privilegio.* An illorum familiares hoc priuilegio gau
 deant? Quidam affirmant, citantur a Say. ip
 se distinguit, Gaudere, si fuerint clerici, vel
 religiosi, & offendantur intuitu Cardinaliũ,
 vel dominorum suorum Say. ibi. n. 3. Armil.
 excom. 2. nu. 3.

Non credo, quia hic canon dat priuilegiũ
 personale in eo nominatis, & quare trahen
 dum ad innominatos? & quare potius respi
 ciet

ciet clericos, & religiosos quam seculares? Nunquid non fit iniuria Episcopo, si famulus secularis, contuitu eius lædatur? verum est tamen excommunicari per c. Felicis in 6. de pœnis offendentem familiares Papæ, vel Cardinalium si fuerint clerici, vel religiosi, & est Papalis. at ibi non loquitur de familiaribus Archiepiscoporum, vel aliorum supra nominatorum.

INTERFICIUNT MVTLANT &c. adde iniuste, secus si in necessariam defensionem; Vel si de nocte ignota persona. Candel. casu 1.1. num. 4. Say. ibi. nu. 5.

CAPIUNT. i. cum effectu. Say. ibi. num. 6. nō afficit censura, si in domo, vel castro obfidetur, nō vt detineatur, sed ad verecundiã. idem si sis iniurius facto, dicimus vulgariter, far insulto, dum est domi eadem de causa. idem ibi. quia isti non sunt ex actionibus sub censura prohibitis. verius tamen credo affici censura, quia ista sunt iniuriosa, quod videtur sufficere vt dicitur nu. 167.

DETINENT i. i. malitiosæ.

Malitiosæ. aliquem a recto itinere in obliqua dirigit, non credo te ligari censura, quia non detines.

EIIICIENTES E SVIS TERRIS. i. locis eiectorū, videlicet diæcesi, loco legationis, loco natiuitatis, & etiam domicilij. Nau. c. 27. num. 67. Suarez. ibi. num. 70. de Graf. c.

159
Interficiunt mutuant iniuste.
160
Capiunt cum effectu.
161
Detinent.
Istos falsum docet.

162
*Eijcientes
e locis suis.*
10. num. 115. Say. ibi. num. 8. quia omnia ista
loca secundum Suarez dicuntur loca eiecto
rum.

163
*Eijcis e
concilio.*
Eijcis è concilio, quod non fit diæcesis e-
iecti, non ligaris censura. Nau. Suarez. Say.
ibi.

Diffingue, ligari, si ibi ratione officij lega-
tionis degunt. Suarez. ibi. nu. 70. de Graff. c.
10. num. 115. Alias non.

164
*Comm-
naris eie-
ctionem.*
Commünaris eiectionem non teneris cen-
sura. omnes.

165
*Eijcu in
exilium.*
Eijcis in exilium reus es cēsuræ. de Graf.
ibi. num. 116. sufficit si è regno exire iubeas.
Nau. ibi. Contrahunt censuram lictores, &
alij officiales, & cuius alius istam iussionem
exequens. de Graf. ibi. num. 115. Nau. ibi.

166
*Eijcis dñ
est in trā-
fitu.*
Eijcis e terra tua, dum inde transit ad suū
munus exequendum, credo te maledicto te-
neri, quia rationē sui officij inde transit, &
tu eum prohibes officio suo fungi, quæ vide-
tur mens canonis.

167
*Hostiliter
insequi.*
HOSTILITER INSEQUENTES prædi-
ctos Prælatos animo grauitè offendendi,
etiā si absque animo tam hostili, modo pu-
blice, & manifeste insequari censura affice-
ris. est enim insecutio hæc iniuriosa. Say. ibi.
num. 7. i. VIT TERRIS I. SETIENNES

168
*Ratum
habens
quando,*
RATVM HABENTES. i. quando eius no-
mine est factum, secus si alieno nomine fa-
ctum ratum habeatur. Suarez. ibi. num. 71.

de Graf. ibi. num. 117. Say. ibi. num. 11. vt citati ibi. Potest tamen etiam incurri censura in rati habitione, in facto alieno nomine perpetrato; videlicet, cum factum habet declarationem successiuam vt est detentio, vel incarcerationio, tunc si ratum habes, dum tamen possis actionem impedire censura te ligari ait Suarez ibi. nu. d.

PRAESTANTES CONSILIVM, auxilium, vel fauorem. Intellige efficacem, Suar. ibi. Nec isti prius excommunicationis sunt rei, quam delictum sit commissum, de Graf. ibi. omnes.

169
Consilia,
auxilia,
fauorens.

D V O D E C I M O

Excommunicantur ad Romanam Curiam pro negotiis suis recurrentes per se, vel per alios, ledentes.

170
ledentes
qui ad curiam recurrunt.

OMnes talia agentes, nullo exemplo ligantur censura. Suar. ibi. nu. 73.

ROMANAM CVRIAM, idest, ad omnia, & singula tribünalia Papæ: Candel. casu 12. num. 1.

170
ledentes
qui ad curiam recurrunt.

Alia tribünalia Romana, vt Capitoli, & omnium Principum Romæ commorantium exclusa. Quoad Principum, Cande. ibi. quoad

171
Tribünalia
Papæ.

Capi-

172
Tribuna-
lia tam
spiritua-
lia, quam
tempora-
lia.

Capitolium. idem iudicium quia eadem ra-
tio, cum audis tribunalia Papæ intellige tam
quæ sunt pro spirituali, quàm quæ sunt pro tē-
porali dominio Papæ: quia omnia sunt Papæ.
Papa cuidam Vniuersitati dat specialiter
Gubernatorem, seu protectorem, tribunale
istius Gubernatoris cuius dicitur credo Pa-
pæ, quia eodem loco est, ac alia tribunalia
Papæ. Huc seuoco Protectores religionum,
& alios quosuis a Papa deputatos.

173
Percussio.

PERCVTIT multo magis si vulneret.
Candelab. ibi nu. 4. non vult affici hac censu-
ra, qui alapa percutiat. non credo. quia bul-
la habet QVOMODOCVMQVE PERCV-
TIAT, saltem si alapa sit mortalis, vel ra-
tione grauitatis percutentis, vel ratione
personæ percussæ.

174
Iniuria,
que non
censeatur
percussio.

Non censeatur percussio, si inficias sputo, si
pallium rumpas, Candel. ibi. dummodo iniu-
ria affectus non sit clericus, quia tunc inci-
deres in c. si quis suadente, &c.

175
Transmit-
tere suffi-
cit.

RECVRRVNT sufficit negotium trans-
mittere ad Curiam absque personali accessu
ad illam, Say. ibi. nu. 5.

Sufficit ista agere contra morantem Ro-
mæ dum recurrit pro causis vt supra. Tol. li.
1. c. 27. nu. 2. Imo qui in hunc canonem inci-
dit duabus excommunicationibus irretitur,
videlicet nona, & præsentis. Idem ibi.

DE OCCASIONE DICTARVM CAUSA-
RVM.

RVM. ergo non afficitur censura, qui alia occasione offendat. omnes.

Si non principaliter, sed secundario offendis occasione dictarum causarum? Credo te reum censuræ, quia bulla ait, Quoquo modo directè, vel indirectè.

Includuntur præstantes auxilium, consilium, vel fauorem. bulla. omnes. sed sequuto effectu.

176
Offensio
fit occasio-
nes causa-
rum.

Si secun-
dario of-
fendis.

Auxiliū
consilium
fauorem.

DECIMOTERTIO

*Excommunicantur appellantes a graua-
mine, vel futura executione litte-
rarum Apostolicarum ad laicam
potestatem, & dictam appellationem
admittentes.*

177
Appellans
a graua-
mine litte-
ræ Aposto-
licæ.

AB ista censura ieiunè se expediunt ali-
qui.

Hæc censura tres partes habet.

Prima includit.

Qui prætendens friuolam appellationem a grauamine, & futura executione litterarū Apostolicarum recurrit ad curiam laicam. Curia laica est, etiam si ei præsidens sit ecclesiasticus, in suo patrimonio, dummodo tribu-
nal sit laicum, id est, exercentur auctoritate non spirituali, sed laica.

178
Curia lai-
ca quæ.

Qui

Qui facit admitti dictas appellationes a potestate laica, etiam instante fisco.

Qui capere facit litteras apostolicas per laicam potestatem.

Qui litteras prædictas a laica potestate detineri facit. Nomine vero litterarum intellege, In forma brevis, citationes, inhibitiones, sequestra, monitoria, processus executoriales, quæcumque decreta Papæ, Legatorum, Nunciorum, Præfidentium, Camera Apostolica, Auditorum, Commissariorum, Iudicium, & Legatorum Apostolicorum.

SECUNDA PARS canonis includit.

Magistratus ipsos impediens executionem litterarum Apostolicarum, prohibentes earundem executionem. Impediens, seu prohibentes instrumenta, vel acta confici super earum litterarum executione; Impediens seu prohibentes acta confecta tradi parti: Partes actrices, agentes ipsarum, consanguineos, affines, familiares, notarios, executores, subexecutores litterarum Apostolicarum capientes, percutientes, vulnerantes, carcèrant, detinentes, eicientes e ciuitatibus, locis, regnis, spoliantes bonis, perterrefacientes, concutientes.

Quid sit concussio, vide Armil. concussio. comminantes siue per se, siue per alios publice, vel occulte.

TERTIA pars canonis includit.

Præ-

Præsumentes impedire accedentes ad curiam Romanam pro negotijs, litteris, seu gratijs impetrandis: statuentes dicta, mandantes ne quis accedat ad Curiam Romanam pro dictis causis; vel ne litteras, aut gratias impetrent, aut ne impetratis vtantur, præsumentes apud se retinere litteras impetratas.

Præsumentes eadem retinere apud notarium, aut alios quomodolibet.

Omnia ista intelliguntur de re graui sufficienti ad mortale constituendum.

DECIMO QVARTO

Excommunicantur Impedientes executionem litterarum Apostolicarum, aut aliarum expeditionum, & prohibentes ad gratias impetrandas accedere.

QUæ dicta sunt de priori censura per omnia intelliguntur de præsentis Suarez pro intelligentia huius canonis remittit se definitioni Sãctissimi, sicut Nau. c. 27. num. 70. prius se remiserat, pro canone decimonono.

Quia quibusuis iudicibus ecclesiasticis auocat causas spirituales, vel spiritualibus adnexas.

179
Impedien-
tes execu-
tionem
litterarũ
Apostoli-
carum.

Quæ-

180
An eccle-
siastici in-
clusi.

Quæcunque persona cuiusvis dignitatis laicæ, siue spiritualis, vt Archiepiscopus, Episcopus, Abbas, Commendatarius, seu Vicarius, siue per se, siue per alium, qui hæc agat. Say. c. 18. nu. 5. probabiliter censet includi ecclesiasticos ista agentes etiam authoritate ecclesiastica, tandem in affirmatiuam inclinat, hoc credo tenendum, bulla enim clarè nominat Arciepiscopos, & alios inferiores Prælatos.

Qui tamquam iudex se intromittit in cognitionem dictarum causarum.

Qui compellit partes actrices, qui committi fecerunt huiusmodi causas ad reuocandum, vel reuocari faciendum citationes, inhibitiones, aut alias litteras pro eisdem causis decretas.

Qui compellit dictas partes ad faciendum absoluere a censuris, & pœnis in illis contentis, aut ad consentiendum absolui eos, contra quos tales inhibitiones emanarunt.

Qui impedit executionem litterarum Apostolicarum executorialium processuum, & decretorum quomodolibet.

Qui dat fauorem, consilium, aut assensum, idest ad prædicta perpetranda, & dat efficacem.

181
Cause spi-
ritualibus
adnexæ.

CAUSAE SPIRITUALIBVS ADNE-
XAE. Sil. causa. q. 5. tres numerat. De Deci-
mis. De Matrimonio. De Iure patronatus.

Azor p. p. l. 5. c. 14. 1. q. Aliquid simile docet.

182

Quid remedij erit, si litteræ Pontificiæ fuerint subreptitiæ? Docet Azor. c. d. q. 3. Excipiendum, vel opponendum apud iudicem legitimum Ecclesiasticum. Si verò litteræ non sint subreptitiæ, sed derogatoriæ iuris patronatus nominatim, tunc appellandum, & prosequendum, vt est dictum supra.

*Remediū
in litteris
subrepti-
tjs.*

DECIMO QVINTO

Excommunicantur iudices seculares, qui Ecclesiasticas personas trahunt ad sua tribunalia qui quæ Ecclesiasticam libertatem tollunt, aut in aliquo perturbant.

183
*Agentes
contra li-
bertatem
Ecclesiasti-
cam.*

Libertas ecclesiastica in quo consistat vide Sil. immunitas 1. & 2. per tot.

Porro contra libertatem Ecclesiasticam agit, qui agit contra priuilegia concessa rebus, & personis ecclesiasticis, a iure diuino, & quouis humano. omnes.

An hanc censuram contrahat ledens immunitatem ecclesiasticam. Marcus Anton. Ienuensis in praxi Archiep. Neap. correctæ. c. 17. negat. quia hic solum agitur de statuente.

Ligatur canone.

Qui

184
Etiã con-
tra priva-
tam liber-
tatem.

Qui trahit ad suum tribunal ecclesiasticas personas disunctiue, vel collectiue, vt collegia, vel instante parte, vel ex officio.

Qui procurat, vel facit trahi excommunicatus.

Qui facit, qui decernit, qui publicat statutum ordinationes, pragmaticas, vel quæuis decreta contra libertatem ecclesiasticam; directè, vel indirectè. Tol. vt infra cap. 38.

Qui decretis vtitur, afficitur censura. Bulla.

185
Statuere
non perficiens.

Incipit quis statuere, sed nõ perficit etiã si statutum non reuocet, non est censura reus.

Tol. lib. 1. c. 38. nu. 13.

186
Scriptor
an ligetur

Scriptor talium an excommunicatus?

Suar. nu. 79. disputat in vtramque partem, tandem affirmat.

187
Statutum
per acci-
dens con-
tra liber-
tatem.

Si statutum per se non respiciat res ecclesiasticas, neque earum exemptione minuatur, licet legislator, directe intendat detrimentum aliquod, quod inde per accidens potest resultare in personas ecclesiasticas, non tenetur hoc maledicto. Suarez nu. 91. Dummodo statutum non versetur circa spiritualia, nec spiritualibus adnexa, & quod sequitur per accidens non sit ita coniunctum, vt moraliter aestimari possit esse per se. Suarez ibi.

Si vniuersitas aliquid contra libertatem ecclesiasticam statuatur, num singuli excommunicentur, cum vniuersitas non possit ex-

com-

communicari? Suar. nu. 88. affirmat. Intelligit singulos de vniuersitate statuentes.

Includitur qui vtitur consuetudine contra libertatem ecclesiasticam. Say. ibi. num. vltimo.

188
Consuetudo contra libert. ecclesiasticam.

PRAETER IVRIS CANONICI dispositionem.

Adest alia excommunicatio pro hac eadem materia in c. Noueritis. de sent. excom. Vide Nau. c. 27. num. 110. explicantem.

DECIMOSEXTO

Excommunicantur impediētes Prælatos ne sua iurisdictione utantur, quique illorum, & delegatorum iudicia eludentes ad curiam secularem recurrunt, aut contra illos decernunt. Præstantesq; auxilium, consilium, patrocinium, & fauorem.

PRAELATVS est, qui habet iurisdictionem ordinariam, non delegatam, fori contentiosi etiam ex iure speciali, vt præscriptione, vel priuilegio, c. Decernimus. de iudic. Sil. prælatus.

199
Prælatus qui.

Sed & Say. c. 20. n. 4. censet hac censura teneri, qui in ea verita, agit contra Ordinariū, cū procedit non vt Ordinarius, sed tanquam

190
Delegatus an ordinarius.

Sedis Apostolicæ delegatus. Imo includit de legatum ab ordinario. bulla claræ.

191
Impediens
prælatos
sua iurisdic-
tione
viti.

Tenetur hac censura.

Qui quosvis Prælatos, vel iudices ecclesiasticos ordinarios impedit directè, vel indirectè ne sua iurisdictione utantur, carcerando vel molestando eorum agentes, procuratores, familiares, nec non consanguineos, & affines.

Qui recurrunt ad curias seculares, vel alias eludunt sententias iudicum ecclesiasticorum ordinariorum, vel delegatorum.

Qui procurat a Curijs secularibus prohibitiones, aut mandata, etiam personalia, contra sententias Ordinariorum, aut delegatorum.

Qui decernit huiusmodi prohibitiones aut mandata.

Exequentes eadem.

Dantes consilium, auxilium, patrociniū, & fauorem: id est secuto effectu.

Patrocinium intellige vt supra num. 21.

192
Auxiliū
fauorem
patrocinium
præstans.

An omnia hæc debeant concurrere, cum copulatiua declarentur, vel an sufficiat quæuis illorum? Vere copulatiuam requirit consensum copulatorum extr. ad conditorem, de sent. excom. verum attenta mente bullæ credo singula sufficere.

DECIMO SEPTIMO 193

Excommunicantur Usurpantes Sedis Apostolicæ, & quarumcumque ecclesiarum iurisdictiones, vel etiam fructus sequestrantes.

Usurpans iurisdictionem ecclesiasticam, & sequestrans fructus.

Ista usurpatio debet esse iurisdictionis ecclesiastici fructus, redditus, vel prouetus; ergo non patrimonialis, etiamsi per ecclesiasticum possessi.

VSVRPARE, idest, quasi sua sibi appropriare. Tol. c. 29. Gaet. vult sufficere usurpare, vt res ecclesiasticas. Say. vero c. 21. nu. 4. ait sufficere si usurpentur absque alio respectu, dummodo usurpans sciat esse ecclesiæ. Ideo latro furto auferens non fit censuræ reus, quia non usurpat. Nau. & Say.

194
Usurpare quid.
195
Latro non dicitur usurpare.

Sufficit dicta bona sint ecclesiæ vacantis. Nau. c. 27. nu. 69. fine. Say. c. 21. Suar. ibi. nu. 97. Tol. vero c. 29. nu. 6. negat.

196
Ecclesiæ Cardinales, & Legati.

An includantur dantes ad hoc consilium, auxilium, vel fauorem. Tol. c. 30. nu. 6. affirmat, & hoc esse commune istis censuris, a decima quarta, vsque ad hanc inclusiue.

197
Dans consilium auxilium, &c. an inclusi.

D E C I M O O C T A V O

293 *Imponeret onera ecclesiasticis* *Excommunicantur imponens decimas, & alia onera personis ecclesiasticis, Ecclesiis, Monasteriis, aut eorum fructibus.*

294 *Etiā pa trimontalibus.* **N**on solum beneficij. omnes. Sed etiam patrimonialibus. Say. c. 22. n. 9. Tol. c. 30. nu. 4. Nau. vero c. 27. n. 115. & Suar. n. 99. contrarium docent.

295 *Exigentes etiam a sponte dantibus.* Etiam exigentes. omnes. dummodo de re sufficienti pro mortali. omnes. Exigentes. etiam a sponte dantibus, dum tamen impositio includat etiam clericos; videlicet solvant tot tam laici, quam clerici, quia si clerici exclusi, recipiens a sponte dante, nō afficitur censura. Say. c. d. num. 10. omnes. sedet pœna, quæ olim erat pro sponte dante sublata est per c. Quod olim. extr.

296 *Gabella de minutis portorij an licita.* An gabella de minutis proprijs, seu pedaggijs licita? Nau. c. 27. n. 69. not. 7. videtur excusare a censura non video rationem, quia bulla clare obstat, certè quantumvis minima constituit summam notabilem, & per consequens sufficiens ad mortale. vide n. 77.

297 *Consul nō resistens inposit ga belle.* Consul, Gubernator, consiliarius dum d. onera decernuntur, si pro viribus contradicit, immunis est a censura, etiamsi non cedit

officio. Nau. c. 27. nu. 115. Suarez. nu. 101.

Includitur censura qui directè, vel indire
ctè per se, vel per alios ista prohibita exequi
procurat, aut dat consilium, auxilium, vel fa
uorem. bulla.

198

*Dans con
silium au
xilium fa
uorem.*

Innouantur hac censura secundum Tol.
c. 30. num. 5. omnia decreta, & Conc. gene-
ralia, & canones super hanc materiam lati
Inueniuntur autem de hac re hi canones. c.
Non minus & c. Aduersus. de immunit. ec-
cles. c. Quoniam. in 6. eodem titul. & c. Quod
olim. extr. forte bulla quæ erat tempore.
Tol. ita intelligenda erat. At bulla ista ait.
Innouantes decreta super his per sacros ca-
nones tam in Lateranensi nouissimo celebra-
to, quam alijs Concilijs generalibus edita.
Sed cum c. Quoniam & c. clericis sint Boni-
facij, & c. quod olim sit Benedicti, renouans
tamen Conc. Lateranen restat c. Aduersus &
c. Non minus esse Concilij, & hos bulla in-
nouari. Decernunt autem dicta capita vt est
dictum supra.

199

*Innouati
canones,
qui.*

Porrò per c. Aduersus, successor in regimi-
ne ei, qui onus imposuit, si hic non satis fa-
ciat, ille tenetur satisfacere: Quod si intra mē-
sem, si per eum non stetit, non satisfecerit, in-
cidit in excōicationem, non tamen hanc bul-
læ. sed canonis, nemini reseruatã. Suar. ibi. n.
100. Satisfaciat vero excōibus bonis, seu cu-
rabit vt qui bona accepit restituat. Quod si

200

*Successor
eius qui
onus im-
posuit ad
quod tene-
tur.*

per eū non stetit nō incidit. Suar. ibi. Tol. l. 1. c. 38. n. 5. satisfactionē vult ita intelligendā, vt satisfactio fiat per eum in cuius commodū conuersa est collecta, vel contributio, deinde de delicto puniatur arbitrio iudicis: Si tamen satisfactionē non potest obtinere, renitente vniuersitate, sicut non tenebatur officium non acceptare, sic non tenetur eum dimittere; tutius esset si dimitteret, tamen si non dimiserit non est excōicatus. Tol. ibi.

DECIMONO

Excōmunicantur Iudices seculares, qui se interponunt in causis capitalibus, seu criminalibus contra ecclesiasticas personas.

201
Contra
immuni-
tatem per-
sonalem
clerici.

IVDEX seularis quo ad hoc est, qui iudicat vt laicus, etiam si sit persona ecclesiastica; vide num. 191. etiam si agat sub spe licentiæ obtinendæ a Sanctissimo etiam peritæ, & solitæ dari in similibus; quia agit dum nondum potest.

202
Persona
ecclesiasti-
ca que.

Persona ecclesiastica quo ad hoc priuilegium est, si iuxta Trid. sess. 23. c. 6. de ref. habitum deferat clericalem, & tonsuram, & alicui ecclesiæ de mandato episcopi adscripta sit.

Perstringitur hoc maledicto quicumque

quo-

quomodocunque concurrat ad præfata, vt notarius, scriba, executor, subexecutor. Bulla. etiam si pœna sanguinis non condemnetur, vel non exequatur. omnes.

203
Quomodo
documq;
concur-
rentes.

Imo minister iustitiæ capiens, vel etiam leniter percutiens clericum pro causa criminali, est pro absolutione, ad Sanctissimum, mittendus.

EXCIPITVR ab hac censura, qui hic vetita agit, ex licentia specifica a Summo Pontifice sibi data, idest, ad cognoscendum pro tali delicto. Suarez. num. 103.

204
Excusari
ab hac ce-
sura.

Item si clericis priuilegium fori perdidit. An excusetur, qui putat hic vetita sibi licere, prætenso priuilegio.

Quæres fortè, An percutiens clericum, non deferentem habitum, & tonsuram, iuxta Trid. vbi supra excommunicetur? Say. de cens. 3. c. 27. nu. 10. Suar. vbi sup. d. 22. sect. 1. num. 6. volunt a censura excusari. Comit. vero resp. mor. l. 6. q. 20. ait, ex decreto Cõg. non excusari, quia ecclesiastici habent duplex priuilegiũ, vnum FORI, de quo in hac bulla, alterum canonis de quo c. si quis suadente & priuilegium canonis non perditur, si non deferatur habitus, & tonsura.

205
An percu-
tiens cleri-
cum non
ferentem
habitum ex-
communic-
cetur.

VIGESIMO

206 *Occupantes loca ecclesie Romanæ.* *Excommunicantur occupantes bona, aut terras Ecclesie Romanæ, & illius iurisdictionem vsurpantes.*

207 *Inuasio sufficit.*

Sufficit pro maledicto contrahendo inuasio quorumlibet locorum dictæ Ecclesie mediate, vel immediate ei subiectorum, etiã ratione inimicitie, vt dum ciuitas in partes est distracta. Say. cap. 24.

Sufficit etiam vexatio eorundem locorum. omnes.

208 *Num pro defensione inuasio licita.*

Num regulus bellum gerens cum alio regulo Pontifici subdito, possit illius ditionem inuadere? Non, vi huius canonis.

209 *Episcopus non absoluit.*

Episcopus in his casibus, non absoluit, etiamsi occultis. non fauente Trid. sess. 24. c. 6. de refor. liceat, &c.

210 *Absolutio in morte.*

Absolutio in morte datur, vt dicitur c. 5. a nu. 24. Si absoluendus deliquit contra libertatem ecclesiasticam, non prius absoluendus, quam decreta, pragmaticas, & similia contra præfatam libertatem sancitas, eraserit e libris, & sustulerit, e locis vbi posuerit. Bulla.

F I N I S.

IN-

I N D E X

R E R V M

ET MATERIARVM.

A

- A**bsentiæ iustæ causæ. c. 1. n. 12. Licentia quantum durat. c. 1. n. 14.
- Absolutio generalis ab excommunicatione ignota, c. 12. nu. 63. In morte an detur a reseruatis præsentis superiore. c. 7. n. 74. ab excommunicatione & reseruatis quando detur. c. 7. nu. 45.
- Absolutus in morte ab excommunicatione sepelitur in sacro. c. 7. n. 73.
- Absoluendum a quibus in morte. c. 7. nu. 72. an sit pro fugiendo scandalo. c. 7. n. 43.
- Absoluto inualida in iubileo a censura. c. 7. nu. 29.
- Absolutio censurati in morte, & eius practica. c. 5. n. 26, 27.
- Absoluatur quomodo dubius an mortaliter deliquit. c. 7. n. 51.
- Absoluendus an sit qui alias confessarium elusit. c. 7. n. 98.
- Absoluatur quomodo qui specierum peccati

I N D E X

ti non meminit. c. 7. n. 92. an qui est in
 statu mortali. c. 7. nu. 93 97. an concubi-
 narius. cap. 7. num. 94.

Accedens ad confessionem cum vanitatibus
 quomodo practicandus. c. 7. n. 3.

Admonitio in prædicatione de quibus fa-
 cienda. c. 3. n. 21.

Aduena cogitur ad sacramenta. c. 7. n. 54.

Articulus mortis quis. c. 7. n. 77.

Articulo in mortis quomodo absoluetur ex-
 communicatus. c. 5. n. 24.

Aqua baptismi an benedicenda. c. 6. n. 4.

Aqua pro baptismo quanta necessaria .
 c. 6. n. 7.

Assistentia curati matrimonio qualis. c. 10.
 n. 20. quo habitu. c. d. n. 21.

Atrox minax quomodo tractandus . cap. 7
 nu. 41.

B

Baptismi ætas. c. 6. n. 1. materia. c. d. n. 2.
 materia non apta. c. d. n. 2. materia du-
 bia. c. d. nu. 3. liber. c. 6. nu. 44. solemnita-
 tes quando supplendæ. c. 6. n. 23.

Baptismo necessaria contritio. c. 6. n. 17.

Baptismus in partu. c. 6. n. 8.

Baptizans domi in necessitate obseruet. c. 6.
 n. 22.

Baptizari quis possit vel non possit. c. 6. n. 13

Baptizatum non scribere quale peccatum .
c.6.n.46.

Baptizandi modus, c.6.n.6.

Baptizandum quando aqua dubia.c.6.nu.5.

Baptizetur quomodo cum non datur tem-
pus consulendi.c.6.n.11.

Beneficia pinguiora acquirere per concur-
sum an liceat.c.1.n.36.

Beneficium adipiscens animo non residendi.
c.1.n.37.

Benedictio nuptialis cui danda.c.10.n.48.an
danda non virgini.c.d.n.49. an simul pos-
sit dari multis.c.d.n.50. a quo danda. c.d.
nu.51.

Bona fides,c.15.n.46.

Blasphemus in morte an sepeliatur in sacro.
c.14.n.7.

Breuia, & superstitiosa.c.12.n.57.

C

Calix quomodo mundetur.c.2.n.35.

Canones & bullæ, quando praualeant.
c.15.n.6.

Candela super sepulturas.c.14.n.14.

Casuum reseruatorum varia absolutio, c.
7.n.11.

Cautio pro defensione curati in periculo vi-
tæ,c.5.n.59. pro absoluteione quomodo de-
tur.c.5.n.25.

I N D E X

- Casus reservati qui. c. 7. n. 48.
 Casu in difficili quid agendum. c. 7. n. 42.
 Causa grauis pro licentia curati quæ. c. 1.
 nu. 27.
 Celebretur quoties in mortali cum sola con-
 tritione. c. 5 n. 46.
 Circumstantiæ quæ necessario confitendæ. c.
 15. n. vlt.
 Cogendus an aliquis ad baptismum. cap. 6.
 nu. 16.
 Cogendi quomodo non confessi in Paschate.
 c. 7. n. 56.
 Compatèr quo actu quis efficiatur. cap. 6.
 num. 35.
 Compaternitas an contrahatur ad sacramen-
 talia. c. 6. n. 36.
 Compaternitates plures an eodem die pos-
 sint contrahi. c. 6. n. 39.
 Commendatio animæ. c. 13. nu. 13. quomodo
 faciendâ. c. 13. num. 14. eius practica. c. d.
 n. 15.
 Communio quomodo frequentanda. c. 8. nu.
 10. non negatur vili, vt carnifici. c. d. n. 11.
 an detur pro scandalo vitando. c. d. nu. 15.
 non detur timorem incutienti. c. d. nu. 16.
 non detur accedenti cum vanitatibus. c.
 d. n. 17. an detur ignoto. c. d. n. 18. qua ho-
 ra detur infirmo. c. d. nu. 20. an bis detur
 eodem infirmo. c. d. n. 21. quomodo detur
 infirmo. c. d. n. 26.

Com-

I N D E X

- Communio cui negatur.** c. 5. n. 13. an ferenda equo vel pedes. c. 8. n. 41. an possit ferri per secularem. c. d. n. 42. quibus infirmitatibus neganda. c. 8. n. 30. quomodo danda in magna incommoditate. c. 8. n. 33. quando in morte negetur. c. 8. nu. 38.
- Communione petere publice, & priuate** quid. c. 5. n. 13. an indecentia loci vel immunditia impediatur. c. 8. n. 32.
- Communicandus an phreneticus.** c. 8. n. 31. 32. an rabidus, c. 8. n. 35. an habens cancerum, vel vlcus, c. d. n. 37. quis. c. 8. n. 9.
- Communicandi hora.** c. 8. n. 8. instruendi. c. d. n. 2. 3. 4.
- Communicandum an instrumento,** c. 8. n. 35.
- Communicatus qui statim moritur.** cap. 8. nu. 27.
- Communicetur an infectus.** c. 8. n. 34. an peste infectus, c. d. n. 36.
- Collectæ pro causa pia.** c. 12. n. 62.
- Concionator scandalosus quomodo tractandus,** c. 12. n. 71.
- Confessio rudis non integra quomodo repetenda.** c. 7. n. 24. an dimidianda & quomodo, c. 7. n. 39. vbi & quomodo audienda, c. 7. n. 1. in formis an satisfaciatur præcepto, c. 7. n. 61. quomodo reualidanda, c. 7. n. 66. muti qualis, c. 7. n. 15. non integra quando, c. 7. n. 79. quæ fiat publice, ibi. quo habitu domi excipiat. c. 7. n. 100.

Con-

I N D E X

- Confessio non integra quando non repetenda, c. 7. n. 27. 28. infirmi quomodo audienda. c. 7. n. 78.
- Confessione non integra quomodo absoluedum, c. 7. n. 91.
- Confessiones prolixæ quomodo tolerandæ. c. 7. n. 85.
- Confiteatur an alienus quando. c. 7. n. 8.
- Conditio in reiteratione sacramentorum an explicanda, c. 5. n. 53.
- Conditionale matrimonium contrahens, c. 10. n. 42.
- Coniugati absque præsentia curati, cap. 10. num. 58.
- Consensus matrimonij renouatio an bona. c. 10. n. 54.
- Conscientiæ bonæ sit curatus. c. 11. n. 2. 3.
- Consiliûm pro legatis pijs. c. 13. nu. 11. pro astantibus infirmo. c. d. nu. 12. bonum pro dispensationibus. c. 15. n. 43.
- Considerate legendi auctores. c. 15. n. 9.
- Consumatio matrimonij ante traductionem. c. 10. n. 57.
- Consuetudo tollit legem, c. 15. n. 23. publica non condemnanda faciliter, c. d. n. 24.
- Contritionis modus. c. 5. n. 44.
- Corporale quomodo conseruetur mundum. c. 2. n. 34.
- Credendum an pœnitenti qui iuslâ non impleuit. c. 7. n. 75.

Credulitas excusat. c. 15. n. 47. ^{ca. 107. 108. 109.}
 Culpa quæ obliget. c. 15. num. 50. vbi non est
 nec pœna debetur. c. 15. n. 50. ^{ca. 109. 110.}
 Curato absente quis det Vicarium. c. 1. n. 19
 Curatus, quando possit retinere fructus ma-
 le perceptos, c. 1. n. 25. an excusetur si diffi-
 cilia per alium faciat. c. 1. nu. 10. an non
 exercens suum officium bene resideat, c.
 1. n. 11. absens an lucretur fructus, cap. 1.
 num. 2. 2. absens sine licentia, sed cum cau-
 sa an perdat fructus. c. 1. n. 23. ^{ca. 111.}
 Curatus sit humilis. c. 11. n. 4. de omnibus be-
 ne loquatur, c. d. n. 4. & illius vestitus. c. d.
 n. 5. sit bonis moribus. c. d. n. 6. socios bo-
 nos habeat, c. d. n. 7. quærat amari a suis.
 c. d. n. 8. instructus sit de quibus. c. d. nu. 9.
 eius conuersatio. c. d. n. 10. dissimulet que-
 dam, c. d. n. 11. sit lenis. c. d. n. 12. sit mansue-
 tus. c. d. nu. 13. sit ingeniosus. c. d. nu. 14. sit
 multus in oratione, c. d. n. 16. nec festinet
 nec sit morosus. c. d. n. 17. quando omnino
 non possit abesse, c. 1. n. 16. etiam cum pe-
 riculo vitæ quando non absit. c. 1. n. 17. an
 absit pro recreatione. ibi. n. 18. an maneat
 semper domi. c. 1. n. 6. in quo loco nocte
 habitet. ibi. n. 7. an resideat per alium, c. 1.
 n. 8. an legata respuat. c. 12. n. 73. an cogat
 populum ad oblationes. ibi. n. 74. an obla-
 tiones respuat. ibi. n. 75. an cogatur dare
 licentiam confitendi alibi suis. c. 12. n. 25.

an

I N D E X

anexorcizandi det licentiam, c. d. n. ibi. an
 exorcizet alienos. ibi. an teneatur exige-
 re legata. c. d. nu. 72. an resideat. c. 1. nu. 1.
 quo iure. ibi. strictius residet Episcopo. c.
 1. n. 2. etiam iuste absens vicarium relin-
 quat. c. 1. n. 13. quando vero non. c. d. n. 15.
Curatus quando bis sacrificet. c. 8. n. 12. an
 consecret absque consecratione, c. 8. n. 14
 an lauet digitos post communionem, c. 8.
 n. 19. an se ipsum communicet. c. 8. nu. 23.
 24. non ieiunus an celebret. c. 8. n. 25. non
 ieiunus quomodo sumat reliquias, c. d. nu.
 40. an in aliena parochia coniugat matri-
 monio. c. 10. n. 17. an in alieno Episcopa-
 tu, c. d. n. 18. an alienus de licentia proprii
 assistat. c. 10. nu. 19. qui habet paruas do-
 tes. c. 11. nu. 21. qui curatam ob diuitias
 quærit. c. d. n. 22. qui est scrupulosus. c. d.
 n. 24. qui est pusillanimis. c. d. n. 23. qui co-
 gnoscat ante adoptionem curatæ, c. d. nu.
 25. Exterus non bene quærit curatam. c.
 d. n. 26. qui succedit viro magnæ dotis. c.
 d. n. 27. qui curatam quærit in qua ante-
 cessores male excepti. c. d. n. 28. non decer-
 tet cum Episcopo, c. d. num. 32. moderati
 agat. c. 11. n. 33. quomodo agat cum Epi-
 scopo nouo, c. d. n. 34. artificio quando v-
 tatur, c. d. n. 35. nouus quid agat antequã
 reformet. c. d. n. 36. difficilia non tollit si-
 mul, sed per partes, c. d. n. 37. bona paula-
 tim

I N D E X

tim proponit. c. d. n. 38. indifferentia quā-
 do concedit. c. d. n. 39. odiosus beneficium
 commutet. c. d. nu. 40. degens inter malos
 quomodo se defendat. c. d. n. 41. ~~ostendat~~
 Curatus curet ne mali conueniant. c. d. n. 42
 pertinaciter rem petente quomodo re-
 spondeat. c. d. nu. 43. quæ non aggreditur
 absque consensu populi. c. d. n. 44. non an-
 teponat multis paucos. c. d. n. 45. contra-
 ternitates quando introducat. c. d. n. 46. in
 fundatione monialium quomodo se ge-
 rat. c. d. n. 47. campanæ, & organa non pul-
 sentur. c. d. n. 48. reos capitales ad mortē
 disponat. c. d. n. d. quibus non se immisceat
 ibi. suspectos quos corrigat. c. d. n. 50. pru-
 denter videat quæ scribit. c. d. n. 51. depōsi-
 tas pecunias quomodo recipiat. c. d. n. 52.
 si vocetur dum aliud sacramentum admi-
 nistrat. c. 5. n. 35. an properet seminestitus
 c. 5. nu. 37. an curat vt festinet. c. 5. nu. 38.
 quomodo sit in gratia in administratione
 sacramentorum. c. 5. n. 40. quomodo con-
 terratur. c. 5. nu. 41. an per singula sacra-
 menta contratur. c. 5. n. 41. quoties pec-
 cet administrando sacramenta in morta-
 li. c. 5. n. 43. excommunicatus an celebret.
 c. 5. n. 47. excommunicatus sine confessio-
 ne an celebret. c. 5. n. 48. quomodo admi-
 nistret sacramenta. c. 5. n. 49. an omnibus
 digitis sacramenta administret. c. 5. n. 50.

I N D E X

an dum actu portatur possit sacramenta
 administrare. c. 5. 50. an det licentiam ad-
 ministrandi sacramenta, c. 5. nu. 51. in in-
 terdicto an sacramenta det. c. 5. n. 55.
Curatus quando excusetur non dare sacra-
 menta infirmo, c. 5. n. 60. si protestetur nol-
 le ire de nocte pro sacramentis, non valet
 c. 5. n. 61. an peccet se non defendendo. c.
 5. n. vlt. an teneatur facere aperire graui-
 dam mortuam, c. 6. n. 10. quid aget ne re-
 baptizet male. c. 6. n. 21. excusatus admit-
 tens patrinum prohibitum quando, c. 6. n.
 32. an excommunicet tenentes pueros in
 lecto. c. 6. n. 48. an teneatur audire confes-
 siones suorum toties quoties petiuerint.
 c. 7. n. 2. an omnes de Episcopatu audiat.
 c. 7. n. 4. an absoluat pœnitentes alterius
 Episcopatus vicini. c. 7. n. 5. an introducat
 talem consuetudinem, c. 7. nu. 6. quando
 alienum possit audire. c. 7. nu. 9. an tenea-
 tur audire vagum, c. 7. n. 13. quomodo au-
 diat quem non intelligit. c. 7. nu. 14. an de
 multis vnum præferat in confessione. c. 7.
 n. 40. an absoluat sub rati habitatione, c. 7. n.
 44. an suos vbique absoluat. c. 7. n. 46. quo-
 modo eos audiat extra episcopatum, c. 7.
 47. quomodo se gerat in casibus reserua-
 tis, c. 7. n. 49. quomodo absoluat habentē
 casus episcopales. c. 7. nu. 50. an absoluat
 excōicatos a iure. c. 7. n. 52. quō erit tutus
do

I N D E X

vt sui in Paschate communicent. c. 7. n. 4.
 Curatus an teneatur absoluere auditum, c.
 7. n. 57. rigidus, vel scrupulosus an peccet.
 c. 7. n. 57. quando nō absoluat etiam si pos
 sit. c. 7. nu. 57. non valens absoluere quid
 aget. c. 7. n. 60. det opem externam peten
 ti, c. 7. n. 62. non iubens restitutionem, c. 7.
 n. 63. errans in absolutione, c. 7. n. 64. quid
 aget si cogatur reuelare confessionē, c. 7.
 n. 65. an vnquam petat licentiam reuelan
 di confessionē, c. 7. 67. quomodo curabit
 suos infirmos confiteri, c. 7. n. 101. an acci
 piat pecuniam pro pœnitentia, c. 7. num.
 104. pœnitentiam pro infirmo impleat.
 c. 7. num. 103. an sacrificet pro populo, c.
 2. n. 1. quoties sacrificet. c. 2. n. 2. an appli
 cet missam. c. 2. n. 4. an possit facere cele
 brare per alium. c. d. nu. 5. raro celebrans
 an excusatus. c. 2. n. 6. an bis celebret eo
 dem die. c. 2. nu. 7. quandiu expectabit pro
 dicenda missa. c. d. n. 8. an celebret sine mi
 nistro, c. d. n. 9. quid aget si post canonem
 cogatur interrompere missam. c. 2. nu. 12.
 an possit supersedere in missa. c. d. nu. 13.
 excommunicatus an in altari confitea
 tur. c. 2. n. 15. quādo dicat missā non dicto
 officio. c. 2. n. 17. quātū det celebranti pro
 fe, c. d. n. 18. an det pitantias diminutas, c.
 d. n. 19. diues an accipiat stipem pro mis
 sa. c. d. n. 20. an transferat obligationem,

I N D E X

celebrandi in alium diem. c. 2. n. 22.

Curatus an debeat celebrare minima sipe.
 c. d. n. 23. pauper an plura stipendia simul
 accipiat. c. d. n. 24. an possit accipere plus
 solito promissa dicenda. c. d. n. 25. quæ de-
 nunciat ex altari. c. d. n. 29. an sub morta-
 li denunciationes faciat. c. 2. nu. 32. missas
 insolitas fugiat. c. 2. nu. 36. non benedicat
 vestes sacras. c. 2. nu. 37. an eat ad altare
 cum baculo. c. 2. n. 39. indecentia in gestu
 euitet. cap. 2. num. 40. tenetur prædicare.
 c. 3. n. 1. per se, n. 2. per alium, nu. 2. an vn-
 quam a prædicando excusetur, c. 3. n. 3. an
 det alteri licentiam prædicandi, c. 3. nu. 4.
 exhortationem faciendi, c. d. n. 4. quando
 prædicet, c. 3. nu. 6. etiam si populus nolit.
 ibi. quomodo prædicabit. c. 3. n. 7. a quo lo-
 co prædicabit. c. 3. n. 9. an prædicet subti-
 lia. c. 3. n. 12. quid prædicabit, c. 3. n. 10. ca-
 sus conscientie non proponat. c. 3. nu. 11.
 an & quomodo interpretetur sacram scri-
 pturam, c. 3. nu. 18. quid aget cum adultis
 pro doctrina Christiana, c. 4. n. 7. an admi-
 nistret sacramenta, c. 5. n. 1. an querat in-
 digentes sacramentis. c. 5. n. 2. an sub pec-
 cato offerat sacramenta. c. 5. n. 3.

Curatus quomodo peccet se exose exhiben-
 do in administratione sacramentorum, c.
 5. nu. 9. an aliquid pro sacramentis reci-
 piat. c. d. n. 11. non iubens restitutionem.

I N D E X

an teneatur ipse. c. 5. n. 19. an absoluat ad-
 uenam. c. 5. n. 29. an vota commutet. c. 5.
 n. 30. quomodo properet pro administra-
 tione sacramentorum. c. 5. nu. 34. quærat
 peccatores publicos. c. 12. nu. 1. quomodo
 eos quærat. c. d. n. 2. an corrigat peccata
 publica. c. 12. nu. 8. an mala occulta impe-
 diat. c. 12. n. 10. quomodo det licentiam la-
 borandi in festo. c. 12. nu. 13. 14. restituens
 alienum pro se potest retinere. c. 12. n. 28.
 inducat deuotiones in populo. c. d. nu. 29.
 consuetudines loci obseruet. c. d. n. 30. 31.
 consilium contra tertium non det. c. d. nu.
 32. sit elemosinarius. c. d. n. 33. 34. quomo-
 do adiuuet pauperes. c. d. n. 35. an paupe-
 res quærat. c. d. nu. 36. de elemosinis pijs
 quid. c. d. n. 37. sit hospitalis. c. 12. n. 38. de-
 fēdat miserabiles. c. 12. n. 39. faciat paces
 c. 12. n. 40. an peccet nō scribēdo baprizā
 ros. c. 12. n. 44. fides matrimonij baptismi
 an faciat. c. d. n. 45. reuelationes excōica-
 tionis. c. d. n. 46. studeat sacerdotali. c. d. n.
 47. ad incendia quid agat. c. d. nu. 47. a
 quibus caueat. c. 12. n. 48. reliquias propo-
 nere. indulgentias. excommunicationes.
 ædificare. pingere. lactare iudeis. ibi. in-
 euentu insolito quid aget. c. 12. n. 49. in-
 exactiōe creditorum. c. d. nu. 50. caueat
 ne lenocinium faciat. c. d. n. 66. an tangat
 pulsus infirmi. c. 13. n. 3. an det & quomo-

I N D E X

- do indulgentias in morte, c. 13. nu. 6. post confessionem, & communionem infirmi quid aget. c. 13. n. 5. quid respondeat petenti rem indignam, c. d. n. 11. prohibeat in solita super mortuum, c. 14. nu. 9. quomodo exigat emolumenta sepulturæ, c. 14. nu. 10. habeat paucos sed bonos libros, c. 15. nu. 1. libros quot habeat. c. d. n. 2.
- Curata pauper. c. 11. n. 30. in loco litigioso. c. 11. n. 29.
- Curati quomodo se inuicem in confessione audiant. c. 7. n. 18. etiam si sint diuersorum Episcopatum. ibi. n. 19. honestas, & modestia. c. 11. n. 31.

D

- D**ecreto malo populi an curatus obuiet
c. 12. n. 65.
- Denunciations faciendę per scripturam.
c. 2. n. 31.
- Diaconus quando communicet. c. 8. nu. 43.
- Digitus quomodo purgandi post tractationem oleorum sacrorum, c. 6. n. 7.
- Disputare de fide quando curatus prohibeat. c. 3. n. 13.
- Distributio in absentia alterius curati. c. 14. n. 15.
- Doctrina Christiana quid. c. 4. n. 1. sub qua forma docenda, c. d. nu. 2. 13. 14. quomodo bene

I N D E X

bene doceatur, c. d. n. 3. 8. docenda, c. d. nu.
4. a quo docenda, c. d. n. 5. quando docen-
da, c. d. nu. 6. vbi docenda, c. d. nu. 15. quan-
tum durabit, ibi, n. 16.

Doctrinae termini possidendi, c. 15. n. 7.

Dolus quos cōtractus in conscientia rescin-
dat, c. 15. n. 48.

Dubium in forma baptismi, c. 6. n. 18.

E

Ecclēsia si polluatur inter sacrificandum
c. 2. n. 44.

Episcopus in quibus dispensat, c. 15. n. 42.

Error in prolatione formae sacramentorum
quomodo supplendus, c. 5. n. 56.

Excommunicatio quando incurritur, c. 15.
num. 37. Papalis delegata quomodo ab-
soluatur, c. 7. n. 45.

Excommunicatus quomodo audiendus, c. 7.
n. 20. nullo honore funeris honorandus, c.
14. n. 6.

Excommunicandi an tenentes pueros in le-
cto, c. 6. n. 48.

Exorcismi in baptismo omitti supplendi, c. 6
n. 23. in baptismo an possint fieri in plura-
li, c. 6. n. 42. an possint fieri disiunctim a ba-
ptismo, c. 6. n. 43.

Exorcizet curatus suos, c. 12. n. 26.

Extrema vntio an danda infirmo statim.

I N D E X

occidendo, c. 9. nu. 4. an danda cum mini-
 stro, c. 9. n. 11. an ferenda cum lumine, c. 9.
 n. 12. an bene retineatur domi. c. d. nu. 13.
 quo ritu danda. c. d. num. 14. 20. quomodo
 danda, c. d. n. 15. an danda sub peccato, c.
 9. n. 3. cui danda. c. d. n. 4. quando danda, c.
 d. n. 5. data extra periculum mortis, c. d. n.
 6. quis dat eam. c. d. nu. 7. an danda solum
 petenti, c. d. n. 9. an danda peste infecto. c.
 d. n. 22.

E

Extreme vñtionis oleo veteri an vtendum.
 c. 9. n. 1. si deficiat quid agendum. c. d. n. 2.
 Extreme vñtionis an necessaria contritio,
 c. 9. n. 10.
 Extremam vñtionem an plures sacerdotes
 simul dent. c. 9. n. 8.

F

Fabricantes lōge a curata an impediē-
 di. c. 12. num. 60.
 Facienti maius malum an minus consulen-
 dum. c. 12. num. 9.
 Festa quæ obligent ex consuetudine. cap. 12.
 num. 16.
 fetus quantum superuiuat matri mortuæ. c.
 6. num. 9.
 Fidei rudimenta quæ de necessitate scienda.
 c. 4. num. 11.
 Fructus male percepti cui restituendi. c. 1.
 num.

I N D E X

num. 26. beneficij qui. c. 1. nu. 31. quos non
residens ammittit. c. 1. nu. 34.

H

H Abitu peccare quid. c. 15. nu. 49.
H Hæreticis quomodo obuiandum. c.
12. num. 67.

Humilis sit curatus. c. 11. nu. 4.

Hebes quid credat. c. 4. nu. 9. quomodo igno
rans excusetur. c. 4. num. 10.

I

I Gnorans rudimenta fidei an a sacramen
tis arcendus. c. 4. nu. 12.

Ignorantia qualis excuset. c. 15. nu. 27.

Inconsideratio & obliuio excusant. c. 15. n. 28.

Infirmus sine loquela an absoluedus. c. 7.

num. 86. non respondens in confessione. c.

7. num. 87. si moriatur curato absente. c.

1. num. 5. impetus audiatur. c. 7. nu. 79. no

minans diabolum. c. 14. nu. 7. omnis an

communicandus. c. 8. nu. 39.

Infirmi vbi audiendi. c. 7. nu. 99.

Infirmi an quærendi, pro sacramentis. c. 13.

num. 1.

In penalibus mitior eligitur. c. 5. nu. 22.

Impedimentum matrimonij secretum sciens.

cap. 10. num. 39.

In præiudicium tertij non iudicatur nisi de

claris

I N D E X

- claris. c. 15. num. 25.
- Impossibilitas excusat. c. 15. nu. 31.
- Inquisitio peccatorum publicorum quandiu
duret. c. 12. nu. 3.
- Intentionis regula. c. 15. num. 41.
- Interrogationi penitentis quomodo respon-
dendum. c. 7. nu. 34.
- Interrogationes in confessione an faciendæ.
c. 7. nu. 23. earum modus. ibi.
- Irregularitas quando contrahatur. cap. 15.
num. 38.
- Iuramenta quæ teneant. 15. nu. 44.
- Ius episcopi an curatus tueatur. c. 12. nu. 64.

L

- L**aboranti in festo quando credendum.
c. 12. num. 20.
- Lampas an ardeat ante Eucharistiam. c. 12.
num. 68.
- Legatis in pijs quid agendum. c. 13. num. 8.
quando ab eis deterreat curatus. cap. d.
num. 9.
- Legem quis interpretatur. c. 15. num. 33.
- Leges quando non obligent. c. 15. n. 32. quan-
do sunt sibi contrariæ quid agendum. c.
15. num. 34.
- Liber baptismi & mortuorum. c. 12. nu. 41.
mortuorum & confirmationis. c. 12. n. 43.
- Librum prohibitum an curatus reddat. cap.

I N D E X

12. num. 53. 54.

Libros malos an cōburat curatus. c. 12. n. 55.
an peccet curatus non destruens. c. d. n. 56.

Licentia absentia an det capitulum. c. 1. nu.
28. an det ordinario inferior. cap. 1. num.

29. pro obtinenda dare aliquid an peccatum. c. 1. nu. 30. absentia pro mendacium
an valida. c. 1. nu. 24. laborandi in festo. c.

12. nu. 12. quis dat eam. c. 12. num. 13. pro
quibus causis. c. 12. nu. 15. an danda gratis. c. 12. num. 17. cibi prohibiti. c. d. nu. 21.

non ieiunandi. c. 12. nu. 22. peregrinandi.
c. d. num. 24. confitendi foris. c. d. nu. 25.

Literæ dispensationis matrimonij quando
non necessaria. c. 10. nu. 38.

M

M Agistratus secularis non exerceat iurisdictionem in ecclesia. c. 14. nu. 8.

Mala occulta an curatus impediatur. c. 12. nu.
10. res an furanda vt destruat. cap. 12.
num. 58.

Mathematici & indouini. c. 12. nu. 61.

Matrimonium.

Matrimonio requisita a Conc. Trid. c. 10. n.

1. Denunciations. c. d. nu. 2. quis in eis dispensat. c. d. nu. 2. si interpollantur. c. d. nu.

4. si remittantur. c. d. nu. 5. interrupte reassumuntur. c. d. nu. 6. quomodo fiant si ad sit

impe-

I N D E X

- impedimentum. c. d. nu. 6. eorum practica
 c. d. nu. 7. vbi fiant. c. 10. num. 8. 9. quando
 fiant. c. d. nu. 10. quando curatus dimittat.
 c. d. num. 11. quibus diebus fests fiant. c.
 d. num. 12.
- Matrimonium an statim celebretur post de-
 nunciaciones. c. 10. nu. 13. vbi celebra-
 dum. c. d. num. 15. 16.
- Matrimonij minister. c. 10. nu. 14. testes. c. d.
 num. 22. eorum etas. c. d. nu. 23. quot te-
 stes cum impediunt. c. d. nu. 30.
- Matrimonium quando nullum. c. 10. nu. 24.
- Matrimonij tempus. c. 10. nu. 25. quando in-
 cipiat. c. d. num. 26. bona. c. d. nu. 28.
- Matrimonio qua prohibita tempore vetito
 c. 10. num. 27. dubium emergens. cap. d.
 num. 29.
- Matrimonij impedimentum sciens curatus
 an reuelat. c. 10. nu. 31. cum quanto pericu-
 lo. c. d. nu. 32. consensus non liber. cap. 10.
 num. 34. quomodo exprimatur. c. d. num.
 35. si dissentiant contrahentes. c. d. nu. 36.
- Matrimonium clandestinum quomodo reua-
 lidandum. c. 10. nu. 41. quando transeat
 in sponsalia. c. d. nu. 41. quomodo reuali-
 dandum si fit nullum. c. d. num. 52. inter
 infideles conuersos. c. d. nu. 53.
- Matrimonij forma. c. 10. num. 43. 45. 46.
- Matrimonio prohibenda. c. d. nu. 47.
- Matrimonium per procuratorem celebra-
 tum

I N D E X

- tum. c. d. num. 44.
 Mentiri in predicando an mortale. cap. 3.
 num. 15.
 Meretricis absolutio in morte. cap. 7. nu. 95.
 Meretrices an tolleranda. c. 12. nu. 6.
 Minanti gratia curato pro matrimonio
 quid agendum. c. 10. nu. 33.
 Miracula noua si fiant quid agat curatus. c.
 12. nu. 51. 52.
 Modus agendi cum haereticis. cap. 12. nu. 67.
 69. 70. dispensandi in praecipis ecclesiae.
 c. 12. nu. 23.
 Mola non baptizanda. c. 6. nu. 8.
 Mors an denuncianda infirmo. c. 13. nu. 2.
 Moriens actu quomodo absoluitur. cap. 7.
 num. 90.
 Mortis signa, & practica. c. 6. nu. 10.
 Mortua in partu an introducenda in eccle-
 siam. c. 14. nu. 12.
 Mortuorum aperitio an concedenda. cap.
 14. num. 11.
 Mortuus quando sepeliendus. c. 14. num. 1.
 qua hora. c. d. nu. 2. an gratis. c. dict. num.
 3. quando non sepeliendus. cap. dict. num.
 4. censuratus & absolutus in morte an se-
 peliendus. c. d. nu. 5.
 Mundicia rerum sacrarum. c. 2. nu. 33.
 Missa an interrumpenda & reassumenda. c. 2.
 nu. 10. an interrumpenda & discedendum
 ab altari. c. d. nu. 11. an dicenda non dicto
 matu-

I N D E X

matutino.c.2. n. 16. incepta si non perficiatur quid agendum.c.2.num.43.cantata curati an applicandæ.c.2.nu.25.eadē, an diuersa intentione possit duobus applicari.c.2.num.25.an possit dici pro petitione futura. ibi. pro dicenda an possit stipæ diminuta alteri dicenda dari.cap.2.num.19.an semel accepta possit augeri.c.2.num.25.

Missæ promissio gratuita quomodo intelligenda.c.2.nu.25.variæ promissiones quomodo intelligendæ.ibi.pars quæ possit applicari.c.2.nu.25.

Missæ de Requiem quando dicantur.cap.14.num.13.S.Gregorij.c.2.nu.44.

Missam interruptentis pæna.c.2.nu.14.non dicens in promisso loco an peccet.c.2.nu.25.promissam differre an peccatum.c.2.num.25.

Missarum in magno numero quid agendum.c.2.num.25.

N

Necessitas excusat.c.15.nu.30.
Necessaria licentia pro absentia bimestri.c.1.num.21.

Necessi an sit confessarium vidisse signa contritionis infirmi.c.7.nu.88.

Nomina gentilium an in baptismo imponenda

I N D E X

da. cap. 6. num. 25. plura an eidem possint
imponi capitulo 6. num. 25.

Non omne licitum in foro exteriori . cap.
15. num. 45.

O

Obstetrices, quid agendum cum illis pro
baptismo. c. 6. nu. 46. imperitæ prohi-
bendæ. c. 6. num. 47.

Opinio communis tenenda. c. 15. nu. 12. quæ.
c. d. nu. 13. quæ præferatur. c. d. nu. 14. con-
traria. c. d. nu. 15. equæ tuta. c. d. num. 16. do-
ctoris. c. d. num. 17. propria. c. d. num. 18.
magistri. c. d. nu. 19.

Opiniones quæ non sunt publicæ docendæ .
c. 15. num. 40.

Opinionibus diuersis concurrentibus in
casu quid. c. 7. num. 53.

Ordinatio & præceptum distinguuntur. c. 2.
num. 3.

P

Pacem nolens dare an absoluendus. c. 7.
num. 82.

Pannus & candela an possint seruire in ba-
ptismo secundo. c. 6. nu. 24.

Passio dum cantatur an sacerdos totum reci-
tet. c. 2. num. 41.

Par-

I N D E X

- Particulæ qua hora de nocte possint celebra-
ri, c. 8. n. 28. 29. consecrandæ an offeren-
dæ. c. 2. n. 27. si deficiant quid agendum, c.
d. n. 28.
- Particula si cadat. c. 8. n. 4. quomodo confer-
uetur. c. d. n. 6. quanta debeat esse. c. d. n. 7.
si desit pro communione, c. d. n. 13.
- Parturiens quomodo audienda, c. 7. n. 89.
- Paruitas rei in omni materia excusat. ca-
pitulo 15. numero 26.
- Paruuli quando baptizandi inuitis eorum
parentibus, c. 6. n. 14. intcijs eisdem. c. d.
n. 15.
- Patrinus an in baptismo necessarius, c. 6. nu-
26. quis possit esse. c. d. 27. 31. sua ætas, c. d.
n. 28. 29. an sciat rudimenta fidei, c. d. nu-
30. an admittendus qui prohibitus, c. d. n.
31. an respondeat in baptismo, c. d. nu. 37.
plurium filiorum eiusdem viri an possit ef-
se idem vir. c. 6. n. 38. an possit esse cogna-
tus. c. 6. n. 40.
- Patrini intentio an necessaria. c. 6. n. 41. quot
possint esse. c. 6. n. 33.
- Peccatum omne voluntarium. c. 15. n. 49.
- Peccata in prædicatione quæ admonenda. c.
3. n. 20. quomodo specie vel numero diffe-
rant. c. 15. n. 51. cordis quomodo multipli-
centur. c. d. n. 52. oris quomodo multipli-
centur. c. d. n. 53. operis quomodo multi-
plicentur. c. d. n. 54. & eorum grauitas quo-
mo-

I N D E X

modo cognoscenda. c. 15. n. 55.

Peccator publicus quandiu duret talis. c. 12. n. 4. docendus de veritate quando. c. 7. n. 33. publicus an experiatur de emendatione ante communionem. c. 12. n. 4. an statim absoluendus. c. 5. n. 31.

Peccator occultus an communicandus. c. 5. n. 21. infirmus & bona practica. ibi. an compellendus ad communionem in Paschate. c. d. n. 22.

Peccatori publico, & occulto an extrema vntio neganda. c. 5. n. 32.

Peccatoris publici matrimonium. c. 5. n. 33.

Peccatorum numerus impossibilis quomodo confitendus. c. 7. n. 25. an calculandus. c. d. n. 26.

Pœna non prædicantis. c. 3. n. 5. non residentis. c. 1. n. 32. quando debeat. c. d. n. 33. non residentis an moderanda. c. d. n. 35. laborantis in festo a quo remittatur. c. 12. n. 18. non debetur vbi non interuenit culpa. c. 15. n. 50. non debetur ante condemnationem. c. 15. n. 29.

Pœnitentia nemini negatur. c. 5. n. 23. publica quando detur. c. 7. n. 69. sanorum quæ. c. 7. n. 68. potest dari grauis sine obligatione. c. 7. n. 70. quæ danda moribundis. c. 7. n. 102. an possit mutari a secundo confessario. c. 7. n. 105. quomodo sit commutanda. c. d. n. 106. quoad vsque sit commu-

N n tanda.

I N D E X

- anda, c. d. n. 107.
 Pœnitentiam nolens an absoluendus . c. 7. n. 58. det curatus sub mortali. c. 7. n. 59.
 Pœnitens contrariæ opinionis quomodo ab soluetur. c. 7. n. 52.
 Pœnitenti an pro se, & contra se credendum. c. 7. n. 30. remisso pro absolutione an credendum, c. d. n. 31.
 Peregrini venientes in parochia. c. 12. n. 7.
 Persona scandalosa quæ. c. 12. n. 5.
 Pestæ infectus quomodo audiendus . cap. 7. num. 79.
 Planeta quomodo non benedicatur vsu. c. 2. num. 38.
 Populus quando patiatur non residente curato. c. 1. n. 9.
 Practica pro baptismo domi. c. 6. nu. 20. pro absolutione censurati in morte. c. 5. n. 26. 27. pro moriente & nolente confiteri. c. 7. n. 81. pro multis confessionibus in Paschate. c. 7. n. 17.
 Practica pro extrema vñctione . c. 9. nu. 16. 23. matrimonij. c. 12. n. 41.
 Prædicare in mortali mortale. c. 3. n. 14.
 Prædicatio curati quantum durabit. c. 3. n. 8.
 Præparatus, non præparatus quomodo in confessione audiendus. c. 7. nu. 21. quando audiendus. c. d. n. 22.
 Præsentare se quamprimum quid. c. 7. n. 75.
 Probabilitas quid in moralibus. c. 15. nu. 20.
 Pro-

I N D E X

Properandum quomodo pro extrema vñ-
ctiōe. c. 9. n. 21.

Prudentia curato necessaria. c. 11. n. 1.

Publicus peccator qui. c. 5. n. 14. 15. per quot
actus fiat talis. c. d. nu. 16. quando secreto
possit communicari. c. 5. nu. 17. in morte
an communicandus. c. 5. nu. 18. quomodo
repellendus a communione. c. 5. n. 20.

Puer non natus an baptizetur. c. 6. n. 8. quo-
modo in confessione audiendus. c. 7. n. 16.
dubius de vsu rationis pro confessione in
morte. c. 7. nu. 36. quando eliciat actum
charitatis erga Deum. c. d. nu. 38. quando
communicandus. c. 8. n. 10.

Pueri quomodo absoluendi. c. 7. n. 35. quan-
do habeant vsum rationis. c. 7. num. 36.
quo tempore confessionem faciant. c. 7.
n. 37.

Puerpera quando introducenda in ecclesiã.
c. 10. n. 55.

Puerperæ officium an domi possit fieri. c. 10.
n. 56.

Q

Quæ faciant bonam residentiam, cap.
1. n. 3.

Quid agendum cum eo cui in mor-
te non possunt imponi imponenda. cap. 7.
n. 89.

I N D E X

Quot dies vel quot horæ faciant malam re-
fidentiam. c. 1. n. 4.

Quæstuarij quomodo tractandi, & eorum
practica. c. 2. 29.

R

Ratihabitio in absolute quæ valida.
c. 7. n. 10.

Rebaptizandum cum conditione quando. c.
6. n. 18.

Reconciliatio non fiat ad altare. c. 8. n. 1.

Regulæ generales possidendæ. c. 15. n. 4.

Reliquiæ repertæ in altari post communio-
nem. c. 8. n. 40.

Remedium contra mucorem. c. 2. nu. 34. mu-
res, c. d. n. ibi. pro deliberatione in arduis.
c. 11. n. 18. pro fulminationibus excommu-
nicationum. c. 12. n. 46.

Restituat curatus pro alijs quomodo. c. 12.
n. 27.

Restitutionis radix & causæ excusantes. c.
15. n. 36.

Restitutione in dubio quid agendum. cap. 7.
n. 83.

Restituere quis teneatur. c. 15. n. 35.

Rubrica missalis an sub mortali obliget. c.
2. n. 16.

Rusticus quomodo audiendus in confessio-
ne. c. 7. n. 16.

I N D E X

S

Sacerdos ignotus an admittendum ad celebrationem. c. 2. n. 26. an celebret non ieiunus pro vitando scandalo. c. 2. nu. 42. simplex an absoluat ab excommunicatione maiori. c. 7. n. 51.

Sacra scriptura quomodo interpretanda. c. 3. n. 16. an si fuerit doctor interpretetur. c. d. n. 17. & sensus sui. c. d. n. 19.

Sacramenta irreiterabilia quomodo iteranda. c. 5. n. 52. petere quid. c. 5. nu. 4. an danda toties quoties petuntur. c. d. n. 7. quando curatus sine peccato ea neget. c. d. n. 8. quibus neganda. c. 5. n. 12. an danda cum periculo vite. c. 5. n. 58. quo tempore non possint dari. c. d. n. 54. vbi danda. c. d. n. 57. tangere in mortali an peccatum. c. 5. nu. 45.

Scientia scandali necessaria propter emergentia. c. 15 n. 8.

Sal pro baptismo sit modicus. c. 6. n. 6.

Sepelire quis dicatur. c. 14. n. 6.

Sepeliatur an blasphemias in morte. c. 14. n. 7. an inuentus sine signo baptismi. c. d. n. 8.

Solemnitates sacramentorum solite an feruentur in necessitate. c. 5. n. 39.

Sollicitatus a mala femina. c. 7. n. 84.

Sponsa ante traductionem an debitum reddat.

I N D E X

- dat. c. 10. n. 59.
- Sponsi matrimonio abutentes quomodo corrigendi. c. 10. n. 60.
- Stipendium an necessarium substituto procurato. c. 1. n. 20.
- Studium sit diligens. c. 15. nu. 9. cum formatione practice. c. d. n. 10. de quibus maxime sit. c. d. nu. 11. casuum conscientie sit continuum. c. 15. n. 3.
- Stulti pro sacramentis quomodo tractandi. c. 12. n. 11.
- Surdus quomodo in confessione audiendus. c. 7. n. 15.
- Suspectus suspicione violenta an admittendus ad sacramenta. c. 5. n. 13.

T

- T**enens domi ad baptismum in necessitate an fiat compater. c. 6. n. 34.
- Testamentum an scribat curatus. c. 13. n. 7.
- Testari hortetur curatus. c. 13. n. 6.
- Testes quot probent confessionem. c. 7. n. 55
- Testes pro matrimonio an vocandi. cap. 10. num. 21.
- Testes sufficientes ad impediendum matrimonium. c. 10. n. 30.
- Trina immersio infusio vel aspersio an baptismo necessaria. c. 6. n. 12.
- Tutior in dubio eligenda. c. 15. n. 21.

I N D E X

V

V Agabundi vitij detectio an licita, c. 2.
nu. 30. quomodo coniungendi in ma-
trim. c. 10. n. 37.

Vagus cui confiteatur. c. 7. n. 12.

Vitia contraria bonæ gubernationi, cap. 11.
num. 20.

Vnctio extrema, vide extrema vnctio.

Voluens infirmum pro vnctione si moriatur
c. 9. n. 17.

Votum oblitum commutari in iubileo an
postea commutetur. c. 7. nu. 32. quomodo
commutandum. c. 7. n. 32. habenti, & con-
trahere matrim. volenti quomodo re-
spondendum. c. 10. n. 40.

Vsuræ natura. c. 15. nu. 39.

Vsurarius quomodo absolendus. c. 7. n. 96.

Vulneratus quomodo audiendus. c. 7. n. 80.

F I N I S.

REGESTVM

✠ A B C D E F G H I
K L M N O P Q R S T V
X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii
Kk Ll Mm Nn.

Omnia sunt folia integra, præ-
ter ✠, & Nn, quæ sunt semi-
folia.

I
V

li

e-
i-

